This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

463

Per. 3977 f. 40
1753(1)

ANNALES LITERARII.

CVRA

HENR. PHILIPP. CONR. HENKE

ET

PAVL. IAC. BRVNS,

PROFESSORVM HELMSTADIENSIVM.

ANNI MDCCLXXXIII.

VOLVMEN II.

HELMSTADII

TYPIS MICH. GVNTH. LEVCKART.

463

Per. 3977 f. 40/1788(1)

ANNALES LITERARII.

CVRA

HENR. PHILIPP. CONR. HENKE

ET

PAVL. IAC. BRVNS,

PROFESSORVM HELMSTADIENSIVM.

ANNI MDCCLXXXIII.

VOLVMEN II.

HELMSTADII

TYPIS MICH. GVNTH. LEVCKART.

BIBLIOTHECA·BODLEIANA

ANNALES LITERARII

IVLIVS
ANNI MDCCLXXXIII.

I. *Anecdota.*

De codicibus reſcriptis paralipomena.

Fuit, quum in votis haberem, vt in primariis Europae bibliothecis libros reſcriptos, i. e. codices, quorum antiquiori ſcripturae noua ſuperinducta eſt, excutiendi et inueſtigandi copia mihi daretur. Sed alia vitae ratio ſucceſſit, quae, vt his votis valedicerem, iure poſtulauit. Quem in chartas conieceram indicem codicum reſcriptorum, ex bibliothecarum catalogis deſumtum, vnacum pauculis annotationibus, quas αυτοπτης, licet feſtinanter et aliud agens codices reſcriptos inſpexerim, confeceram: nuperrime, quum ſchedas percurrerem, ita comparatus videbatur, vt peregrinatores excitare poſſet, ad telam quam dereliqui pertexendam. Quare cum lecturis communicabo, qui mihi credo non ſuccenſebunt, quod in euoluendis et perſcrutandis co-

 dicibus

dicibus modum eſſe ſeruandum ſtatuerim, neque totam vitam inter pluteos bibliothecarum conſumendam iudicauerim. Iuniores, acrioribus oculis praediti, et patientia plus quam ferrea muniti hic ſaltent, hic vires periclitentur ſuas.

ANGLICARVM bibliothecarum princeps et regina procul dubio eſt Bodleiana *Oxonii.* Quos ibi eruere contigit codices reſcriptos, indicaui initio Tomi I. Annal. liter. 1782. *Londini,* teſte CASLEY in praefatione libri *Catalogue of the Manuſcripts of the Kings library* reperitur in bibliotheca Archiepiſcopi Cantuarienſis Lambethana Euangeliſtarium ad hoc mſtorum genus referendum. Sed quum DVCARELVM praefectum bibliothecae, LL. D. a. 1780. menſe Octobri obſeruantiſſime rogarem, vt mihi eius copiam faceret: monſtrauit Anglus ille, ingenio et moribus minime Anglicanis, ad ſepeliendos occultandosque libros magis natus factusque quam ad humaniter impertiendos, Euangeliorum codicem a WETSTENIO No. 71. deſignatum, contenditque, num vere an falſo neſcio, (ipſam enim bibliothecam ingredi non licuit) praeter hunc nullos ſeruari in iſta bibliotheca codices Graecos.

In GALLIA *Pariſiis* multi deprehenduntur codices reſcripti. En horum catalogum praeeunte MONTFAVCONO, doctiſſimis Benedictinis in *Traité nouveau Diplomatique* atque catalogo codicum mſtorum bibliothecae regiae typis excuſo confectum. In bibliotheca regia celebrantur

No. 4. codex — exaratus — in vetuſtiſſimis membranis, quae ius Graeco-Roman. continebant.

No. 9. olim 1905. Ephremi Syri opuſcula Graeca; ſed antea V. et N. T. vid. WETSTENII et GRIESBACHII editiones N.T.

No. 107. olim 2245. WETSTENIO inter cod. epp. Pauli codex D, de quo vir ille ita: *duobus foliis*, (quae habent 1 Cor. XIV, 13-22, a manu alia ſcripta) *et quidem a tergo, vbi nunc Graeca Pauli leguntur, prius pars alicuius Sophoclis opinor Tragoediae iam deperditae inſcripta fuit.* Mira narrant de his foliis auctores operis diplomatici ante citati, nempe iis contineri fragmenta Meropis Euripidis, etiamſi inter tragoedias et ſuperſtites et quarum fragmenta tantum extant, nulla reperitur iſto nomine inſcripta. Rogandus omnino eſt VILLOISONVS, vir ſummus, vt, niſi aliis deſtineatur negotiis, meliora et certiora nos edoceat.

No. 361. olim Colbertin. 614. ſcriptus teſte Montſaucon a. 1205. ſubtilius examinanti, ait Montſ. Palaeogr. p. 319. vetuſtioris ſcripturae veſtigia occurrunt.

No. 443. olim Colbertin. 845. S. Dionyſii opera et nunc et olim. Scriptura ſpatio trium quatuorue ſeculorum diſtat; et antiquior octauo circiter ſeculo exarata eſt. Vtraque legi facile poteſt. De hoc codice mihi agere videtur Montſ. in Palaeogr. Gr. p. 231. 233. 322. vnde ſuperiora deſcripſi.

No. 653. olim Mazarinaeus Io. Chryſoſtomi homiliae in Geneſin. Huius codicis ſcriptura duplex eſt, vtraque tamen antiqua et ad XIII vt videtur ſeculum referenda. vid. catal. codd. mſt. biblioth. reg. T. II. p. 120.

No. 1392. olim 3370. Friderici II. Conſtitutiones Imperiales, ſed liquidum eſt hoc in libro primitus ſcriptum fuiſſe veterem quendam Grammaticum, qui fortaſſe periit. Montſ. Palaeogr. Gr. p. 318.

No. 4413. laudant Benedictini T. I. p. 54. operis, quod citaui. Codex nouellarum Theodoſii et Imperatorum, ſcript. a. 832. hic et illic olim epigrammata S. Proſperi ſec. VI. exarata, quae a ſe lecta eſſe perhibent.

Praeter hos codices duo a MONTFAVCONO laudantur Colbertini, quorum tamen nume-

numerum, quo hodie in bibliotheca regia deſignantur, dicere non habeo; ſcilicet Colbertin. 4111 praeter Geraſimi ſcripturam, vetuſtiorem ſiſtens, quae cuiusdam S. Patris opus exhibebat, et 2493. homil. var. et acta Martyr. quo codice ſcripto a. 1315. vetuſtioris ſcripturae tenuiſſima ſuperſunt veſtigiae.

Bibliotheca San-Germanenſis teſtibus Benedictinis T. III. ſeruat mſtum No. 1278. ex fragmentis codicis Theodoſiani, commentarii Aſperi in Virgilium etc. conſarcinatum, quibus catalogus hominum illuſtrium auctore Hieronymo poſtea inductus fuit. Montfaucon in catalogo biblioth. Coislinianae, quae in San-Germanenſem vel integra vel ſaltem magnam partem migrauit, laudat p. 83. et 244. ſub No. 29. et 190. codices reſcriptos, qui tamen miſera ſorte vſi hodie vix legi poſſunt. Horum codicum nullum, ſi regium No. 9. exceperis, oculis perluſtraui.

GERMANIA, vti paucas habet bibliothecas *Guelpherbytanae* comparandas, ita KNITTELIO, praeſule ſacrorum Guelpherbytano, in primis geſtit de codicibus reſcriptis immortaliter merito. Contexuit enim vir doctiſſimus accuratum indicem codicum reſcriptorum huius bibliothecae in append. comment. in Vlphilae verſion. Goth. epiſt. ad Ro-

man. p. 508-526. quorum agmen merito ducit Gothicus ille, a nobis vno tantum verbo commemorandus. Cui enim non dictus Hylas?

Codices *Helmſtadienſes* reſcriptos leuiter attigimus T. I. Ann. lit. 1782. p. 2. Fortaſſe alio tempore copioſius de iis agemus.

Cl. RASPE, Caſſellanus, mihi, quum Londini agerem, narrauit, ſe in coenobio Benedictinorum Abdinghof, iuxta *Paderborniam* in Weſtphalia, vidiſſe codicem mſtum vitae S. Columbani 4to, ſub cuius textu lateat antiquior ſcriptura. Sed cuius auctoris illa ſit, inueſtigandi RASPIO tempus deerat.

In ITALIA MONTFAVCONVS teſtatur ſe in variis bibliothecis exemplaria, vbi eraſis aut vetuſtate delectis prioribus noua ſuperſcripta fuerint, vidiſſe Palaeogr. Gr. p. 186. Haec perluſtrare etiam mihi contigit.

Romae in bibliotheca Palatino-Vaticana codex No. 24. praeter fragmentum ex L. XCI. hiſtoriarum Titi Liuii Patauini plura folia ex aliis codicibus diſcerpta continet, quae accuratiori examine digniſſima ſunt. In Aula Sixtina biblioth. Vatic. ſiue Vaticana proprie ſic dicta vidi codices Graecos V. T. deſignatos n. 246. 330. 331. 332. 347. 556. 1238. 1252. quorum vnus et antiquiorem et recentiorem ſcripturam

ram ſimul refert. Prior vt bene memini, vncialis erat, vetuſtiſſima, lectu, niſi memoria egregie ſallit, facilis. Poenitet me nec numerum, quo codex inſignitus erat, in ſchedis annotaſſe, nec vel vnam horam in eo examinando, cuius charactere et forma oblectabar, collocaſſe. Sed properandum erat ad alias vrbes. Vtinam codex hic in BIRCHII vel alius cuiusdam docti viri laborisque patientis incideret! In bibliotheca monachorum S. Baſilii in vrbe, quam non adii, teſte MONTFAVC. in Palaeogr. Gr. p. 37. duo reperiuntur codices reſcripti. Horum alter continet Gregorii Nanzianzeni opera, in cuius fine, vt idem vir doctiſſ. narrat in Diar. Italico p. 214. 215. *ad folia ſingula veſtigia antiquioris operis perſpiciuntur vnciali charactere antiquiſſimo, vt inſcriptiones peruetuſtas referat ſine accentibus; pauca legi poſſunt. Eratque N. T. exemplar, deletis vero prioribus noua admota ſunt; quod itidem in aliis non paucis codicibus obſeruatur. Prima iſthaec manus V vel VI ſeculi videtur eſſe;* alter vero Andreae Cretenſis opus in Apocalypſin. Vetuſtior huius codicis ſcriptura pene deleta et obliterata. v. Montf. Pal. Gr. p. 231. De hoc codice infra agemus. Tertium huius bibliothecae codicem reſcriptum laudat idem vir doct. in biblioth. bibliothecar.

T. I. p. 197. D. *Fragmentum latini libri, qui ſeu vetuſtate ſeu arte deletus deſcribendo Graeco officio vſurpatus eſt.*

Codices reſcriptos bibliothecae Laurentianae *Florentinae* praeeunte IO. LAMI in libro de eruditione Apoſtolorum p. 714. excitabo. Multi autem huius modi codices παλιμψηστοι verba ſunt viri laudati; extant in bibl. Laurent. et praecipue 1) codex Homeri pluteo XXXII, no. 25. De hoc codice BANDINI in catal. affirmat, ante titulum libri I. quaedam olim fuiſſe exarata, quae deinde abraſa perierunt. 2) Codex Diogenis Laertii pluteo LXIX. no. 13. Omnia folia a capite ad calcem reſcripta ſunt, et ad vnum codicem pertinere videntur; quod αυτοπτης aſſero. 3) In pluteo IX. codices Nicetae in epiſtol. Pauli no. 10. Vidi, tantum 12 priora folia duplicem ſcripturam oſtendere. 4) Et Nili ſermon. no. 16. Hunc codicem BANDINI peſſimae ſcripturae appellat, quae vetuſtiori elegantiorique penitus abraſae ſuperinducta eſt; ex veſtigiis vero apparere, cantica olim Gr. eccleſiaſt. rythmos ac tractus, qui ad ſacras notas canuntur, fuiſſe exaratos. Ego annotaui, nonnulla folia ſuperſcripta eſſe. 5) Plut. X. Horolog. et Typic. no. 15. 6) Idem opus no. 27. BANDINI: *ſcripturae veteri*

abraſae

abraſae noua fuit ſuperinducta. Quod tamen non obſtat, quo minus multa in codice legi poſſint. 7) Plut. XI. Menolog. no. 21. Hunc lectu valde difficilem pronuncio. 8) Pl. LVII. Ioann. Tzertzae argum. in Homer. no. 36. Fragmenta continet ex diuerſis codicibus deſumta, lectu facilia. 9) Plut. LXX. Euagrius no. 23. Vix legi poteſt.

Neque aliae huius vrbis bibliothecae eiusmodi codicibus deſtituuntur. Nam LAMI l. c. affirmat, bibliothecam monaſterii Sanctae Mariae duos codices habere, in quorum membranis antiqua ſcriptura deleta, alia poſterior ſuperſcripta fuerit, atque in Richardiana codicem eſſe Lycophronis Caſſandrae cum ſcholiis Iſaaci Tzetzae Graecum in pluteo K. ord. II. num. XXV. in quo pagina membranea ita eraſa et abolita eſt, vt quum iam vncialibus literis, ſeculo forte VIII. vel IX. ſcriptum fuiſſe appareat, tamen poſteriori ſeculi XIII. ſcriptione exarata ſit. MONTFAVCONVS pariter laudat Palaeogr. Gr. p. 186. codicem bibliothecae B. M. Benedictinorum Florentiae, quae ſine dubio eadem eſt cum bibliothecae Sanctae Mariae a LAMIO citata, vbi deletis eraſisque prioribus Sophoclis carmina ſuperſcripta ſunt.

Medio-

Mediolani in bibliotheca Ambroſiana Muratori Antiq. Ital. tom. 3. diſſ. 43 col. 384. vidit mſtum operum venerab. Bedae annorum 800 vel 900, antiquiori ſcriptura plus mille annorum deleta. Hanc notitiam debeo libro *Nouv. Tr. de Diplomat.* I. 483.

Tandem *Venetiis* MONTFAVCONVS (Diar. Ital. c. III. p. 40.) in bibliotheca I. C. Grimani, Patritii reperit Manuelis erotemata in cod. XIV. ſec. qui ſcriptus fuerat eraſis et deletis pene aliis ſec. IX. fortaſſe homiliis cuiusdam Patris.

Huic codicum reſcriptorum catalogo, quem augere multo facilius eſt, quam quae ſepulta iacent in mſtis luci et vitae reſtituere, obſeruationes nonnullas de eiusmodi codicibus adiiciam. 1) Codices reſcripti ad vnum omnes in membrana exarati ſunt. Citat quidem MONTFAVC. Palaeogr. Gr. p. 231. codicem bombycinum opus Andreae Cretenſis complectentem. vid. ſupra p. 9.) At quum, quid vetuſtior ſcriptura complexa fuerit, ſe ignorare fateatur; deinde vix putem chartam bombycinam adeo raram vnquam fuiſſe, ac membranaceam ſeculis XII. XIII. XIV; tandem charta bombycina et bibula raſuras et lituras aegre admittat: ſimilis mihi ille codex videtur bombycini Syriaci Pocock. 2. bibliothecae

Bodle-

Bodleianae. Hunc primo aſpectu reſcriptum habui; at attentius codice perluſtrato, deprehendi, madidas chartas, clauſo codice, veſtigia ſcripturae in oppoſitis paginis reliquiſſe. Idem credo, accidit codici, quem MONTF. inſpexit.

2) Longe maxima pars codicum reſcriptorum lingua Graeca exarati ſunt. Etſi Latini codices reſcripti haud exiguo numero in bibliotheca Guelpherbytana deprehenduntur: tamen in aliis librorum collectionibus rariſſimi ſunt.

3) Fuerunt autem non Graeci tantum et Latini librarii male ſeduli in abradendis et delendis vetuſtarum membranarum ſcripturis; ſed eadem vulnera interdum Orientales codicibus ſuis inflixerunt. Huc referendus eſt codex Hebraicus Bibliorum, apud KENNIC. c. 474. cuius quaedam folia textum auctoris alicuius Latinum olim continuere. vid. KENN. Diſſ. gener. edit. recentiſſ. p. 495. LE LONGIVS in bibliotheca Pariſ. 1723. codicem laudat: *Euangelia Syriace. Codex* in palimpſeſto *ſub forma 4ta ſcriptus, Academiae Altorfinae donatus.* vid. HOTTINGER *de translat. Biblior. in lingu. vernac.* p. 175. Quam vellem NAGELIVS vel alius quis doctus vir codicem attentis oculis et animo inſpiceret! Alium

Syria-

Syriacum codicem ad reſcriptorum numerum pariter referendum adducit ASSEMANUS in biblioth. Orient. T. II. p. 98. *peruetuſtum exemplar Chronici Dionyſii Patriarchae in Scetenſi Deiparae monaſterio nacti ſumus. — Copticis abraſis literis, quibus membranae a fol. 1. ad fol. 122. ſcriptae erant, ſuperinducta ſunt verba Syriaca.*

II. De libris nouis.

Kurze Ueberſicht ſeiner bibliſch - kritiſchen Reiſe nach Rom; i. e. IACOBI GEORGII CHRISTIANI ADLERI, Prof. Hafnienſ. membri reg. Acad. inſcription. et literar. elegantior. Neapoli, et ſociet. Volſcorum, Veletris et Arcadum Romae, de itinere in incrementum Criticae biblicae Romam facto breuis narratio. Altonae 1783. 8. pagg. 228.

Maxima cum iucunditate et vtilitate elegantem hunc libellum, quo non ſolum quos manibus verſauit mſtos codices cl. ADLER, ſed etiam bibliothecarum aedificia deſcripſit, earumque hiſtoriam breuiter enarrauit, perlegimus. Quare quum nobis pariter contigerit, easdem, quas laudat, Corinthos adiiſſe; lecto-

lectores non mirabuntur, hunc libellum non adeo cito ac multa magnae molis volumina e manibus deponi potuiſſe. Curſum, quem ſequitur A. tenebimus, primumque diuertimus ad bibliothecam Caeſaream Vindoboni. Vidit A. codices Hebraicos, quos laudat KENNICOTT. Dubitat de vetuſtate codicis 590, quam KENN. ei tribuit; ſed nullas plane addidit rationes. De aera paululum impedita et difficili, quam codex praeſert, (vid. Kenn. diſſ. gener.) plane nihil monet. Si codices Hebraicos ſeculi XII. vidiſſet, in primis Reuchlinianum 1: ſimilitudo characteris, quo conſcriptus eſt vterque codex, facile, credo, perſuaſiſſet tempore parum diſtare. Codicem 592, quem KENNIC. ſec. XIV. eſſe ait, recentiorem putat; ſed argumento, quo vtitur, ſe ipſum iugulat. KENNIC. inquit, *codicem putat ſeculi XIV; ſed in formulis inuenitur inſcriptio Turici 1391, vnde concludendum eſt, codicem potius ad ſeculum XV quam XIV referendum eſſe.* πꝫ τοι φρενες εκπεποτανται. Praeter codices a KENNIC. memoratos vidit in eadem bibliotheca quinque alios, quorum vnus ſcriptus eſt a. 1299. In ſchedis Brunſianis abſolutis codicibus, quorum excerpta apud KENNIC. extant, annotatur: *Tres vel quatuor alios codices Hebraicos eiusdem*

dem bibliothecae Caeſareae, quorum vnus continet vniuerſa Biblia ceteri partem eorum, plane praeterii. Adeo enim recentes videbantur, vt ſedula inueſtigatione hayd dignos illos habuerim. Horum codicum mentio in indice mſ. torum a KENN. vel eius adiutoribus nondum inſpectorum, qui inſertus eſt nouae editioni diſſert. gener. p. 557. perperam omiſſa eſt. Iſtud quouis pignore ſpondere auſim, a BRVNSIO non inſpectum fuiſſe codicem, quem laudat ADL. ſcriptum a. 1299. Certiſſime enim eum vberiori examine dignum habuiſſet. Quum BRVNS. codicem citauerit vniuerſa Biblia complectentem, nullus vero iſtorum quinque ab A. excitatorum Biblia Hebr. comprehendat: fieri etiam poteſt, vt ſextus aliquis ADLERO non commonſtratus, in pluteis huius bibliothecae deliteſcat. Pergit deinde in codices Hebraicos calamum ſtringere, obſeruatque quotquot inſigniti ſint ſubſcriptione, quae in ſuſpicionem *νοθειας* vocari nequeat, includi ſpatio binorum ſeculorum ſc. 1200-1400. Videtur omnem *υπογραφην* ſuſpectam et falſam habere, quae annum oſtendat ſecuii XI. Immo aeram codicis Reuchliniani I. ſcilicet 1106, etſi codicem nunquam oculis perluſtrauerit, ſibi nondum perſuaſam eſſe haud obſcuris verbis indicat p. 127.

At

At vehementer errat vir doctiſſimus. Adſunt enim reuera ſubſcriptiones codicum Hebraicorum ſeculo XI. conſignatae, quae, vt alias taceamus, reperiuntur in codicibus 154, ſ. Reuchl. 1. et 293. ap. KENNIC. Nemo vir vere doctus eas adſpexit, quin earum veritatem et αὐθεντίαν certam habuerit atque perſpectam. Vellemus, A. attendiſſe in bibliotheca Vaticana ad codicem prae ſe ferentem annum 1073, ni fallimur verum, nec ſuppoſititium: de quo codice agitur in nuperrima editione KENN. diſſ. gen. p. 401. At de eo apud A. altum eſt ſilentium. Quod ad conſilium attinet, Hebraicos codices ſecundum patriam in certas claſſes diſpeſcendi: eandem diſtinctionem ſuaſit et illuſtrauit BRVNSIVS in praefat. diſſ. gener. KENN. Errat autem A. dum putat, codices non punctatos magna cum diligentia exaratos eſſe p. 11. Secus eſt in plerisque, e. g. No. 9. Euoluit praeter alios codices Orientales, epitomen muſli Arabici de ſcriptura Cufica, cuius praecipua argumenta indicat. Venetiis codicem ignotae verſionis Graecae perluſtrauit, quem, vti BRVNSIVS dudum ante illum fecerat, exigui in re critica et exegetica momenti eſſe, recte iudicat. Parmae oculos mentemque paſcebat rariſſimus et in ſuo genere vnicus apparatus criticus,

 quem

quem infinitis et laboribus et ſumtibus ſibi comparauit DE-ROSSI. Hunc euoluere et exſcribere perhumaniter et liberaliter concedebat poſſeſſor. Quae de ſcriptura Hebraica et nominatim ea, qua librarii Hiſpani vtuntur, obſeruauit, ſcilicet antiquioribus et recentioribus temporibus parum vel potius nihil diſcrepaſſe p. 38. 39: omnino eadem ſunt, cum iis, quae BRVNS. ad codicem KENN. 433. annotauit, atque cum illis comparari merentur. Bibliothecae Mediceae Florentiae codicibus primariis Hebraicis, Syriacis, Graecis, Latinis breuiter enumeratis, de codicibus verſionum Syriacarum fuſius agit, erroresque cuius ASSEMANI in concinnando horum catalogo reus fuit, caſtigat. Hallucinatur vero, dum putat, errores huius viri a nemine hactenus animaduerſos eſſe. Codicem enim I. non verſionem Syriacam ex LXX factam, vt vult ASSEMANI, ſed ſimplicem, continere, dudum monuimus in Annal. noſtris ſuperioris anni Vol. I. p. 557. ibique alios errores ab eodem ASSEMANI admiſſos ſuſpicati ſumus, quos luculenter confirmauit ADLERVS αυτοπτης. Romae, qua quidem vrbe ſiue artibus liberalibus ſiue bonis literis operam quis dederit, nihil viſere poteſt maius et excellentius, XV menſes commoratus eſt noſter, pri-

mumque codices N. T. Syriacos excutiendos ſibi ſumſit. Quae de ſumma horum codicum vetuſtate diſputat, concinunt cum iis, quae BRVNSIVS obſeruauerat in orat. aditiali. Lectiones marginales codicum verſionis Philoxenianae diligenter excerpſit; quibus coniectura Wetſteniana, codicem nempe Cantabrigienſem a Thoma Heracleenſi collatum eſſe, egregie confirmatur. Obiter hiſtoria huius verſionis illuſtratur, coniecturaque EICHHORNII et BRVNSII, Thomam Heracleenſem, cuius mentio fit in mſto Hexaplari Pariſiis ſeruato, eundem eſſe cum Thoma illo, de emendanda N. T. verſione Philoxen. praeclare merito, nouis argumentis fulcitur et ſtabilitur. Verſionem aliamSyriacam, quam *Palaeſtinenſem* ASSEM. vocat, deprehendit in mſto quodam, qui integer a viro doctiſſimo collatus eſt. Specimina lectionum proferuntur, vnde conſtat, hanc verſionem inſignis eſſe vtilitatis, e. g. Matth. XXVII, 16. nomen malefici vna cum Ieſu Chriſto cruci affixi extat *Ieſus bar Rabban.* Eadem lectio reperitur in ſcholio marginali codicis Graeci Vaticani, nondum collati. Hebraici codices biblioth. Vatic. ab ADLERO non neglecti fuerunt. Quae de cod. 226 penes Kenn. narrat p. 129 etc. firmari poſſunt iis, quae de eodem mſto in ſchedas ſuas

BRVNSIVS coniecit. Hic enim ad ὑπογραφὴν prioris Tomi notat: *Haec ſubſcriptio nimis recens eſt, vt ei fides haberi queat.* Ita etiam ſentit de ſubſcriptione alterius Tomi, quam pariter in ſchedis ſuis *falſam* et *mendacem* proſcripſit. De tertio Tomo itidem affirmat, eum praecedentium partem haberi non poſſe. Vellemus A. non praeteriiſſe codicem KENNIC. 482 ſingularem et praeſtantem. Sed cui quaeſo peregrinatori ſatis otii eſt, omnes eximiae Vaticanae bibliothecae theſauros vel feſtinanter perluſtrare? Magnam A. impendit operam deſcribendae verſioni Arabicae, quam continet celeberrimus codex Barberinus tritaplaris. Hanc maxime literalem atque idcirco intellectu difficilem, ſecundum textum Samaritano-Hebraicum adornatam eſſe, idoneis argumentis probat, auctore Abu-Said. Etiamſi vix ſperat fore, vt integrum apographon, quod Romae confecit, vnquam edat: paratus tamen eſt ad eruditorum quaeſtionibus hac de verſione reſpondendum. Ad bibliothecam collegii de Propaganda aditus ADLERO patebat humanitate doctiſſimi BORGIAE, cuius beneuolentiam et amicitiam debitis laudibus ornat. Arabicos huius bibliothecae mſtos, qui verſiones Pentateuchi continent, ſedulo excuſſit. Romae,

mae, quum familiariter vteretur monachis Aegyptiacis, linguam Copticam addidicit; quod quidem pariter philologiae ſacrae emolumento fuit. Mediolani inſpiciebat codicem hexaplarem, ſed quia cuſtodes bibliothecae Ambroſianae conſilium de edendo codice ceperunt, non niſi inuiti vſum mſſi ADLERO impertiebant. Pariſiis deſcripſit chronicon Samariticum, atque examinauit Pentateuchos binos Arabicos. GEBELINI et GVIGNEBII labores non valde commendantur. Pauca ſunt, quae de bibliothecis Batauis Lugduni et Amſtelodami, A. narrat. Supplementi loco integer titulus Pentateuchi rariſſimi impreſſi Conſtantinopoli 1546 ſiſtitur, et liber *Muſeum Cuſicum Borgerianum* ab obiectionibus vindicatur. Queritur A. de cenſorum Romanorum meticuloſitate et ignorantia. Vide, quot quantosque labores intra triennium exantlauerit Altonanus ille, noſtra ſi quid vota valent, laurea donandus Apollinari.

D. SANDIFORT, Prof. anat. et chir. Leid. Exercitationes academicae. Lugd. Bat. ap. Luchtmans. 1783. 4. pagg. 144. 7 figg.

Curat vir clariſſimus, quem in anatomes

decus et augmentum natum putes, ne quid temere vel negligenter pereat, quod aliquo modo ad amplificandam pathologiam pertinere videatur, ideoque hoc volumine pergit eodem tramite, quo in *obſeruationibus anal. pathol.* inceſſerat. Inſunt enim in hoc opuſculo eleganti et docto multa de morboſa oſſium degeneratione. 1) *De anchyloſi cranii et atlantis.* Frequens illa eſt, cum in quinque craniis atlas tam firmiter adhaereret, nullo vt modo auelli mouerique poſſet. 2) *De ſingulari oſſis occipitis et atlantis confluxu.* Rarior haec eſt oſſium conditio, vt veluti inter ſe coaleſcant et confluant. 3) *De pleuaria eaque rariſſima cranii, atlantis et epiſtrophei concretione illarumque vertebrarum dislocatione.* Hae concretiones ſunt rariſſimae, ideoque memorabiles. 4) *De prodigioſa cranii magnitudine.* Haec quidem exempla ex legato Rauiano. Erant oſſa, quae caluariam conſtituunt, inſigniter expanſa, neque tamen tenuiora, hinc inde potius craſſiora, in alio exemplo eo magis extenta, vt videbatur, ab hydrocephalo. 5) *De ſinu ſatis profundo, in vtroque oſſe verticis obſeruato.* Inueniebatur in oſſe verticis vtroque extrinſecus magna depreſſio, intrinſecus nulla. 6) *De muſculis nonnullis, qui rarius occurrunt.* Huc referuntur *anomalus* in

in facie, gracillimus oculi, ſtylopharyngaeus alter, cephalopharingaeus, thoracicus, ſubclauius alter, curuator coccygis, muſculus veſicae, interſpinales ceruicis ſupernumerarii, rectus capitis poſticus maior alter, ſingularis in collo, rectus lateralis capitis alter, ſupinator breuis alter, extenſor proprius digiti medii manus, ſubcruralis, pſoas tertius, iidemque quam curatiſſime deſcribuntur. 7) *De tumore polyposo, vteri cauum penitus opplente et praeternaturali viſcerum abdominalium ex hydrope pectoris ſitu. De ductu thoracico, cum vena ſine pari communicante, huiusque venae decurſu ſingulari.* Docet inſcriptio, quid hoc in loco quaeri debeat. 8) *De Charteriana editione operum* HIPP. *et* GALENI. Mira cum accuratione ac diligentia oſtendit cl. SANDIFORT, non eſſe duplicem, ſed vnam editionem, mutato tantum titulo et bibliopola, ac refectis quibusdam in tomi primi praefatione, quae ab editore, CHARTERIO, vel dicta, vel promiſſa et morte interuenta erant. Sunt vero a nobis quaedam aliter obſeruata, ac vir cl. ſcripſerat, forte per exemplarium varietatem. In noſtro bibliopola eſt partim *Iac. Villery,* partim *Pet. Auboin,* nouo impreſſo titulo; titulis non ſemper L. agglutinatum eſt ad annum impreſſionis tegendum, ſed per

LXXIX. expreſſum; ordo etiam alius eſt, ac hic memoratur; index vniuerſi operis tantum tredecim tomos datum iri ſpondet cet. Sed haec fere monenda duximus, vt, quam attenti et oculati lectores fuerimus, inde pateat. De reliquo ſperamus, fore, vt ab coepto opere ſerius deſiſtat vir clariſſimus. Multum enim frugis inde hauriri poſſe putamus.

Amyntor, *eine Geſchichte*, h. e. Amyntor, ſeu *per epiſtolas expoſita narratio*, edita a IOHANNE AVGVSTO EBERHARD. Berol. ap. Nicolai. 1782. pagg. 312. et additamentorum pagg. 120. oct.

Tanta eſt noſtris temporibus corruptela malae conſuetudinis, vt homines noſtri contemnant fere et negligant ſeuerum de eo, quid ſit in quauis re verum, quaerendi genus, ac vehementer fugiant faſtidiantque ſiccitatem librorum, qui nihil continere videntur noui, quod vel iucunditate ſermonis, vel rerum ſuauitate alliciat animum, et legentes teneat. Ex hac mollitie ac paene luxuria exſiſtit inſanus ille impetus, quo nunc multi feruntur *ad ſcribendas et cognoſcendas fabulas amatorias*, quarum quotannis tanta effunditur copia, vt non poſſimus mirari ſatis, tot nugas inuenire le-

ctores,

ctores, Soſiisque noſtris fructuoſas eſſe. Et potuit profecto nulla capitalior peſtis, nulla maior corruptela inuadere hominum noſtrorum ingenia. Magna enim his, qui nunc talia ſcribunt, opinio eſt, ad conficiendas fabulas, quae placere poſſint, et appetantur a lectoribus auidis, minime requiri doctrinam, ſed in illo genere dominari plurimumque valere ingenium, quod excogitare poſſit res multas mirabiles, et ſermone vtatur turgido, vel verborum habeat inanem volubilitatem. Sic iam multi boni iuuenes, qui vix literarum elementa didicerunt, ad ſcribendum proſiliunt, et vana fiducia ingenii, ſaepe etiam corrupto multitudinis iudicio decepti, tempus nugis perdunt, quod poterat collocari multo melius, et ad reipublicae ſalutem vtilius. Nimirum talem fabulam ſcribere, quae prodeſſe poſſit, maius quiddam eſt, quam homines opinantur, et pluribus ex artibus ſtudiisque collectum. Eſt enim a tali ſcriptore ſcientia comprehendenda plurimarum rerum; pernoſcendi ſunt penitus omnes animorum motus, quos humano generi natura tribuit; cognoſcendi ſunt diligenter hominum mores, et, quales ſint in omni vita, multo vſu et perpetua obſeruatione diſcendum; ipſa denique oratio conformanda eſt, et fugienda ſunt vitia multa,

 quibus

quibus nunc ſolet talium librorum ſermo cor ruptus eſſe. Sed huius rei magnitudinem non niſi pauci, quorum dignitas et gloria nobi cara eſt, animo complexi ſunt; plurimi ru des fere harum rerum omnium ad ſcriben dum accedunt. Quare deſinamus mirari, qua cauſa ſit paucitatis eorum, quos ex hoc gene re aequo animo legere, et commendare poſ ſimus aliis, cum talia ſcribendi ars e copioſ multarum rerum cognitione effloreſcat, e magnam requirat ingenii dexteritatem.

Nobis haec praefanda videbantur, cum pau cis indicare decreuiſſemus, et commendar lectoribus EBERHARDI, grauiſſimi philo ſophi, ex hoc genere librum, cuius indicer ſupra poſuimus. Solemus enim alias no attingere illam fabularum multitudinem, qua quotannis protruditur, quod exiſtimamus, pa rum earum lectione vel ad doctrinae copiam vel ad morum emendationem, vel ad oratio nis commoditatem profici. Hic autem E BERHARDI liber ita comparatus eſt, vt no potuerit ſcribi, niſi a philoſopho, rerum d uinarum humanarumque peritiſſimo. Con tinet enim res grauiſſimas, easque, ſubtilite quidem et accurate, ſed ita tamen expoſita vt vel feminae paulo ſollertiores eas intell gant, docti autem cum voluptate cognoſcan

Or

Oratione etiam vſus eſt auctor ea, quae perſpicuitate, copia, electione et ornatu verborum placeat, et ad conſideranda philoſophiae placita paulo obſcuriora atque recondita lectores inuitet. Fallentur quidem, qui hic euentus multos caſusque mirabiles, phantaſiae portenta et ludibria, inſanos amores, aliasque nugas quaerere volent, quas nunc appetit praua ſeculi conſuetudo. Sed hoc dabunt omnes harum rerum periti, EBERHARDVM ita ſcripſiſſe, vt, cum aliquid dare vellet mori ſaporique publico, qui nunc *fabulas* deſiderat, et vnice diligit, tamen minime negligeret dignitatem philoſophi, ſed rerum, quas perſcripſerit, narrationem, iucundam illam et commode excogitatam, praeceptis inſtitutisque ſaluberrimis repleret. Nos quidem tantopere cepit huius libri lectio, vt non modo his, qui liberalem vtilemque delectationem quaerunt, eum magnopere commendemus: verum etiam ab iis cognoſcendum eſſe cenſeamus, qui de natura mentis humanae, ac de praeſtantia vtilitateque Chriſtianae religionis quaerant. Cum igitur in omnibus fere vehementer aſſentiamur EBERHARDO, ſatisfeciſſe videbimur officio, ſi *de argumento libri* nonnulla dicamus, et paucis tangamus *locum*, in quo nobis quidem aliquid ſumere videtur auctor, quod *a natura humani animi* abhorret.

Fabu-

Fabulam ipſam non eſt, quod iam narremus; partim ne hi, qui legere librum voluerint, voluptate priuentur, quam euentuum nouitas parit; partim quod in iudicio de vtilitate libri in primis conſiderandae ſunt res ipſae, quas hoc veluti ornatu commendatas, inculcare voluit auctor. Agit autem EBERHARDVS hoc, vt *vindicet ac defendat dignitem virtutis*, et *praedicet religionis Chriſtianae praeſtantiam*, eiusque vtilitatem illuſtret plane mirificam. Fingit itaque *Amyntorem* ſuum alienum ab omni religione, iisque imbutum placitis, vt, vtrum ſit Deus, nec ne, ignoret, nec ea de re admodum quaerendum eſſe exiſtimet. Sed is Amyntor non eſt de grege hominum perditorum, qui omnem religionem honeſtatemque propterea contemnunt, quod ſunt ad omnia flagitia proiecti. Hi enim religionis virtutisque exiſtimationi patrum detrahunt, cum exemplo ſuo doceant, quanta peruerſitas morum omnisque vitae turpitudo et miſeria religionis contemtionem conſequatur. Aduerſus tales homines nequam ſaepe pugnarunt alii; nec eſt, quod copioſe confutentur; nam ſenſus ille pulchri et honeſti, qui in ipſo mentis veluti aditu poſitus eſt, apud plurimos hanc habet vim, vt tantam inſaniam vltro deteſtentur, nec corrumpi

rumpi ſe patiantur peſte deterrima ac manifeſta. Amyntor, quem EBERHARDVS finxit, eſt homo elegans, vrbanus, non indoctus, ſed rebus omnibus excultus, quibus ſolent hi, qui ſunt generis ſplendore inſignes, commendari viris principibus. Sed iſtae dotes ſunt apud eos, qui in aulis verſantur, ſaepe coniunctae cum contemtu religionis, quam multi ex illo genere putant principum legibus, arbitrio et prudentia conſtitutam eſſe ad regendos plebis animos, et in officio continendos. Atque haec etiam eſt Amyntoris opinio; is enim eo progreditur, vt, *ius eſſe natura, neget*, et omnia repetat a principum prudentia, quae, vt eſſe poſſet quaedam ſocietas, legibus deuinxerit homines, et quid aequum ſit, conſtituerit, ne *impetus ille, quo quisque ad ſua commoda trahatur, et a quo proficiſci putat, quicquid homines moliantur et agant*, impune noceat aliis, vel imbecilliores vexet et opprimat. Ceterum exiſtimat, *virum ſapientem his legibus obſequi, quantum fieri poſſit, debere*, et publice *accommodare ſe atque demittere* ad imbecillitatem eorum, qui, ſuperſtitionis vi occoecati, cenſeant, virtutis dignitatem commendari ipſius naturae voce, Dei autem voluntate, quae per Chriſtianam religionem innoteſcat, confirmari illud naturae iudicium et emendari.

Hae

Hae opiniones, quas accurate defendit Amy
tor, quis neſcit, quot hominum animos in
cerint? praeſertim ex eorum genere, qui ſ
videntur vltra vulgus ſapere, et arripuer
auditiunculam quamdam opinionum, qu
ſunt a philoſophis nonnullis Francogalli
veluti ab HELVETIO, VOLTARIO, D
LAMBERTO, aliis, ſubtiliter defenſae.
BERHARDVS igitur amicos nonnullos
myntoris ita differentes inducit, vt, quam
na ſint iſta placita, quantumuis ſpecioſa, pr
clare oſtendant. Docent enim, *ab ipſa na
ra inſitos eſſe humano generi et innatos vir
tis igniculos,* inditumque *ſenſum aliquem
neſti et pulchri,* qui inſtitutis et diſciplina
citatur et alatur. Defendunt *humanae natu
dignitatem,* quae minime ita ducatur *ſord
quadam et impia commodorum ſuorum cupi
tate,* vt aliorum felicitatem prorſus neglig
omnemque communis vtilitatis cogitation
aſpernetur. Praeparant denique hoc mo
Amyntoris animum *ad ſentiendam Chriſtia
religionis incredibilem praeſtantiam,* quae
moribus Domini ipſius maxime eluxit, vt n
lius perfectiusque virtutis exemplar ne ani
quidem et cogitatione fingi poſſit. H
omnia bene et eleganter perſequitur auct
In fingendis autem eorum, quibus colloq

par

partes dedit, moribus et animo, atque omnino in argumentis explicandis, magnam demonſtrauit ingenii vim, et dicendi facultatem. Adiunxit etiam *commentatiunculas varias*, quibus argumenta recondita, quae non admittere videbatur colloquii perſpicuitas, ſubtilius expoſuit, et conquiſitius perſcripſit.

Nos iam faſſi ſumus, omnia fere, quae ſint in hoc libro expoſita, nobis vehementer probari. In primis nobis placuit diſputatio *de notione pulchritudinis*, et ſenſu humanae naturae, quo, quid in quauis re pulchrum ſit, percipit et iudicat. Etiam ea, quae *de vita ſua* narrat *Philarete*, non modo ſunt ad delectationem vberrima, ſed etiam vtiliſſima ad cognoſcendam animi humani naturam. Vnum eſt, in quo nobis Amyntor videtur non ſatis acriter cauſam ſuam defendiſſe, ſed conceſſiſſe, quae minime victa eſſent legitima diſputatione. Dat enim hoc, *eſſe quemdam a natura profectum honeſti et pulchri ſenſum, et ex hoc impetu naturali*, quem *ſenſum moralem* appellat conſuetudo recentior, *intelligi poſſe, nos ad iuſtitiam eſſe natos*, neque opinione, ſed natura conſtitutum eſſe ius. In quo non hoc reprehendimus, quod Amyntoris amici omni modo contendunt, *naturae ius eſſe, nec ex hominum opinione pendere virtutis dignitatem*;

tum; ſed demonſtratio, qua id efficere conantur, videtur parum idonea, idque *duabus* de cauſis. Etenim quod primo quidem omnia repetunt *a naturali quodam ſenſu,* quo homines ferantur ad honeſta quaeuis, eaque ab ipſa natura edocti intelligant et iudicare poſſint: in eo ipſis non tam facile aſſenſus eſſet Amyntor, niſi eſſet homo vrbanus et longe officioſiſſimus. Nam etſi veriſſima ſunt, quae *Philocles* aduerſus Amyntorem diſputat, *actiones quasdam natura honeſtas eſſe:* illud tamen, quod in adiecta *obſeruatione octaua* demonſtrare voluit EBERHARDVS, iſtam internam honeſtatem ac pulchritudinem *etiam naturali quodam ſenſu percipi,* minime conceſſerim. Vnde enim efficitur, talem ſenſum verſari in hominum vita, et vim ſuam exſerere? EBERHARDVS e notione eius, quod *perfectum* videtur homini, elicit hoc, nos eſſe tali ſenſu praeditos. Negat enim, hominem arripuiſſe eam notionem e contemplatione rerum externarum, cum ita ſit inſita animo et innata, vt eam poſſit quisque ex ſe parere, et ab ipſa natura conditam in ſe reperiat et praeparatam. Nam quid ſit hoc, *eſſe, agere, vim habere,* id animum cognoſcere, *cum ſe ipſum ſentiat* et intueatur, eiusque rei notitiam non aliunde accipere. Hanc deinde, putat,

a nobis *transferri* ad res externas; indeque effici hoc, vt, cum animo inſita ſit *perfectionis notio,* quam non e rebus extrariis hauſerit, ſed ad earum iudicium ſecum afferat, etiam *eam perfectionem, quae cernatur in omni actione et vita,* hoc eſt, *virtutem, naturali ſenſu* intelligi et iudicari. Haec quam ſubtiliter dicantur, quis non videt? ſed veremur, vt ſatis recte, et accommodate ad vſum vitae. Nam etſi largimur, animum e conſcientia ſui diſcere hoc, quid ſit *eſſe, vim ac praeſtantiam habere, agere et efficacem eſſe:* tamen hae notiones plane *diuerſae* ſunt ab iis, quae ad iudicium de actionum noſtrarum *honeſtate* requiruntur. Solet quidem philoſophorum recentiorum conſuetudo omnia, in quibus quaedam ineſt praeſtantia, communis nomine *perfectionis* appellare, et *ad vnum genus* referre: ſed quis quaeſo id, quod *cogitatione* fit, et a *quaerentium arbitrio* pendet, ipſi *naturae* obtrudat, eamque dialectices et definitionum noſtrarum veluti cancellis circumſcribat? Demus hoc, infantem ſcire, quid ſit *eſſe, agere, vim aliquam exſerere,* quoniam ſibi ſit ſui conſcius, et ſe viuere ſentiat; num, quod *haec* ex ſe hauſit, etiam decernere poterit, quid ſit *honeſtum, iuſtum, decorum?* Nos non perſpicimus, quomodo haec cohaereant, et putamus,

qui ita diſputent, quorum profecto multi ſunt, eos decipi *perfectionis verbo*, cui loquendi vſus, in ſchola receptus, omnia ſubiicit, quae in quauis re bona ſunt, et ad agendum apta; ſed hoc fit *dicendi tantum conſuetudine*, et formae, huic generi ſubiectae, *natura ipſa ſunt ſatis diuerſae* et ſeiunctae. Deinde ne ſatis quidem confectum illud eſt, *animum humanum notionem perfectionis ex ſe parere*, nec decerpere e rerum externarum contemplatione. Nam illa ipſa conſcientia, qua ſentit, ſe eſſe et agere, *excitatur* rerum extrariarum vi et efficientia. Ne ſe ipſum quidem ſentiret animus, niſi per ſenſuum inſtrumenta acciperet rerum aliarum ideas; has dum procreare *cogitur*, tandem cognoſcere vim ſuam incipit, et ſenſim animaduertere. Vnde ſequitur, vt mens humana *vim et perfectionem aliarum rerum ante percipiat et cogitare diſcat, quam ſuam*, eamque notionem per ſenſus arripiat. Haec etiam cum vſu rerum manifeſte conſentiunt; ſolent enim homines de omnibus fere rebus aliis magis cogitare, quam de ſe ſuisque viribus, et nonniſi ſero, aucta animaduerſione, ad ſe redire, et habitare quaſi ſecum; quod non fieret, niſi notitiam eius, quod ſit praeſtans et perfectum, e rebus, extra ſe poſitis, deriuaſſent. Vnde nec ſenſus iſtius moralis,

m multi tantopere amplexantur, vnquam
ıimus in ipſa vita reperire certa et mani-
ı veſtigia, etſi in obſeruandis hominum,
naxime infantum moribus, hac ipſa de
ſa omni tempore fuimus curioſiores. Ne-
ſic perit, vt opinantur multi, vel euerti-
illud, *ex natura ortum eſſe ius*, nec hone-
em virtutis ab hominum opinione repe-
lam eſſe. Hoc ipſum enim eſt *alterum*,
ıd in diſputatione EBERHARDI ſuper
loco vituperamus, *quod haec duo miſcuit*,
ı tamen ſint longe diuerſiſſima. Hone-
s dignitas et pulchritudo immutabilis et
piterna profecto non pendet e *ſenſu* quo-
ı humanae mentis *ambiguo*, *incerto*, *ob-
o*, qui facile tolli poſſit exemplorum vi
ıduerſario paulo acriori; ſed manet et fir-
eſt, etiamſi iſtum ſenſum ex humana na-
ı plane ſuſtuleris. Ius natura conſtitutum
non hominum opinione, *quod Deus
mque ita cum hac rerum vniuerſitate et cum
ıimibus reliquis copulauit, vt nec ſaluus, nec
tus eſſe poſſit, niſi fuerit in omni vita huic
urali vinculo obſecutus.* Ab hoc fonte ma-
ıt omnes leges naturales, et omne deriua-
officium. Quod quomodo ab hac homi-
n conſociatione, eorumque cum vniuerſa
um natura copulatione, rite ducatur, non

ſenſu quodam docti ſcimus, cum *naſcimur*, ſed *ratione diſcimus*, per quam coniectura valemus, argumentamur, conficimus aliquid et concludimus. Tollant igitur et rideant, qui ſunt Amyntoris imbuti placitis, *naturalem* illum virtutis honeſtique *ſenſum*; virtutem natura commendari, infitiari non poterunt, niſi forte docuerint, ſcelera prodeſſe hominibus, intemperantia confirmari corporis integritatem, inertia comparari doctrinam, et opes augeri luxuria. Quibus rebus cum ſciamus contraria effici, idque manifeſte doceat vſus: ſequitur, vt ſint leges naturales et neceſſariae, quae *rationis iudicio* cognoſcantur, et quas nemo impune poſſit laedere.

M. SIMONIS DE KEZA, Presbyteri Hungarici, ſcriptoris ſec. XIII. *chronicon Hungaricum*, quod ex codice membranaceo nunc primum et ad fidem apographi Vindobonenſis et Budenſis chronici ſparſis quibusdam notis ac variantibus lectionibus excitat ALEXIVS HORÁNYI, Hungarus Budenſis de CC. RR. ſcholarum piarum, AA. LL. et Phil. D. et hiſt. Prof. etc. 1782. *Budae* typis Cathar. Landerer. pagg. 158. 4.

Hiſtoria

Hiſtoria rerum Tranſſiluanitarum ab anno 1662. ad a. 1673. producta et concinnata auctore IO. BETHLENIO, Comite comitatus Albenſis, principatus Tranſſilu. conſiliario, cancellario etc. Hanc plurimis mendis ſublatis recognouit, et praefatione de progenie, vita et ingenii monumentis eiusdem ſcriptoris auxit AL. HORÁNYI etc. *Pars prior.* 1782. pagg. 475. *Pars poſterior* 1783. pagg. 528. Viennae typis Ioſ. de Kurzbeck. octon.

His appoſitis inſcriptionibus, non opus eſt longa commemoratione, dum egregiam acceſſionem ad rerum Hungaricarum ſcriptores factam eſſe his libris editis experiantur, et cui illam referant acceptam, cognoſcant hiſtoriae vniuerſae ſtudioſi. De KEZA, (quem in FABRICII *bibliotheca mediae et inf. lat.* fruſtra quaeras,) poſt Cl. AD. FRANC. KOLLARIVM (Supplem. ad P. LAMBECII commentarior. de Aug. bibl. Libr. I.) paucis praefatus eſt ipſe editor. Chronicon illius, adhuc in obſcuro deliteſcens angulo, primus in lucem protraxit EVGEN. KOSA, ord. Franciſc. et cum HORÁNYIO, viro doctiſſimo, prelo ſubmittendum communicauit. Diuiſum eſt in libros duo; alterum capitibus quatuor per compendium *agit de maioribus* Hunga-

 rorum;

rorum; alterum capp. quinque Reges Hungarorum perſequitur a Stephani natiuitate vsque ad Ladislaum illum, quem vulgo *quartum* et Cumanum vocare ſolent, ſcriptor hic vero *tertium* vocauit, et cui idem opus ſuum dedicauit. Criticum ſe probat editor intelligentem et ſolertem, atque hiſtoriae patriae peritiſſimum adiectis notulis et appendice.

BETHLENIO, de quo, vt titulus promittit, plura narrat praefatio, praeter hoc eius opus, quod nunc primum editur, debentur etiam *rerum Tranſiluanicarum libri IV.* Cibinii a. 1663. 12. editi, et Amſtelodami a. 1664. itemque Vindobonae a. 1781. repetiti, a IO. TROESTERO germanice facti Norimb. 1666. Incipiunt illi ab a. 1629. et finiunt in anno 1663. Huius operis nunc demum nacti ſumus continuationem, quae hiſtoriam ab a. 1663, non, vt vitioſe legitur in titulo, 1662. orditur, et quae, etſi non ſatis perfectum limatumque opus, digna erat omnino, quae tandem vſui communi exponeretur. Mortuus eſt BETHLENIVS a. 1677.

CHRISTIANI GOTTL. SCHWARZII, Prof. quondam in vniuerſ. Altorfina celeberrimi, *Exercitationes academicae,* quibus

bus antiquitatis et iuris Romani nonulla capita explicantur. Collegit, recenſuit et praefatus eſt THEOPH. CHRISTOPH. HARLES, etc. Norib. ſumtu bibliop. Bauer. et Biſchoff. 1783. pagg. 452. oct. mai.

Gratum fecit HARLESIVS elegantioris doctrinae, in primis etiam iurisprudentiae antiquariae et criticae amantibus, quod iſti commentationum Schwarzianarum collectioni, quam ante annos aliquot publici iuris fecit, aliam nunc addit. Sunt enim, quae SCHWARZIVS ſcripſit, omnia cum reconditae eruditionis plena atque venuſto orationis genere conſcripta, tum vero hodie, communi eiusmodi libellorum academicorum fortuna, rarius obuia. Vt autem ſciant, qui cupiunt, quid nouo huic ſyntagmati inſit, appoſuimus indicem commentationum: I. Specimen iurisprudentiae antiquariae de iure Italico. II. Exercitatio de cohorte Italica et Auguſta ex Act. X, 1. et XVII, 1. III. De aetate et ſtatura militari veterum ad illuſtr. Epheſ. IV, 13. IV. Scholia philologica ad prooemium inſtitutionum iuris e collatis XII codd. MSS. variisque libris impreſſis. V. An omnia pandectarum exemplaria, quae adhuc exſtant, e Florentinis manauerint? VI. De Irenarchis. VII. De an-

tiquo ritu legitimandi liberos illegitimos per pallium. VIII. De vetuſto quodam diptycho conſulari et eccleſiaſtico. IX. De foro et tribus tabernis ad illuſtrand. Act. apoſt. XXVIII, 15. — Appenſae ſunt quibusdam commentationibus figurae aeri inſculptae, et accedit praeterea X. HENR. BRENCMANNI epiſtola, qua examinantur praecipua capita epiſtolae D. GVIDONIS GRANDI de pandectis, nec non diſſertationis ſimilis argumenti, auctore SCHWARZIO.

Von der Peſt, ihren Urſachen etc. h. e. De peſtilentia, eiusque cauſis, ſymptomatibus, cura et remediis eam prohibendi. E Gall. vertit D. IO. CHRISTOPH. KINGEBROIG. P. I. Lipſ. et Stendal. ap. Franz, et Groſſe. 1783. 8. pagg. 288.

Non eget noſtra commendatione commendabilis per ſe liber ſatisque notus. Cui enim non dicta eſt peſtilentia Maſſilienſis a. 1720? Cui incognitae pugnae medicorum de contagii natura, quam alii diro huic malo ineſſe affirmabant, alii negabant, cum nulla dies ſine ſtrage eſſet? Cui denique inauditus CHICOYNEAUI libellus eſt, in quo quicquid ad peſtilentiae vim vel cognoſcendam,

vel

vel arcendam vllo modo pertineat, reperiri poteſt? Habenda ergo cl. RINGEBROIG gratia eſt pro impenſa verſioni opera, quae quantum ſine exemplari francogallico aeſtimari licet, ſatis commoda et bona eſſe videtur. Continentur hac parte veluti communes peſtilentiae, in primis Maſſilienſis, narrationes, quomodo eruperit et hinc inde diſſeminata horrendas ſtrages ediderit, quae olim graſſatae ſint teterrimae morbi formae, puta Athenis, in Aſia ſub Imp. Marco Aurelio, in Achaia et Romae, Conſtantinopoli, ſub a. 1350. in Italia, Pariſiis a. 1450. in Hungaria, Patauii, Londini cet. quam ſimilis ea fuerit, quae Maſſiliam inuaſerat, quam dubium contagium, quod dari negarat CHICOYNEAV, affirmarat ASTRVCIVS, quid ad principem medici retulerint de commercio hominum aegrorum et ſanorum, a quibus cauſis profecta ſit rel. In quibus etſi multa inſint, quae ſapiant precariam enunciationem, multa dubia et in ancipiti poſita, tamen non deſtituuntur laude ſua, cum in vtramque partem diſquirantur, et artis prudentes poſſint ea, quae vera vel probabilia ſint, recte aeſtimare. Spem facit cl. RINGEBROIG, velle ſe in parte quarta incertam contagii peſtilentialis vim perſcenſere, vt, in vtra parte ſit veritas, liqueat.

Quae ſpes vt non ſit irrita vel vana, etiam atque etiam optamus.

Kritiſche Nachrichten von kleinen mediciniſchen Schriften. h. e. Commentarii critici de libellis minoribus medicis, qui in academiis patriis et exteris, inde ab a. 1780. prodierunt — auctore D. CHR. GOTTFR. GRVNER, Prof. Ienenſ. Lipſ. ap. Boehmium. 1783. 8. pagg. 318.

Conſtat inter omnes, innumeram fere copiam diſputationum, proluſionum et id genus aliorum libellorum in academiis quotannis prodire, multum laboris, ſtudii et ſumtuum requiri ad comparandas et coemendas eas, paucas memorari in ephemeridibus literariis, quia concedere debent ſcriptis mole magnis, etiamſi ſint ſaepe iis meliores atque praeſtantiores. Adeſte ergo, medici! Fauete auctori coepti huius vtiliſſimi, ill. GRVNERO, qui, quicquid de medicina inde ab a. 1780. hinc illinc ſcriptitatum eſt in academiis noſtratium et exterorum, hac collectione prodire iubet et in poſterum iubebit, ſi hasce dapes non abhorreatis. Leues enim ſunt et parabiles, guſtui veſtro conuenientes, quippe germanico more apparatas et appoſitas. Sumite

mite ergo, et in ſuccum ac ſanguinem, quod aiunt, conuertite. Feliciter! Ea vero eſt huius praeclari inſtituti ratio, vt, ſi quid vndiquaque haberi poteſt, ſiue intra, ſiue extra Germaniam effuſum ſit, fideliter vobiscum communicetur. Quaeritis, quae academiae ſuam ſymbolam huc contulerint? Septemdecim ſunt patriae, quinque peregrinae. Quaeritis iterum nomina et numerum? Tollite libellum ipſum, et legite. Inuenietis enim varia et vtilia, et iucunda, reciſis iis, quae vos ſcire nihil intererat, et habebitis (ſpero) viro clariſſimo multas gratias, cui vobis artis peritis et viris probis placuiſſe non vltima laus eſt.

Sed ecce! Peccati nos vehementer poenitet, quod in virum hunc clariſſimum commiſimus. Dudum commemorabilis reſtat liber et doctus, et lectu iucundus:

Almanach für Aerzte und Nichtärzte. i. e. Faſti, medicae artis peritis et imperitis dicati, in a. 1783. Ienae ap. heaed. Cunon. pagg. 356.

Leguntur hic varia, quae vtilitate, ſuauitate ac nouitate rerum ſeſe vehementer commendant, et, ni ſpes vana et fallax eſt, iam ſatis lecta ſunt cum bono augurio. Ergo manum de tabula. Fecimus, quae e re noſtra

erat;

erat; indicauimus fideliter, etſi generatim, et iam viro cl. nos reconciliatos putamus.

Das neue Teſtament, oder die neueſten Belehrungen Gottes. h. e. Nouum Teſtamentum, ſeu nouiſſima inſtitutio diuina per Ieſum eiusque Apoſtolos facta — vertit notisque illuſtrauit D. CAR. FR. BAHRDT. Editio tertia. Vol. II. Berol. 1783. 8.

Quantas turbas ante aliquot annos excitauerit verſio N. T. Bahrdtiana, in vulgus notum eſt. Neque vero vllum aequum atque idoneum arbitrum fore exiſtimamus, quin cl. BAHRDTIVM, in ſumma licet opinionum et leuitate et temeritate, iuſta tamen praeſtantiſſimi ingenii laude haud defraudandum eſſe, eiusque verſionem N. T., ex altera praeſertim editione, multo cum fructu adhiberi in interpretandis N. T. libris poſſe, lubens profiteatur. — Nouam nunc huius verſionis editionem, vel potius nouam omnino verſionem a priori prorſus diuerſam A. parauit, variisque obſeruationibus inſtruxit. In verſione ipſa, pura illa quidem et ſatis caſtigata, verba Graeci textus preſſius nunc ſequitur, quam in priori, qua liberius paulo et expli-

catius

catius ſenſum verborum expreſſerat. Bene et eleganter quamplurimis in locis ſenſum auctorum ſacrorum declaraſſe cl. BAHRDTIVM, ab ingenii, quo ipſe pollet, praeſtantia perinde exſpectare licet, ac ab eiusdem in rebus ſacris audacia, grauiſſimas nonnullas doctrinas, v. c. de diuina Seruatoris natura, morte ipſius expiatoria, vera δικαιωσεως indole. cet. falſa et contorta verborum explicatione eum ex libris N. T. expunxiſſe. Attamen haec, quantacunque illa ſit, *Bahrdtiani* ingenii in vertendis libris ſacris luxuries, nihil profecto, noſtro quidem ſenſu, aeſtimanda eſt, ſi eam compares cum effrenata illa et rabioſa opinionum audacia, qua tum in *notis* verſioni ſubiectis, tum a calce operis in *indice* formularum quorundam in N. T. obuiarum perquam exili, inauditas fabulas inepte cudere, nefandas calumnias turpiter effundere, omnem fidem librorum ſacrorum temere euertere, atque in ſanctiſſimae religionis noſtrae viſcera crudeliter ſaeuire haud erubeſcit impudentiſſimus ille Chriſti et Apoſtolorum obtrectator. — Studet nimirum ille per ſingulas fere animaduerſiones inſtillare lectorum animis nefandam nulliſque vnquam teſtibus comprobandam opinionem hanc: Ieſum inſtituiſſe myſteria, conſortium aliquod virorum frater-

no amore inuicem iunctorum, quorum o
notiones rationis purae propagarentur; hi
iusque conſortii *tres* conſtituiſſe gradus, tot
dem ſymbolis ſ. *ονομασι* e formula baptiſma
inſignitos. Fratres ſ. ſocios *primi* gradus *Pa
tris* ſymbolo fuiſſe initiatos, eoque ipſo a
vniuerſalem φιλανθρωπιαν obſtrictos; ſocio
ſecundi gradus ſymbolo *Filii* (Deo cari) ini
tiatos Ieſum coluiſſe legatum diuinum ac do
ctorem veri atque honeſti, ſponſaque fide i
mortem Chriſti ſe abdicaſſe ab omni religio
ne ſola ratione haud cognoſcenda (relig. po
ſitiu.); ſodales *tertiae* claſſis ſymbolo *Spiritu*
(πνευματος, h. e. ſanae rationis,) initiatos ve
ram vim variorum ſymbolorum, quorum
copia adhuc abundaſſet prima et altera claſſis
accuratius cognouiſſe. Hos tandem perfe
ctiori iam et puriori ſanae rationis luce per
fruentes ſatis intellexiſſe, veram myſteriorum
Chriſtianorum rationem et indolem eſſe ir
perfecta et accurata veri et honeſti cognitione
firmiterque tenuiſſe, quaecunque ſana ratio
doceat, haec efficere verae religionis eſſen
tiam, Ieſumque id vnice egiſſe, vt omnem ſu
perſtitionem proſterneret. — Quicunque
igitur Patrem, prouidum rerum omnium re
ctorem, veneretur, et Ieſum, ſapientiae virtu
tisque magiſtrum, profiteatur, atque Spiritum

h. e

h. e. rationem, colat, hunc eſſe verum Chriſtianum, etiamſi in reliquis doctrinis mens ipſius alia quaeuis ſequatur: nam ad infimum gradum ſatis fuiſſe virtutis ſtudium; ſed ad adipiſcendos ſuperiores gradus, quorum ſocii in arcanum conſilium Ieſu deſcendiſſent, requiſitam fuiſſe magnitudinem quandam animi, atque vehementiorem ενθουσιασμον acrius quoddam ſalutis humanae promouendae ſtudium. — Ieſum non vere exſpiraſſe, nec igitur e morte reſurrexiſſe; quae autem vera ratio mortis et reſurrectionis Ieſu obtentae fuerit, quibus auxiliis ſpeciem mortis ipſe effecerit, hoc pertinere ad myſteria, quorum rationem tertiae modo claſſis ſocii cognitam habuiſſent: calluiſſe autem Ieſum permultas artes magicas, inque vires naturae reconditas altius penetraſſe, id quidem ex hiſtoria tot morborum ab ipſo ſanatorum ſatis intelligi: nec omnino fore reſurrectionem mortuorum; Ieſum quidem promiſiſſe reſurrectionem; hac vero imagine, ex theologia Iudaica petita, ſignificaſſe modo immortalitatem animarum. Quae lingua ſymbolica cum minus recte teneretur, et notiones his imaginibus inuolutae craſſius intelligerentur, factum eſſe, vt natura myſteriorum Chriſtianorum moralis in fabulas hiſtoricas et phyſicas degeneraret:

ret: claſſis enim των τελειων, apud quos verarum notionum theſauri repoſiti quaſi fuiſſent, poſtquam ſenſim exſpiraſſet, veras has ſapientiae Chriſtianae notiones ſimul periiſſe (at vnde BAHRDTIO hanc ſapientiam haurire contigit?), atque notiones ſecundae claſſis ſubobſcuras peperiſſe ſubſequentem religionis Chriſtianae conditionem ad noſtra vsque tempora propagatam. — *Mori* itaque, quando de Chriſto adhibeatur, ſignificare — atrociſſimos mortis praeſentiſſimae angores perſentiſcere: *Reſurgere* — Viuum ſe praeſtare: *Ad Patrem abire* — Labores ad perficiendum conſilium Patris occulte perſequi. Nam Ieſum nequaquam ad ſuperos adſcendiſſe, ſed potius, poſtquam ſe viuum praeſtitiſſet, in concilii arctioris latebras *(Mutter-Loge)* ſe recepiſſe, ibique, quis tandem laborum et ſui ipſius et ſociorum exitus eſſet, cupide exſpectaſſe. In obtento autem adſcenſu Ieſu duo modo familiares Ieſu, eosque, cum occulte conſilium magiſtri perficere hucusque allaboraſſent, parum cognitos, e monte tum temporis nubeculis tecto deſcendiſſe, atque tam adſcenſum Ieſu adſtantibus confirmaſſe, quam reditum ipſius annunciaſſe. Ieſum ipſum hunc reditum intellexiſſe de ratione ac vi myſteriorum ſub finem reip. Iudaicae perficienda

pertiusque declaranda: Apoſtolos contra, quam Ieſum viuere adhuc in his terris, muis occulte in latebris conſortii arctioris, uiſſent, verborum iuſto tenaciores ſibi aſſe, Chriſtum ſtato quodam tempore bris ſuis relictis reliqua conſortia ab amini- nſtituta viſitaturum eſſe atque diſquiſitu- , quid antiſtites et magiſtri ad promo- dum conſilium arcanum contulerint, qui- ſubſidiis illud adiuuerint, quoue modo es ipſi praecipue elaborarint. — Haec e ex opinione BAHRDTII religionis iſtianae initia! — His coronidis loco ad- ius ſpecimen artis criticae Bahrdtianae. I, 1. mittit quidem Auctor priorem opi- nem, qua vocabulum και poſt ην inſeri erat, (και Θεος ην ΚΑΙ ὁ λογος) atque licitor vertit: *Et Deus erat ſapientia* (ita n reddit λογον, atque voci Θεος *ſubiecti* lo- aſſignat); ſed in notis verſioni ſubiectis II priora commata cap. I. tamquam *ad- uentum pſeudoplatonici* cuiusdam damnat, a quidem coniecturae huius ratione allata, uiſſima hac: antiquiſſimis iam tem- bus has formulas inſeruiiſſe rebus cabba- is et magicis: attamen, quoniam haec mata pium aliquem ſenſum admittant, ea retineri. BAHRDTIO igitur genuinum

 eſt,

eſt, ſiue ſententiae genuinae ſint, ſiue ſpr
modo commodum aliquem ſenſum fon
— Sufficiant haec exempla ad intelligen
quo audaciae et impudentiae Auctor in
hac N. T. verſione proceſſerit, quamque i
atque in Chriſtum et Apoſtolos, quos ſub
cie pietatis et ſapientiae nefarios circum
ptores agere iubet, iniurio animo ſacra
mina aggreſſus fuerit.

Demonſtrant autem haec aegri ſon
quo dementiae et temeritatis deferri inge
humanum poſſit, niſi in interpretandis
pia grataque in Deum mente, atque ſe
iuſtae h. e. *grammaticae* interpretationis
bus perpetuo regatur. Iſta vero ſomnia o
ac ſingula refellere, noſtro quidem iud
opus plane non eſt; quis enim has n
ferat? Imo hiſtorias VOLTARII in m
confictas, nulliſque vnquam teſtibus id
corroborandas, ſed ex ſola potius praui i
nii luxuria profectas, copioſe refutare,
profecto tempus inutiliter perdere. N
vllum, ne tironem quidem, his deliram
deceptum iri, perſuaſum habemus; at, ſi
tamen ſit, cui nonnullae Viri fabulae plac
commendamus ei attentam lectionem
mentationis egregiae ERNESTI, viri
mi, *de vanitate philoſophantium in interp*

tione librorum S. S. atque illico abiecturum eſſe eum, modo dexteri ingenii ſit, omnes has nugas Bahrdtianas, certo confidimus.

Gr.

Synopſis eruditionis vniuerſae in vſum ſcholarum concinnata, a IO. HENR. FRID. MEINEKE, ill. gymn. Quedlinb. Rectore. *Partic. I.* Quedlinb. ap. auctorem et Ernſtium in commiſſis. pagg. 144. 8.

Nobis non valde opus eſſe videbatur tali libro, qualis hic eſt, contentis SVLZERI, et inprimis GESNERI, (quam ne nominat quidem auctor, liberalis quamquam in laudandis libris exilibus) *iſagoge in vniuerſ. eruditionem.* At ipſe nouam ſibi viam adumbrandi vniuerſae doctrinae ambitus, longe commodiſſimam videtur excogitaſſe, ac multus eſt, per integrum libellum, in illa defendenda et commendanda. Rationi et modulo libelli, diſcentis aetatis vſibus deſtinati atque in ſcholis vberius explicandi, melius conſuluiſſet, ſi de hac doctrinarum in claſſes ſuas deſcriptione ita ſecum ipſe conueniſſet, eamque tam facilem obtutu tamque perſpicuam inſtituiſſet, vt opus non eſſet perpetua aliorum confutatione atque

nouae huius methodi depraedicatione. Haec vero noua methodus omnino diſplicet nobis. Quatuor nempe conſtituit ordines totius eruditionis, 1) diſciplinas *propaedeumaticas*, 2) diſciplinas *viriles*, 3) diſciplinas et *artes elegantiores* et *ludos* ingenuos, 4) diſciplinas *ſpurias*. Plus eſt in partibus, quam in toto; quid enim ſpuriae artes pertinent ad *rerum diuinarum humanarumque, quae faciunt ad bene beateque viuendum, ſolidam et ſyſtematicam cognitionem?* ita vero definit auctor *eruditionem*. Deinde nullo plane fundamento nititur haec diuiſio: προπαιδεύμασι enim reſpondent μαθήματα et ἄσκησις vel πρᾶξις; *virilibus* diſciplinis vero vel *pueriles* et *ſeniles*, vel *femininae*; *elegantioribus* porro *vtiles* vel *ſeriae*; *ſpuriis* denique *genuinae*. Ita per totum σύστημα, quod auctor condidit, deſideramus ordinem partium congruum, perſpicuitatem iuſtam et acumen in definiendis pariter atque diiudicandis diſciplinis, et veremur, ne omnes diſciplinae partes in puluiſculos quaſi ſecando, hosque in nouas vsque partes reſoluendo diſcentium memoriam magis obtundat quam adiuuet. Multae variaeque ſcientiae aliunde iam cognitae, ac laudabilis bene de iuuentute merendi conſilii gloriam auctori nolumus derogare; ſed ad impeditum opus, magnam

diuer-

diuerſiſſimarum rerum congeriem, in eum redigendi ordinem, quo omnes cohaereant, eum non factum eſſe cenſemus. Deeſt etiam vbique iuſta et frugalis oeconomia; ſtilus autem, quo vtitur auctor, mendis non paucis inquinatus eſt, quae in *illuſtris gymnaſii rectore* offendunt magnopere.

Iconum plantar. medicinal. Centuriae IV. Partem poſteriorem Norimb. vendit Raſpius ſiue tabb. 351 - 400. vna cum textu.

Non eſt, vt multis laudemus hocce inſtitutum peregregium, cuius mentionem identidem fecimus, vel doceamus, quid editor et bibliopola cum praeſtare voluerint, tum reuera praeſtiterint. Haec enim ſatis ex prioribus liquent, et hic iterum abunde ſpectantur. En igitur nomina plantarum ad viuum expreſſarum! *Gnaphalium Stoechas* et *Arenarium L. Ariſtolochia anguicida, Mentha ſilueſtris, arvenſis* et *criſpa, Salſola ſoda, Logoeia cuminoides, Anacardium occidentale, Tormentilla erecta, Onopordum acanthium, Cucumis melo, Fagara octandra, Teucrium montanum, Coriandrum ſatiuum, Datura metel, Rhizophora mangle, Angelica ſilueſtris, Artemiſia iudaica* et *pontica, Lobelia ſiphylitica, Dolichos pruriens, Polygo-*

num perſicaria, Papauer ſomniferum, Ilex aqui-folium, Cocos nucifera, Myagrum ſatiuum, Coffea arabica, Bupleurum rotundifolium, Thlaſpi aruenſe, Scilla maritima, Erigeron acre, Herniaria glabra, Delphinium conſolida, Crithmum maritimum, Solidago virga aurea, Arctium lappa, Sideritis hirſuta, Pedicularis paluſtris, Athamanta ceruaria, Galium mollugo, Gentiana amarella, Trifolium aruenſe, Spiraea filipendula, Conuoluulus ſepium, Cynogloſſum off. Carum carui, Thymus alpinus, Euphorbia cypariſſias, Athamanta oreoſelinum. Abſolutus ergo eſt tomus quartus nobiliſſimi huius operis, vnde botanophili magnum emolumentum capere poſſint, et hortandus clariſſ. ZORNIVS, vt ſtrenue pergat in eo et perficiendo, et perpoliendo, ne qua in re habeant emtores, cur ſpe fruſtratos ſe eſſe clamitent.

Muſeum Cuficum Borgianum Velitris illuſtrauit IAC. GEORG. CHRISTIAN. ADLER. Romae ap. Ant. Fulgonium. 1782. praeſidum facultate. 4. pagg. 170. cum XII tabulis aeneis.

Inter multa alia negotia, quibus de re critica bene meriturus Romae diſtentus erat, ſatis *otii et horarum* ſubſeciuarum inuenit cl. AD-

LER

LER ad emittendum egregium librum, quem auctoritate et ſuaſu STEPH. BORGIAE, Secretarii Collegii de propaganda fide, poſſeſſoris Muſei et nummis et imaginibus copioſiſſime inſtructi, conſcripſit. Primo auctores recenſet, qui de nummis Cuficis egerunt; quos omnes A. longe ſuperauit, non ſolum ſolida linguarum Orientalium cognitione praeditus, ſed etiam rara ſelicitate vſus, multos nummos manibus verſandi. REISKII epiſtolae de re nummaria Arabum auctori, quum Romae moraretur, nondum viſae erant. Coeperunt autem Arabes nummos cudere anno C. 995; quod ex Elmacino probat; nos teſtimonio Abulpharagii ex Chronico Syriaco MS. confirmamus: ובתר שנתא שרין טייא למטבע דינרא וזוזא ופולסא בכתיבתא ברחוד דלא צלמא *inſequenti anno* (nempe poſt annum אז דיונויא i. e. 1007. Graecorum vel Chriſti 996) *coeperunt Arabes cudere denarios, drachmas et quadrantes,* * *inſcriptionibus absque imaginibus ſignatos.* Perſequitur deinde A. hiſtoriam Arabum nummiſmaticam temporibus Chaliſarum Omniadarum et Abbaſidarum. In Hiſpania primus nummus

 Ara-

* De hoc triplici nummorum genere (vid. REISKE in *Repert. für bibl. u. morgenl. Liter. P. IX. p. 262.* etc.

Arabicus ſeculo X. cuſus eſt. Fatemidae ſolum in Aegypto, ſed etiam in Sicilia r runt, vbi nummi ab iis cuſi ſunt. Extan riter nummi haud pauci in Transoxa Perſia cuſi, quorum magna copia in reg bus iuxta mare Balticum ſitis e terra e eſt. Quae auctor duce BARTHELE de nummis figuris ornatis diſputat, cu conferri merentur, quae eadem de re d vt ſolet, notauit EICHHORN in *Reper* X. p. 180. etc. In notis palaeographic origine ciſrarum vel notarum numer plura ſcripſit minus probabilia; quae ſil praetereunda, quia ipſe auctor ſententia tractauit in ſupplemento libri: *Ueberſicht Reiſe* p. 226. Nummi Cuſici, qui docte ſtrantur, tabulis aeneis eleganter inciſi, n ro ſunt CI; quibus ſigilla Arabica adi tur. Quum in nummis muſei Borgia plicandis verſaretur ADLER: acceſſit idolum Druſorum, ſimulacrum ſcilicet um vituli, quod illuſtrandum ADLERO ſeſſor conceſſit, qui eodem tempore li mſtum Italica lingua conſcriptum de I cum auctore communicauit. ADLER tribem, quum EICHHORN in vſus co terit in nouiſſima parte Repertorii, d menſe ſuperiori retulimus: non opus

hac ſecta in praeſens copioſe diſputare. Titulum ſimulacri, qui notis occultis vel ſiglis conſcriptus eſt, enodare non audet auctor; neque noſtrum eſt, his nugis et myſteriis explicandis bonas horas perdere. Acceſſerunt ſplendido opuſculo tabulae XII aeri inciſae.

Upfoſtrings Salſkapet Tidningar; i. e. Ephemerides ſocietatis pueris educandis operam nauantis. Holmiae 1782. 8.

Sunt argumenti et politici et literarii. Praecedit in ſingulis ſchedis diſſertatiuncula ad res hiſtoricas, geographicas, ſtatiſticas, politicas pertinens, e. gr. rerum facies in Europa a. 1781, deſcriptio geographica Indiae nonnullarumque vrbium et regionum Suecicarum, Gotheborgi, Gefle, Finniae. Harum diſſertationum nonnullae ex lingua Germanica conuerſae ſunt, e. gr. cel. ZIMMERMANNI, Profeſſoris Brunouicenſis, de homine, et aliae, ex diariis Greifswaldienſibus deſumtae. Deinde librorum, non eorum ſolum, qui in Suecia prodierunt, ſed exterorum etiam notitia breuis, ſolida, et modeſta. Adiiciuntur noua literaria, labores et euenta virorum doctorum cuiuscunque gentis percenſentia. Optandum omnino eſt, vt ephemerides plauſu,

quo dignae ſunt ab orbe erudito exci-
piantur.

Platons Gaſtmahl etc. h. e. *Platonis ſympoſium*, graece, hinc inde emendatum, cum animaduerſionibus criticis et exegeticis editum a FRID. AVG. WOLF. Lipſ. ap. Schwickert. 1782. 8 mai. pagg. 94 et 119.

Fieri vix poteſt, quin cum doctiſſimo WOLFIO, (nuper Rectore ſcholae Oſterodanae, nunc Profeſſore deſign. Halenſi) miremur atque indignemur, ſi reputemus, multos eosque eruditiſſimos criticos, qui de literarum Graecarum et Romanarum ſtudio praeclare mereri voluerunt, operam ſuam ſcriptis ex vetuſtate fere vilioribus ita addixiſſe, vt ea doctrinae animaduerſionumque multitudine et varietate obruerent et quaſi immergerent, cum ex praeſtantiſſimis ingeniorum veterum monumentis plura neglecta fere iaceant, certe nondum eam perpolitionem doctorum virorum curis acceperint, vt commode legi et cum fructo tractari queant. In his in primis numerandus eſt Plato. Cuius quamquam tanta eſt bonorum copia tantaeque diuitiae, vt variis ſufficiat materiam ſtudiis, et vnusquisque

quisque diſcendi cupidus habeat, quod ex eo tollere poſſit; tamen nemo ex tot viris doctis exſtitit, qui ita ſuam diligentiam Platoni tribueret, vt eius et emendatam lectionem, et facilem promtumque intellectum verae eruditionis amantibus aperiret. Nam quotusquisque eſt, qui omnes eius voces aut primum inuentas, aut obſoletas, aut ab ipſo renouatas, qui conſtruendi rationem ipſi propriam, artem mirificam, qua vſus eſt in coniunctionibus, et concinnitatem omnium ſermonis partium explicare et demonſtrare tentauerit; qui de eius imaginibus, ſimilitudinibus, deſcriptionibus, fictionibus, narrationibus, ſententiis cet. ſtatuerit; qui denique auſus ſit definire, vbi interlocutores perſonis ſuis conuenienter nec ne, vbi iocoſe, vbi ſerio loquantur? Quae omnia vt ſunt neceſſaria, ita ardua et vix ab vno homine ſperanda. Itaque haud iniucunda nobis accidit Sympoſii Platonis editio Wolfiana, in qua adornanda ita verſatus eſt editor, vt vtiliſſimam operam nauaret non modo adoleſcentibus, quorum vſibus in primis ea comparata eſt, ſed aliis etiam antiquae doctrinae ſtudioſis. Textum repetiit Stephano-Fiſcherianum hinc inde tamen, vbi neceſſarium videbatur, vel ex FICINI et CORNARI verſione, vel ex huius

alio-

aliorumque virorum doctorum coniectur feliciter emendatum. Adnotauit varietate librorum editorum praecipuam; nam ſcript caruit. Animaduerſiones adiecit philologic et exegeticas, quae fere omnes habent indici eruditionis haud vulgaris accuratique iudici quaeue nobis probatae ſunt cum rerum ve borumque interpretatione diligenti et perſp cua, tum in primis obſeruatione viae rati piſque diſſerendi. In variorum vuius lo interpretamentorum delectu prouidum, ſin plicis ac facilis ſenſus indagandi ſtudioſun ab omni argutatione liberum, in lectione v ra reperiunda ſollicitum, neque ſuperſtitio timidum, neque audacem et temerarium Pl tonis editorem promittimus. Quarum r rum, ſi quis temere haec a nobis dicta eſ putet, exempla plurima petere facile pote ex libro ipſo. Paucis defungemur, vt app reat, quam apte praecipue in lectionis par ter διακρισει, atque ſententiarum interpret tione verſata fuerit viri doctiſſimi diligenti

Cap. II. n. 6. Συν τε δυ᾽ ἐρχομενω, πρ ὁ ΤΟΥ βȣλευομεθα ὁ τι ἐρȣμεν. Sic r ſtituit, vbi vulgo ὁδȣ, ex Homer. Il. κ. 224. ex FISCHERI ac GOTTLEBERI coni ctura; vt ſenſus ſit: *alter noſtrum alte conſulat*, ὁ ἑτερος προ ἑτερȣ. — III. 2. l ctionem

ctionem: ἔθος γὰρ ΤΙ τοῦτ᾽ ἔχει, vbi Baſill. edd. τοι habent, probante FISCHERO, bene defendit, ex Priſciano monens, apud Atticos abundare ſaepe τὸ ΤΙ — Ib. 6. εἰ τοιοῦτον εἴη ἡ σοφία, ὥςε ἐκ τοῦ πληρεςέρου εἰς ΤΟ κενώτερον ῥεῖν ἡμῶν, ἐὰν ἁπτώμεθα ἀλλήλων, mauult ΤΟΝ κενόν. *Si tale quid eſſet ſapientia, vt ex illo, qui abunde illa inſtructus eſt, fundi poſſet in illum, qui ea caret* etc. et porro: ὥσπερ τὸ ἐν ταῖς κύλιξιν ὕδωρ, τὸ διὰ τοῦ ἐρίου ῥεὸν ἐκ τῆς πληρεςέρας εἰς τὴν κενωτέραν, vbi pro ἐρίου CORNARVS, quia per *lanam* fundi aquam dici nequeat, ὀργάνου ſubſtitui, hocque de *canale*, κυλ. autem de *puteis* vel *ciſternis* intelligi volebat, FISCHERVS vero, ingenioſam quidem, ſed vſui loquendi contrariam, nec ſatis aptam ad menſam iam inter *pocula*, κύλικας, accumbentis perſonam, hanc coniecturam eſſe videns, pro ἐρίου malebat legi ὑλιςῆρος ſ. ἠθμοῦ, vel aliam vocem, *colum* ſignificantem. WOLFIVS, ſi omnino opus eſſet medela loco, ἠθμοῦ legendum eſſe, cenſet, ſed cum SYDENHAMO retinet ἐρίου, ac *pannum laneum* intelligit, quo aqua frigida, e niue facta, vino affundenda, percolaretur. — V. 6. illos, qui, dum excluditur a ſympoſio tibicina, putant, ingenioſe rideri e Platone Xenophontis ſympoſium,

poſium, noſter argutari monet, quemadmodum etiam in commentatione praemiſſa ſuſe probauit, nullo modo effici poſſe, Platonem cum Xenophonte in fingendo ſympoſio certare voluiſſe. Apte huc trahit illud Philonis de Xenophonteo libro iudicium: ἀνθρωπικοτερον ἐϛι το τȣ Ξενοφωντος, h. e. magis ad vitae communis vſum ſeſe accommodat. — Loci V. 3. 4. qui multos exercuit, expeditum eſſe ſenſum docuit, ſi modo vehementiam dicentis ac familiaris dialogi, ſaepe per ἀνακολȣθα properantis, naturam ſpectes. — XV. 3. *Iupiter* fingitur *diſſecuiſſe homines*, ſecundum lectionem vulgarem, ὡσπερ οἱ τα ΩΑ τεμνοντες και μελλοντες ταριχευειν, ἡ ὡσπερ οἱ τα ὠα ταις θριξιν. Hunc locum non eſſe ſanum, facile apparet. SYDENHAMVS, cui ridiculum videbatur, *crinibus diſcindi oua*, putabat, verba: ἡ ὡσπ. οἱ τ. ὠα τ. θρ. ex gloſſemate in textum inuecta eſſe, ita, vt, cum forte aliquis verba antecedentia interpretaturus ad marginem ſcripſiſſet: εἰς ταριχον (h. e. ταριχευσιν) alius inepte hoc permutaret in ταις θριξι. WOLFIVS autem probat emendationem RVHNKENII et TOVPII, quorum ille pro ὠα primo loco reſcribit οα, *ſorba* (*Arlesbeeren*), hic vero praeterea ταις θριξι addendum eſſe διαιρȣντες ex loco Plutar-

ch.:

:hi, Platonem imitantis, oſtendit. Hos igi-:ur ſecutus textum refinxit, faſſus tamen, ob-ſcurum adhuc locum eſſe, quamuis appareat, facilitatem operis a Ioue perfecti per ſimilitu-dinem aliqnam deſcribi. (Nobis, fatemur, non diſplicet coniectura SYDENHAMI, ni-ſi quod pro ὡα omnino ὀα ſcribendum cen-ſemus.) — XVI. II. οἱ ἐν ταις ϛηλαις, κα-τα γραφην ἐκτετυπωμενοι, διαπεπρισμενοι κατα τας ῥινας γεγονοτες, ὡσπερ λισπαι. Lectionem integram eſſe ſic, et ſenſum faci-lem, bene docet, ſi modo ἐχοντες accipias pro ὀντες ex conſuetudine loquendi admo-dum nota, et κατα γραφην non καταγραφη legas. Quid vero ſint λισπαι, melius, quam cum FISCHERO *de calculis in medio inciſis et vſu detritis* explicari non poſſe, putat. — XXII. I. multam operam perdit vindicandae lectioni vulgari μαντικη, contra illos, qui Μαντινικη malunt, quod et nobis praeplacet, tum quia ſolemne eſt Platoni, hominum no-minibus addita patriae illorum ſignificatione, illos a cognominibus diſtinguere, tum quia γυνη μαντικη nusquam forte occurrit, et o-mnis haec notio ineſt ſequenti Diotimae de-ſcriptioni. Interim volupe eſt, videre, et hic et alibi ſuo ingenio vſum eſſe, ac ſenſu aucto-rem doctiſſimum.

In

In praefatione expoſuit de adiumentis, quibus vſus eſt, quorumque praecipua fuerunt editio ſympoſii Fiſcheriana et verſio Anglica SYDENHAMI, ac de verſionibus cum antiquis tum recentioribus. Hanc excipiunt commentationes duae, in quarum altera diſſeritur de titulis dialogorum Platonis et huius et reliquorum; de diſcrimine in modo tractandi, quo ſympoſium a ceteris Platonis dialogis ſeiungatur; de eius conſilio et perſonis; de tempore, quo Agathon conuiuium fecerit aut in certamine poetico vicerit; de eo, quod ſit argumentum hiſtoricum, ſed fictionibus mixtum; quatenus Plato veritatem ſecutus ſit, quae ad poeticum genus magis, quam ad hiſtoriae fidem compoſita videatur; de iis, quae in ſympoſio temporum rationibus aperte repugnent. Monetur porro, diligenter attendendum eſſe, quae Plato ipſe, quaeque per aliorum perſonas pronuntiet; nec ſcriptum eſſe ſympoſium ex aemulatione Xenophontis. Denique de ceteris veterum ſympoſiis agitur. — Altera commentatio, quae plurimum valet ad faciliorem et pleniorem ſympoſii intelligentiam, ſummam totius dialogi concinne deſcriptam ſiſtit. — Vſus eſt auctor lingua vernacula, cuius rei rationes in praefatione in vtramque partem perſequitur. Tantum ab-

eſt

eſt, vt hoc inſtitutum reprehendamus, vt potius liberum eſſe cuique debere confirmemus; vtrum latino an vernaculo ſermone, in hoc etiam librorum genere, ſcribere velit.

Das Gaſtmal, h. e. Sympoſium Platonis, in patrium ſermonem conuertit G. SCHVLTHESS, fil. *Turici* ap. Orell. et ſocc. 1782. pagg. 86. 8.

Opportuno loco huius verſionis mentio fieri poteſt, non contemnendae quidem illius, ſed dignae, quae ſupra laudatae Graeci textus editioni appendatur a iuuenibus Platonicae ſapientiae et eloquentiae ſtudioſis, eoque magis, quo vtilius eſt, duorum virorum doctorum, qui eodem tempore eumdem librum illuſtrandum ſuſceperunt, operam inter ſe comparare, videreque, in quo conſentiant diſſentiantque a ſe inuicem. Apponamus hunc in vſum eorumdem fere locorum, quos ex editione Wolfiana notauimus, verſionem. II. 6. *Wir wollen beide im Gehen einer für den andern berathen*, (locutio Heluetica, cuius generis aliae multae occurrunt,) *was wir ſagen wollen.* — III. 6. *Das wäre wohl zu wünſchen! die Weisheit würde von der Art ſeyn*, (melius: *daſs die Weish. — mögte*,) *daſs ſie bey*

uns durch gegenſeitige Berührung aus den vollern in das lährere flöſſe, wie vermittelſt der Wolle das Waſſer aus dem vollern Becher in den lährern. — XV. 3. *Hierauf ſchnitt er die Menſchen entzwey, nicht anderſt, als wie Eyer die man würzen will, und mit Haaren zertheilt.* Putat, *ſetas equinas* intelligi, ſeu *fila ferrea, oua* autem, coquendo dura. — XVI. 11. *Es ſteht daher zu beſorgen, wir mögten wohl gar, wenn wir nicht manierlich gegen die Götter ſind,* (optime!) *zum zweyten mal getrennt werden, und die Bildung bekommen, welche auf Denkſäulen im Profil ausgehauene Menſchenfiguren haben, der Naſe nach geſpalten, wie Wanzen.* Non vrget hoc poſtremum, ſed *tenuiſſima* certe *animalcula* intelligi mauult, quam *calculos.* — Vim et gratiam ironicae orationis in multis aliis locis feliciter expreſſit interpres, ſaepe vt ne ſentias quidem, verſionem eſſe id, quod legas. Interim eſt etiam, vbi et accuratius verba verbis reddere, et faciliori locutione Germanica vti poterat. Quod p. 7. legitur: *Auch befahl er einem Aufwärter, mich mit Handwaſſer zu bedienen, ſo kann er ſich einmal niederlaſſen,* nemo intelliget. Graece: Και ἐμε ἐφη ἀπονιζειν τον παιδα, ἱνα πϵ κατακεοιτο, vbi eſſe enallagen perſonae tertiae pro prima (ἱνα κατακεοιμην) planiſſimum eſt.

Di

Die Geſchichte des erſten Chriſtlichen Jahrhunderts. h. e. Hiſtoria primi ſeculi Chriſtiani, ſcripta ab ANSELMO FRIDERICO DE GVDENVS, Canonico et Cantore collegiatae Eccleſiae ad Diuum Seuerum, quae Erfordiae eſt. Wirceb. ap. Stahelium. 1783. oct. mai. pagg. indicem ſi demas, dedicationem et praefationem, 134.

Conſilium ſcriptionis ſibi exinde ſumſiſſe, illuſtris Auctor in prooemio profitetur, quod ſtudium eccleſiaſticae hiſtoriae praeclarum omnino ſit, dicarintque illi ſcriptis conſignandae ſuam operam Itali et Francogalli complures, nullum vero, quod multum dolet, adhuc viderit e Germaniae Catholicae eruditis viris eidem labori animum et calamum applicuiſſe, niſi forſan transferendis in ſermonem patrium libris extraneorum. — Opus ipſum in tria capita, et totidem huius periodi totius eccleſiaſticae hiſtoriae epochas, diſtinguitur, quarum *prima* ab *aduentu Ieſu Chriſti in carne* ad *miſſionem Spiritus Sancti* vsque, *altera* ad *Pauli iter Romanum*, *tertia* ad *finem primi poſt Chriſtum natum ſeculi* porrigitur. In factis recenſendis Chronologiam ſequitur auctor, quam methodum ſibi praeplacuiſſe dicit, vt lectoribus iucundiorem et hiſtoriae conue-

 nien-

nientem. Narrationis in plures paragraphos, breui rubrica materiae compendium referente diſtinctos, diuiſione taedium lectoribus tollit, et memoriae conſulit. Genus ſcribendi tenet auctor ſatis purum, planum, et materiae aptum. Plurimas textui ſubiunxit notas, partim fontium indices, partim fontium obſcura loca hinc inde illuſtrantes, partim chronologicas, geographicas, topographicas, partim etiam biographicas, et literario-hiſtoricas. Id vnum dolemus cum Auctore, non ſemper claſſicos libros ipſi ad manum fuiſſe, nec claſſicorum librorum optimas editiones, vnde, quod ex hisce hauriendum erat, ex canalibus depromere neceſſe habuerit. Modeſtiam eius excitandam puto, vt propriis plus viribus fidat; raro enim quaſi ſuo ore, potiſſimum alieno loquitur. Ceterum opus multis vtile fore et iucundum lectu cenſeo, et opportuno omnino tempore in lucem prodiiſſe, cum et publica et domeſtica deuotio liberaliorem faciem induat, et loco multorum libellorum, mali guſtus ἄσκησιν, et deuotionem ſuperſtitioni proximam exhibentium ſacra biblia etiam laicis in manus dentur, queis pari iure iungi debet hiſtoria eccleſiaſtica, vnde diſcant Chriſtiani fata eccleſiae ſuae, quam in biblica hiſtoria fundatam a Chriſto legerunt, mirenturque

turque hac lectione; prouidentiam diuinam, quae hanc eccleſiam Chriſti firmauit, amplificauit, ſeruatque adhuc. — Hunc laborem feliciter ſuſceptum gratulor illuſtri Auctori, veliltque eum ad praeſens vsque Chriſtianae eccleſiae ſeculum continuare, precor. Accedet inde genti ſuae, iam viris aliis illuſtribus inſigni, nouum decus, ſimul autem vniuerſo ordini Canonicorum multa commendatio, quod pertineant ad illum viri, qui praeclarum otium, quod tale vitae eccleſiaſticae genus facit, ad ornanda ſtudia literarum, eccleſiaſtica praeſertim ſtudia impendant.

O. F. *

---

10. AVG. ERNESTI theſes theologiae dogmaticae. Nunc primum edidit IO. CHR. GOTTL. ERNESTI, Philoſ. Prof. p. extr. 1783. VI pl. 8.

Quod ipſe auctor, dum in viuis eſſet, has theſes, acroaſibus ſuis academicis deſtinatas, publici iuris non fecerit, hinc eſſe videtur, quod tanti non aeſtimaret. Interim non ingratum erit munuſculum hoc omnibus, quibus cara

* Scriptum eſt hocce iudicium ab eccleſiae Romanae theologo doctiſſimo clariſſimoque.

eſt viri egregii memoria. Cognoſcent, huic etiam, tenui licet, libello, impreſſa eſſe indolis, quae propria eius erat, veſtigia; fallor enim, aut confido, me, libellum hunc ERNESTII eſſe, viſurum fuiſſe, etiamſi illius in fronte non geſtaret nomen; ita per totum regnat illa ratio, quam ipſe in vniuerſa theologia tradenda aliis ſaepiſſime commendauit, ipſe vero in ſingulis quibusdam locis eius explicandis obſeruauit. Namque et hic ſaepe deprehendis accuratum *grammaticum*; v. c. (pag. 15.) *Generationis verbum* (de patre) *eſt ab actu humano translatum eſt ad diuinum; tamen illa translatio eſt grammatica, non rhetorica aut tropica, quia non propter aliquam ſimilitudinem facta eſt, ſed propter analogiam naturae atque rei, in quo genere verba, quamquam translata, tamen proprie dicuntur; vt verbum* lupi *non minus proprium eſt in* piſce, *quam in* animali terreſtri. *Itaque et proprie* Pater *dicitur prima perſona* etc. Pag. 14. *In illo vno Deo, ſalua vnitate ſubſtantiae, tres eſſe, P. F. et Sp. S. clariſſimum eſt e ſcriptura, in primis e baptiſmi faciundi formula; iique tres non ſunt mera eiusdem Dei nomina varia, nec tres modi aut qualitates, ſed perſonae. Nam* in homine, *vel* in nomen *alicuius aliquid fieri non dicitur, niſi de perſona.* — Deinde dili-

gentes

genter videbis veteris conſuetudinis loquendi eccleſiaſticae Graecae et Latinae rationem habitam eſſe. Hinc animaduerſiones quaedam hiſtoricae, non vulgares in eiusmodi libris; v. c. Graecos locum *de ſacramentis* dicere θεολογιαν συμβολικην, Latinos *de ſignis; gubernationem* mundi ſolam veteribus, vt Theodoreto et Saluiano, *prouidentiam* dici. etc. — Porro in illis locis, quos ex inſtituto alibi illuſtrauit auctor, propriam eius ſententiam vrgeri deprehendes, v. c. *electionem* ſeu *praedeſtinationem* tribus rebus contineri, προθεσει, προγνωσει, προοϱισμῳ, ſed *verbis ſenſu eccleſiaſtico, non biblico, acceptis;* Chriſti *officium triplex* vocandum eſſe, explicite quidem haud negat; ſed alia prorſus ratione operis ſalutaris partes dinumerat, ac monet ſaltim, Chriſtum a *ſatisfactione dici ſacerdotem* in ep. ad Hebraeos, a docendo *prophetam*, quamquam id nomen etiam latius pateat, denique *regem*, ab eo, quod homines ad ſalutem ipſam opere ſuo et beneficiis ſp. ſ. adducat. — Nec potuit ſibi temperare, quin paullo fuſius, quam reliqua harum theſium breuitas poſtulare videtur, notaret erroneam de *obſeſſione diaboli* et *magicis artibus* opinionem. Pag. 23. theſ. XI. *Vt angelorum bonorum nullae ſunt hodie amplius apparitiones, ſic nec malorum.*

Nec eorum ſunt obſeſſiones hominum tales, quales Chriſti tempore fuerunt, vt Luc. XI. At ſi quae tales iactatae ſunt, ſemper fraudis conuictae fuere; vt et in ſpectris accidit. Et theſ. XII. *Nec vero magicae artes in diaboli operibus ponendae, quae et ipſae in fraudibus numerandae ſunt. Veteres quidem eccleſiae doctores opinionem de magia indignam Chriſtiano iudicauere, et concilia canonibus, in quibus in primis memorabilis eſt canon concilii Laod. a. 363 ſaepe ille repetitus, qui opinionem de magia paganum errorem appellat, et eos, qui eam teneant, fidem perdidiſſe, dicit.* Quis non videt, ipſi haec propter ſui temporis ac loci homines quosdam in primis digna viſa eſſe, quae diligentius exponantur. Ad eosdem ſine dubio pertinet et hoc: *Non eſt exſpectandum regnum viſibile, vniuerſale et chiliaſticum* (p. 37.) etc. — Denique vero et orationis genus terſum, breue ac praeciſum, cum ſingulari perſpicuitate rerumque vbertate coniunctum, quod cetera viri deſideratiſſimi ſcripta commendat, huic etiam libello proprium eſt, eique multum gratiae conciliabit apud omnes, quorum ſenſus nondum eſt corruptus.

Ceterum ante omnia monendum erat, libellum hunc non modo *theologiae dogmaticae*, quae ſenſu anguſtiore ſic dici ſolita eſt

poſt

poſt BVDDAEVM, ſed etiam illius theologiae partis, quae, auctore CALIXTO, exemta ex vniuerſo corpore *moralis* dicitur, primas lineas complecti. Veterem enim morem ſeruare maluit, et omnem *religionis tradendae* ſcientiam, omnem theologiam, iſto nomine continere. Hinc in tres partes illam diuidit, quarum priori *de deo eiusque operibus* appendix iungitur *de cultu Dei; pars ſecunda* de *ſalute humana eiusque cauſis*, in ſectione VI. quae agit *de ſanctitate eiusque cauſis et effectibus*, ſimul tradit officia erga nos ipſos et alios homines, ſectione autem VII. exponit de magiſtratus iuribus et officiis, ac ſect. VIII. de coniugio; *tertia pars* inſcribitur *de ſalutis poſſeſſione*, et tractat, quae alias vocantur, *quatuor nouiſſima.*

Neue Reiſe durch America etc. i. e. Nouum iter per Americam ſeptentrionalem factum anno 1781. ex lingua Gallica verſum. Norimb. ap. Grattenauer. 1783. 8. pagg. 176.

Quicquid vel tantillum confert ad pernoſcendam nouam in nouo orbe ortam rempublicam, eius ſtatum, potentiam, ciues etc. magna cum gratiarum actione excipiendum

et cum voluptate perlegendum eſt. Q
etiam hae epiſtolae a ſacerdote quodam
lico, Abbate ROBIN, qui cum exercitu
mitis de Rochambeau iter 756 milliarium
glicorum in America fecit, dignae erant,
ciuitate Germanica donarentur. Noſtr
ſtituti ratio omnino prohibet, quo minu
gumentum epiſtolarum, quae Gallum ai
rem nimis prodere videntur, fuſius perſ
gamus, vel de vituperiis in duces Anglic
coniectis ſententiam feramus.

III. De libellis academicis et ſcholaſti

Ienae diſſ. inaug. *de ſucceſſione collatera tertii gradus, ex iure Romano et Saxo* Praeſide D. CAR. FRID. WALC etc. defendit auctor GEO. CHRISTC GVIL. VOELKER, a ſecretis in Conſi Ienenſi nec non aduoc. aul. d. 5 Apr. VI pl. et dimid. Vix opus erat, §. 2. d rare, quid ſub generali denominatione gradus collateralium hic intelligeretur, et re computationem graduum ciuilem pr lerit auctor canonicae, etiamſi hanc iam allegatum BIENERVM, et WOLFFI philoſophus, in horis ſubceſiuis Marbur ſibus, et CRAMER, ICtus, a maiori rat

voluerint commendatam. A iure ciuili ſeu Romano, vt titulus monſtrat, orditur ipſa tractatio; ergo loquendum erat Romano more. Breuiter et dilucide exponit auctor controuerſiam inter Azonem et Accurſium, quousque repraeſentationis ius fratrum liberis ſit accommodandum, vbi ad antiquiora LL. XII tabularum iura de ſucceſſione deſcendit, deinde recentiora ex Nouell. 118 et 127. tradit, nec non ex Spirenſi conſtitutione de 1529. quae huc faciunt, addit, et denique ad Saxoniae iura pergit. Principio poſtquam ex iure Rom. oſtendit, progeniem fratrum, auunculo vel patruo, cui frater nullus ſuperſtes eſt, ſuccedentem inter ſe auxilio repraeſentationis opus non habere; contra VINNIVM ſtatuit, nec hac repraeſentatione fratrum liberos indigere ad excludendos ipſius defuncti thios. VINNIO contrarium placebat, quia thii defuncti aeque tertio gradu illi ſunt, ac liberi praemortui fratris. Sed proprium tamen ius prae defuncti thiis fratrum liberis, non tam ex duplici vinculo, quam potius ex propinquitate ſanguinis, ſolide vindicat. Intricatior dein quaeſtio de liberis fratrum ſororumue aut repudiantium, aut delata quidem, nondum vero adita hereditate, mortuorum, euoluitur. De hac cum KOCHIO *de ſucceſſ. ab inteſt.* ita

ſentit

ſentit auctor, vt repudiantium liberi plane omni ſuccedendi ſpe excidant, et pars repudiata reliquis fratrum praemortuorum liberis adcreſcat, idque contra adſertionem b. HELLFELDII, edicto ſucceſſorio hoc caſu locum dantis. Nec poſſumus non cum auctore noſtro facere. Nam, vti bene monuit, edictum ſucceſſorium non prius ad ſequentem gradum tendit, quam ſi in propinquiore nemo ſucceſſurus adeſt, quod ſecus eſt in caſu ſuppoſito, vbi alterius fratris filii, patrem repraeſentaturi, non deſunt. Hi ergo, viuente quanquam repudiante thio ſuo, ſoli non ſunt, ergo iure repraeſentationis ſecundum gradum occupant, filjis repudiantis, quod viuentem patrem repraeſentare nequeunt, in tertio gradu relictis. Porro ante aditam hereditatem, ſed ſibi delatam demum mortui filios, admittit cum conſobrinis, ſed in ſtirpes, quia hic tempus delatae hereditatis ſpectatur, quo fratrum proles dici non poterat ſola, et mortui repraeſentationi locus eſt. In reliqua parte diſſertationis de iure ſuccedendi Germanico, in primis Saxonico, agitur, cuius fundamentum olim erat condominium, ita, vt inter collaterales a primo adquirente deſcendentes, diſcrimen non attenderetur, num duplici vinculo coniuncti, an vnilaterales eſſent. Deinde

ad-

paſſim Romano iure Germanorum
, in quibusdam regionibus, vbi Ro-
acuiſſent, repraeſentationis ius ex ae-
'eceptum, vti etiam duplicitas vinculi
inem germanis fratribus eorumque
ae vnilateralibus tribuiſſe dicitur. De
o patrii iuris tenacioribus prouinciis
it auctor, ibi per germanorum fra-
eros non excludi vnilaterales defun-
es, ſed ſecundum paroemiam: *Halbe*
tritt einen Grad weiter, ex ſecundo
uem ſua natura tenent, quaſi in ter-
nslatos hos vna cum illis vt aequales
: thios autem defuncti per fratrum
orum liberos, et per fratres vnilatera-
rino excludi; id quod ex ſtatutis plu-
axoniae ciuitatum, ex iure Saxonico
iali et Anhaltino etc. plena manu al-
patet. Vnum illud nobis monendum
obiter §. II. allegata auctoritate GOB-
, ſed perperam, auctorem tradere, in
runſuicenſibus, abrogato licet iure Sa-
tamen vnilaterales fratres ſimul cum
lium liberis admitti. Minime vero
iure communi huius ducatus ſtatuen-
t. Sunt priuilegia, ſoli ciuitati Wol-
elae conceſſa, quae hoc ius ſingulare
idem per exceptionem introduxere;

regula

regula alias in contrarium ex iure Romano per has terras valente. Sub finem auctor paroemiam: *Je näher dem Sipp, je näher dem Erbe,* tum demum applicari contendit, cum fratres nec germani nec vnilaterales defuncti ſuperſunt. Sequitur programma illuſtr. IO LVD. SCHMIDII de iure quodam Naſſouico, quod *die Erkoberung* dicitur, i. e. acquaeſtus, cui narratio de vita candidati, vt mos eſt, appendicem facit.

Lipſiae a. d. XVII Maii h. a. SAMVEL THEOPHILVS WALD, P. M. Vratiſlav. *curarum in hiſtoriam textus vaticiniorum Danielis ſpecimen primum* publice defendit, Reſp. IOANNE BOROTT. GRIESBACHII Viri Vener. exemplum ad imitandum ſibi proponens, auctor et fontes et ſubſidia textus accurate recenſuit. Fontes bifariam diuidit reſpectu textus non-maſoretici et maſoretici. Ad priorem referuntur 1) verſiones Graecae, quae plurium aliarum matres fuerunt, verſio Syriaca ſimplex et Latina Hieronymi. Auctor licet in enumerandis verſionibus magnam poſuerit diligentiam, omiſit tamen Syriacam ex Hexaplari et ſimplici conflatam, quam continet codex quidam bibliothecae regiae Pariſinae.

Vid.

epert. für bibl. u. morgenl. Lit. P. VIII.
2) Codices quidam Hebraeo - Chaldai-
ibentes paſſim lectiones maſoreticis ve-
es. Locus, quem Danielis liber in co-
s occupat, ab auct. diuiditur in talmudi-
t maſoreticum. Sed datur tertius, ho-
cilicet neuter, quando Daniel cum Pro-
coniungitur, vel omnium poſtremus
Malachiam, vt fit in codd. 155, vel me-
inito Ezechiele, ante Prophetas mino-
fit in codd. 93. 392. Huc refer cod.
ii continet Ier. Thren. Ezech. Dan. Co-
ſolo bibliopegae vitio Danielem ſiſtit
poſt Malachiam. 3) Allegationes Pa-
et Rabbinorum. Quoad textum maſore-
, quem alterum habet Danielis fontem,
imis codices Hebraicos laudat. quorum
as enumerare tentat. At, niſi fallimur,
n eſt, quod iecit, diſtinctionis fundamen-
quum codices commode diſtribui poſſe
nat in eos, a) qui Chetib ſeruarunt, et b)
Keri in textu habent. Codices enim o-
s mirum in modum quoad has lectiones
nt, dum modo Chetib in textum reci-
t, modo Keri exprimunt, ita, vt inde nulla
actionis ratio ſolida et firma peti poſſit.
ime codices ex noſtra ſententia ſecun-
regiones, vbi exarati ſunt, diſpeſcuntur.

Er-

Erfordiae a. d. 2. Dec. a. praet. ſcrip GOTTL. DAN. MICHAELIS, Buttſt ſis, *αὐτοδίδακτος*, ſi DIs placet, medic diſciplinis theoreticis et practicis prorſu dis, attamen magnus Apollo, diſſ. *de pl humana anat. phyſiol. patholog. et thera ce*, pagg. 34 Eamdem iis commendanda tamus, quibus cruda; lippis ac tonſoribu ta et vndiquaque corraſa ſine iudicio ſi placent. Me vero iudice, intret ea tab mercatorum, vt habeant, quo inuoluant

thus et odore

Et piper, et quidquid chartis amicitur in

Wirceburgi, praeter illa ſcripta, qua *anni ſaecularis ſecundi academiae*, in hac florentiſſimae, ſollemnia vel indicanda vel celebranda prodiiſſe ſuperiori anno na mus (Vol. II. p. 262.) prodierunt etiam: *tiones, habitae in ſolemnitate, qua alterum cularem annum vniuerſitas Herbipolenſis brabat*, (1782. 4. IX pl.) Habes hic

I. D. IAC. IOSEPHI HAVS, iurid Decani, orationem ad Reuerendiſſ. ac C Epiſcopum ad portam templi vniuerſitati latam. Facunde praedicat, et meritiſ laudibus extollit optimi Principis in rem

bl

licam et literariam beneficia, et ſaluti Eius t academiae ſuae bene precatur. — Multo nobis acceptior fuit

II. REVERENDISSIMI huius PRINCIPIS *Reſponſio*, venerandum ſane animi magni monumentum. Verba non multa, ſed grauiſſima; non fucata, ſed natiuo quodam decore et ſententiarum ſplendore conſpicua; pectoris pii, humaniſſimi, liberaliſſimique eloquia.

III. D. FRANC. GEORG. WIESNERI, ſac. theol. Dec. oratio panegyrico-euchariſtica in templo vniuerſ. XXIX Iul. ſatis verboſa eſt in laudandis tum praeclaris incunabulis et incrementis academiae, tum ingentibus commodis et vtilitatibus in vniuerſam rempubl. inde promanantibus; nec tamen ea praecipue tradit, quae *huic ſane* potiſſimum academiae honori cedant, quorum omnino multa ſatis erant, ſed illa omnia, quae ſere cunctis academiis propria ſint, enumerat.

IV. D. MICH. ANTON. SCHWAB, ſac. philoſ. Dec. oratio paraenetica in templo vniuerſ. d. VIII. Aug. Literarum ſtudia commendat vniuerſa et ſingula ab vtilitate ſua varia, non inepte.

V. D. CAR. CASP. SIEBOLDI, facult. med. Dec. oratio, qua Principi gratias agit

 pu-

publico academiae nomine. Illam excipit, ac tamquam corolla ſuauiſſima totum hunc orationum faſciculum exornat mirifice

VI. PRINCIPIS *reſponſio*, quae, etiamſi nihil contineret, praeter ſententiam, qua dicit, *Se ipſum pariter atque omnes alios in publico quodam et illuſtri officio conſtitutos ſuo muneri non ſatisfacturos, niſi omnes neruos intendant, vt, poſtquam exuuias mortales depoſuerint, ſucceſſoribus ſuis talia virtutum exempla relinquant; vt ad imitandum alliciantur, ac dulci quadam violentia trahantur;* tamen propter illam ſolam iam exoſculanda optimo cuique eſſet.

Marburgi, d. 22. Nou. 1782. ſub praeſidio D. CAR. HENR. GEISLERI, Sereniſſ. Landgr. Haſſ. Conſ. reg. et Prof. ord. iur. publ. (nunc Prof. Gotting) pro licentiatu ICtorum, *de feudo emtitio, initia diſputationis propoſuit* IAC. REINH. CLAVDI. Initia vocat, quia plura ad dicendum in promtu habet mox ſecutura. *Feudum emtitium* definitur: quod quis ſuo pretio vel a domino vel ab alio poſſeſſore quodam comparauit. Notato inter hoc et inter feudum *gratuitum* diſcrimine, dubia remouentur, quae impedire non-

nullis

debantur, quo minus tale feudum ſub
beneficiorum comprehendi vel pro-
eudum dici poſſit. Alio ſenſu bene-
n iure feudali noſtro accipi, quam
nior Romanorum aetas illud nuncu-
titulum pecuniarium in acquiſitione,
feudi non obeſſe, monet, atque ex-
ex SCHANNATI *clientel. Fuld.* ad-
luſtrat. Hinc ad ſpecialiora deſcen-
is quidem propitia ſibi philoſophia,
urimis ſuperioris aeui ICtis. Feudum
comparatum nouum eſſe, concedit;
BAVERVM tamen patrem et filium
vbi feudum ematur, in quod olim
di ſpem ex ſimultanea inueſtitura ma-
prouidentia emtor habeat, etiam hoc
o haberi poſſe, cum potius hoc caſu
e iure communi, neque ex conſtitut.
li Saxon. de 1764. talis emtor per em-
ontractum demum dominium quod-
ſequatur, ſed emendo tantum ad eſ-
praeſentem adducat, quod alias a fu-
entu erat ſuſpenſum. Rem omnem
argumentum auctoris hoc: quod e-
vendendo, per ſe, ipſa conditio feu-
mutetur. Vbi vero feudum, quod
a aliis habet commune, totum ab hoc
ino redimitur, diſtinctione inter in-

F 2 ueſti-

ceſſiturum plurium ex Longobardico ii
inter illam, quae ad ius domeſticum re
hibita, modo nouum oriri feudum, mo
tiquum ſuam naturam ſeruare, ex legu
gumentis monſtrat. Quousque conſen
mini vel etiam agnatorum in alienation
ſit, oſtendit; ſed tamen ad ſubinfeudati
non generatim domini ſuperioris conſ
deſiderat, dum de iure domeſtico aeq
Longobard. doloſas ſolummodo ſubin
tiones improbari cum PVFENDOR
ſtatuit auctor; vti etiam in caſu, quo
nis contractus ſaluo conſenſu domini c
tus eſt, hic vero conſenſus poſtea den
modo vtrinque bona fides ſubſit, quae
ctura pretii alios diſputari ſolent, exul
bet. Quod ad alienationem neceſſari
tinet, quae ob aes alienum conſenſu
domini munitum, mediante venditio
haſta decernitur, in illa refutationem
dominii non deſiderari, vel ideo recte
mat, quia in arbitrio vaſalli poſitum n
vtrum feudo ſeſe abdicare velit, adeo
neceſſitate creditoribus ſatisfaciendi,
nium, ipſo iure, pro ſignato habetu
quamuis citra domini conſenſum in
feudi ſolam executio fiat; conſenſus
domini in dubio de licita ipſius feudi ſ

iae alienatione interpretandus eſt, ita tamen, vt agnatis vel ſimultanee inueſtitis, quatenus aeris alieni nec participes ſunt, nec id conſenſerunt, deuoluto in eos ſucceſſionis iure, ſaluo emtoris ad heredes debitoris regreſſu, reuocare feudum liceat. Tandem et in feudo emtitio ſeminas, etiamſi ſucceſſio illis per exceptionem alicubi fortaſſe conceſſa ſit, non promiſcue tamen cum maſculis vocari; ſed demum his deficientibus ad illas feudum deuolui, aſſerit, id quod etiam ex praemiſſis de feudo proprio per emtionem venditionem neutiquam degenerante, colligere licet. Opuſculo huic eleganter conſcripto ſubiunctae ſunt ad illuſtrandas res tractatas, quaedam literae inueſtiturae, Caſellis datae.

Stadae impreſſit Friedrich: *Paſtoralſchreiben*, h. e. epiſtola paſtoralis ſuper *Ioh. XVII.* auctore S. Ven. IO. HENR. PRATIE, Superint. gener. (VI pl. 4.) 1783. Oſtendit praeſtantiam harum precum, ab auctoris ſui magnitudine, temporis, quo illas effudit, geſtus atque habitus, affectusque animi conditione, argumenti etiam et dictionis pondere; elicit porro ex his precibus praecepta quaedam et conſilia paſtoralia; denique nexum ac pote-

ſtatem ſingularum ſententiarum explicat: ne ſciteque haec omnia. Verba (verſ. quae multis inſolentius conſtructa viden *ἱνα παν* etc. immutata vulgari interpunge ratione, ita ſcribi vult: *ἱνα παν*, *ὁ δεδω* *αὐτω*, *δωσῃ αὐτοις*, *ζωην αἰωνιον*, et per ζ *αἰων*. tamquam appoſitionem, illud *παν* plicari atque definiri. — Ceterum has p ces *interceſſionem ſacerdotalem* Chriſti vo *poſſe*, quod defendit doctiſſimus auctor, ne negauerit; at contra ſcriptorum N. T. vſ loquendi ita vocari, aeque certum eſt: enim, vbicumque *το ὑπερεντυγχανειν ὑ* *ἡμων* Chriſto tribuunt, fieri hoc ab illo *coelis* dicunt.

Eiusdem auctoris diligentiae debe *Kurze Apologie des prieſterl. Segens*, h. e. ſuccinctam apologiam benedicendi formulae ſacerdotalis 4 *Moſ. VI, 24-26.* Prodiit li lus hic (IV plagg. 8.) *Bremae*, ſumtu Fo ſteri, 1783. SEILERO et LAPPENBERGIO, iſtam formulam vſui Chriſtianor non ſatis aptam eſſe ratis, contradicit, quamuis concedat, multa eſſe in liturgiis ſtris, melius ad noſtrorum temporum diernamque loquendi indolem conformar adeoque formulam etiam illam ſine pie aliquo detrimento commode poſſe cum

permutari; tamen pernegat, illam ineptam eſſe prorſus et ſenſibus ac cogitationibus Chriſtiano homine dignis excitandis infrugiferam. Non modo igitur excuſandam, verum etiam retinendam eſſe receptam huius formulae in coetibus Chriſtianorum recitandae conſuetudinem vel propterea, quia nihil mutandum, niſi quod noceat, et quod cum fructu magno emendari poſſit. — Si modo nihil ſuperſtitioſi admiſceatur hominum opinionibus de iſta benedictionis formula, ſi modo nihil arcanum ineſſe putent et *phyſicam*, vt ita dicam, vim verbis iſtis; quis illa pium ſenſum admittere neget?

Hamburgi S. Vener. D. IO. DIETER. WINCKLER, miniſterii Hamburg. Senior, S. Ven. IO. HENR. DAN. MOLDENHAVERO, S. Theol. D. et Paſtori ad aedem cathedralem, ſacra miniſterii quinquagenaria die XXI Iun. a. 1783. fauſtis auſpiciis celebranti, publico nomine gratulatus eſt, *de miniſterii eccleſiaſtici dignitate ad 1 Timoth. III, 1. quaedam praefatus*. (IIII pl. quatern. mai.) Minime verendum, ne vanae arrogantiae incurrat ſuſpicionem tam moderati ingenii theologus, de ſui muneris praeſtantia verba fa-

ciens; ipſa vero haec commentatio lege
cuiuis luculenter comprobabit, eum non niſi
nas et merito omnibus, qui της ἐπισκοπης ἐ
γονται, commendandas ac penitus inſinu
das, animo ſuo informaſſe de hac dignit
ſententias. Subſcribit Iſiduro Peluſiotae, n
nenti, nihil Paullum in verbis iſtis patroci
tum eſſe ambitioni cuidam. Vrget in p
mis hoc, την ἐπισκοπην recte quidem κα
ἐργον vocari ab Apoſtolo, καλον ſcilicet p
pter vtilitatem ſocietati humanae inde exſ
ctandam, ſed ἐργον tamen, quo vocabulo m
leſtum potiſſimum, vt ruris colendi, opus
Graeci ſermonis conſuetudine indicari ſol
Hoc vero nomen appoſite cadere in doct
ecclesiaſtici prouinciam, ex multarum va
rumque rerum ſcientia, prudentia, cura, c
ſtantia, et reliquis virtutibus, quae bonum
ſtorem faciant, et quas ipſe breuiter quid
ſed grauiter deſcribit, planiſſimum facit.

Vitebergae duplicem commentationem
tiquariam *De Genio, natalium praeſide* ſcri
IO. CHRIST. HENRICI, A. M. Lycei
teb. Conrector; *priorem* (plagg. 5) me
Dec. a. 1782. defendit, *poſteriorem* (pl. 3 et di
m. Febr. a. 1783. De origine et propagati

doctrinae (opinionum) de geniis, de notione genii ex mente veterum, imagine ingenii, angue, homine, de cauſis cultus genii die natali et ſacrificio ei oblato, de ara genii atque igne, loco arae, votis ac precibus ad genium ritibusque reliquis in his ſacris, conuiuiis praeſertim, ita expoſuit, vt, quantum lucis poſſet, fabulis his ac cerimoniis intelligendis et explicandis, tantum illis affunderet. Multas hisce de rebus per multos libros diſperſas obſeruationes congeſſit, diligenter tamen et prouide, vt igitur non inutiliter operam ſuam collocaſſe videatur. Scripſit praeterea emendate, plane et eleganter.

Vindobonae edidit IO. ALOYS. HANKE, Bibliothecarius Brunnenſis, *Empfehlung der Böhm. Sprache und Litteratur*, (h. e. Commendationem linguae et literaturae Bohemicae) pagg. 67. 8. 1783. Eruditis popularibus ſuis, Morauis, hanc in primis iudicat operam et vtilem et honorificam fore, vt et linguam patriam diligentius colant, et literarum omnium apud Bohemos fata inquirant, memoriam virorum bene meritorum ſuperioris aetatis renouent, libros a Bohemis ſcriptos viliores denuo in lucem edant, etc. Non

regula alias in contrarium ex iure Romano per has terras valente. Sub finem auctor paroemiam: *Je näher dem Sipp, je näher dem Erbe,* tum demum applicari contendit, cum fratres nec germani nec vnilaterales defuncti ſuperſunt. Sequitur programma illuſtr. IO. LVD. SCHMIDII de iure quodam Naſſouico, quod *die Erkoberung* dicitur, i. e. acquaeſtus, cui narratio de vita candidati, vt mos eſt, appendicem facit.

Lipſiae a. d. XVII Maii h. a. SAMVEL THEOPHILVS WALD, P. M. Vratislau. *curarum in hiſtoriam textus vaticiniorum Danielis ſpecimen primum* publice defendit, Reſp. IOANNE BOROTT. GRIESBACHII, Viri Vener. exemplum ad imitandum ſibi proponens, auctor et fontes et ſubſidia textus accurate recenſuit. Fontes bifariam diuidit reſpectu textus non-maſoretici et maſoretici. Ad priorem referuntur 1) verſiones Graecae, quae plurium aliarum matres fuerunt, verſio Syriaca ſimplex et Latina Hieronymi. Auctor licet in enumerandis verſionibus magnam poſuerit diligentiam, omiſit tamen Syriacam ex Hexaplari et ſimplici conflatam, quam continet codex quidam bibliothecae regiae Pariſinae.

Vid.

Vid. *Repert. für bibl. u. morgenl. Lit.* P. VIII. p. 94. 2) Codices quidam Hebraeo - Chaldaici, exhibentes paſſim lectiones maſoreticis vetuſtiores. Locus, quem Danielis liber in codicibus occupat, ab auct. diuiditur in talmudicum et maſoreticum. Sed datur tertius, horum ſcilicet neuter, quando Daniel cum Prophetis coniungitur, vel omnium poſtremus poſt Malachiam, vt ſit in codd. 155, vel medius, ſinito Ezechiele, ante Prophetas minores, vt ſit in codd. 93. 392. Huc refer cod. 313, qui continet Ier. Thren. Ezech. Dan. Codex 30 ſolo bibliopegae vitio Danielem ſiſtit ſtatim poſt Malachiam. 3) Allegationes Patrum et Rabbinorum. Quoad textum maſoreticum, quem alterum habet Danielis fontem, in primis codices Hebraicos laudat, quorum familias enumerare tentat. At, niſi fallimur, falſum eſt, quod iecit, diſtinctionis fundamentum, quum codices commode diſtribui poſſe autumat in eos, a) qui Chetib ſeruarunt, et b) qui Keri in textu habent. Codices enim omnes mirum in modum quoad has lectiones variant, dum modo Chetib in textum recipiunt, modo Keri exprimunt, ita, vt inde nulla diſtinctionis ratio ſolida et firma peti poſſit. Optime codices ex noſtra ſententia ſecundum regiones, vbi exarati ſunt, diſpeſcuntur.

cepta lectione acquieſcere malimus. S
etiam poſt חק vocabulum יהוה, anti
fortaſſe litera י expreſſum. Etiamſi ap
terpretes recipiatur: licentiae fortaſſe
vſi ſunt, tribuendum eſt. In philologi
notationibus ea ex noſtra ſententia p:
ceteris praeripit, quae כשקובר verte
probat, *admittite correctionem, id, quod*
eſt, tuemini. Sequitur deinde verſio
Germanica, quae verſum 6. a rege pr
ciatum repraeſentat, mutatis lecti
וְנִסַּכְתִּי — מלכו — קדשו. At poti
bis videtur maſoretica lectio, ſecundum
verſus ex diuino ore profectus dicendi
Nam et locutum eſſe Deum verſu praec
affirmatur, et particula ו temere a S
Arabe omiſſa non obſcure indicat, reſp
nem ſiſti ad ea, quae v. 3. ab inimicis p
erant. Qui quum contra Deum eiusq
ctum minas effuderint: ab ipſo Deo
redarguuntur. Regem, de quo Pſalmi
quitur, Dauidem eſſe, cum rege Niſibeno
que ſociis Edomitis, Zabaeis, Ammonit
praelia conſerturum, idoneis argumenti
bat auctor, ex aliis ſcripturae locis potiſſ
petitis. Quomodo haec eius explicatio
locis N. T. Act. IV, 13. Hebr. I, 4.
lianda ſit, alio tempore oſtendere pro

quam quidem alteram diſſertationis partem, vti alias viri doctiſſimi lucubrationes, quas prelo paratas ſcimus, auide exſpectamus.

IIII. *Noua literaria.*

Pariſiis anno ſuperiori prodiit noua Iliados Homeri translatio, oratione pedeſtri compoſita, ſatis accurata, et notis inſtructa multis hiſtoricis. Laudatur a peritiſſimis arbitris. Inſcribitur: *Nouvelle traduction de l' Iliade*; conſtat tomis duobus, et V libr. Gall. venditur.

Hagae Comitum ap. Plaatium a. 1782. impreſſus eſt liber: *Traité des loix civiles des Romains du tems de la Republique par Mr. Pilati de Taſſulo.* 2 Voll. 8.

Londini a. 1782. prodierunt Diſquiſitiones de moribus, ſenſu pulchri et oblectamentis Anglorum per ſuperiores ducentos annos, auctore M. IO. ANDREWS. Multus eſt in collaudandis popularibus ſuis; patriam ſuam adhuc eſſe gloriatur verum probitatis et honeſtatis domicilium etc. — *An enquiry into the manners, taſte and amuſements of the two laſt centuries in England.*

Floren-

Florentiae eruditiſſimum opus, quod occa-
ſione itineris a PIO VI. P. R. ad Auguſtu
IOSEPHVM II. facti, de aliorum ſuperio
aeui Pontificum peregrinationibus ſcriptu
fuit, hoc eſt: *Viagi dei Papi dell' Abba*
FRANCESCO GVSTA. 1782. De PII V
itinere autem nihil dixit auctor, poſterit
hanc hiſtoriam reſeruandam eſſe ratus.

Vindobonae d. X Iul. obiit FRANC. A
DAM. KOLLAR DE KERESZTENY, con
ſiliar. aul. et bibliothecarius princeps, ſcript
aetatem laturis clarus. Vixit annos LXII.

Pariſiis d. XVI Iun. viuere deſiit artifi
praeclarus IO. PET. FOURNIER, magna
adeptus famam elegantiſſimis, quas ſtann
typographico incidere callebat, formis.

Lipſiae d. XXV Mart. obiit IO. DAN. RE
CHEL, Med. D. editor *commentariorum de r*
bus in ſcientia naturali et medicina geſtis, quo
rum curam in poſterum aget cl. LESKE.

Gottingae mox lucem videbit editio *para*
phraſium librorum N. T. a b. ZACHARIA
theologo Kilonienſi, confectarum, reuiſa, au
cta et emendata inſigniter ſtudio Cl. GAI
LERI, A. M.

Altor

Altorfi D. IO. NICOL. WEISS, Prof. medic. et acad. Senior, d. V Iul. diem ſuum obiit. Natus erat d. IX Ian. a. 1703. Curiae Variſcorum, et a. 1732. ſucceſſor SCHVLZII factus in acad. Altorfina, vt igitur ſuperiori anno d. IX Oct. memoriam ſuſcepti ante decem luſtra muneris profeſſorii celebrare poſſet. Magnus numerus exſtat diſſertationum medicarum, ab illo ſcriptarum.

Turici prodibit verſio Germanica *peregrinationum* WILH. COXII *per Poloniam, Ruſſiam, Sueciam et Daniam* factarum.

Halberſtadii d. VII Iul. mortuus eſt egregius poeta MAGNVS GODOFR. LICHTWER, Regis Boruſſ. a conſil. regim. et conſiſtor. anno aetatis LXIV.

Marburgi academiae Cancellarius, AEMIL. LVDOV. HOMBERGK ZV VACH vita deceſſit d. XX Iul.

INDEX.

I. *Anecdota.*
De codd. reſcriptis paralipomena. p. 3
II. *De libris nouis.*
1. Iac. Geo. Chriſt. Adler *Ueberſicht ſeiner Reiſe nach Rom.* p. 14

2. D. Sandifort exercitationes acad.
3. Amyntor *von* Io. Aug. Eberhard
4. M. Sim. de Keza chronicon Hung
5. Io. Bethlenii hiſt. rerum Tranſil
6. Chr. Gottlob Schwarz exercitt. ac
7. *Von der Peſt* etc. *aus dem Franz*
8. Chr. Gottl. Gruners *krit. Nachr* *kleinen medicin. Schriften.*
9. Eiusd. *Almanach für Aerzte* etc
10. *Das neue Teſtament* — *von* C Bahrdt.
11. Io. Henr. Frid. Meineke ſynopſ vniu.
12. I. G. C. Adleri muſeum Cuſ. Bor
13. Upfoſtrings Salſkapet Tidninga
14. *Platons Gaſtmal, von* Frid. Au

15. - - *überſ. von* G. Schulthei
16. Anſelm. Frid. de Gudenus *Ge erſten Chriſtl. Jahrh.*
17. Io. Aug. Erneſti theſes theol. dog
18. *Neue Reiſe durch America.*

III. De libellis academicis et ſcholaſti
Geo. Chriſtoph. Guil. Voelker p. 74 Theoph. Wald p. 78 Io. Gottl. Dan. lis p. 80 Oratt. in ſollemn. ſecul. ac ceb. habb. p. 86 Car. Henr. Geisle Io. Henr. Pratje p. 85 Io. Dietr. W p. 87 Io. Chr. Henrici p. 88 Io. Hanke p. 89 Iac. Frid. Kees p. 9 Godofr. Haſſe p. 91

IIII. Noua literaria.

ANNALES LITERARII.

AVGVSTVS ANNI MDCCLXXXIII.

I. Anecdota.

Relatio eorum, quae circa profeſſionem fidei a Sereniſſima Chriſtina, hactenus regina Sueciae, facta Oeniponti euenerunt 3. Nou. ao. 1655.

Communicauit illam nobiscum S. Ven. WINCKLER, meritiſſimus miniſterii eccleſiaſtici Hamburgenſis Senior, e cuius bibliotheca, vt ſciunt hiſtoriae literariae non omnino imperiti, plura iam varii generis documenta inedita, hominum clariſſimorum hiſtoriam illuſtrantia, in vſum ciuitatis eruditae prodierunt. Illa *relatio* autem quin ignota adhuc fuerit eruditiſſimis hiſtoriae Suecicae, et rerum praeſertim a *Chriſtina* regina geſtarum ſcriptoribus, eo minus dubitamus, quod ipſe ARKENHOLZIVS eam ignorauit. (Conf. *Memoires concernant Chriſtine*, Tom. I. p. 491.) Quamquam vero is in ſumma rei, de qua agi-

 tur,

tur, conuenit cum hoc noſtro ſcripto
ge tamen breuior eſt illius, quam hui
ratio, neque id ſolum in leuioris n
περιςασεσι. Quare non contemnent
diti ſupplementum, quod hiſtoria I
mirificae lucratur ex autographo hoc
hominis, qui ipſe cerimoniis iſtis in
videtur ſpectator. Fuiſſe illum de I
ordine, veroſimile eſt; ſed quo conſili
quem, hanc ſuam relationem ſcripſer
patet. Quia vero in ora ſcripti nomer
ſköld notatum eſt, ſuſpicamur, illud o
ſe in collectione *Palmſköldiana*, qua
KENHOLZIVS ad manus habuit, ex
ro ad hanc hiſtoriae ſuae partem nihi
Sed ipſam legite admodum ſimplicen
tionem, harum rerum cupidi:

„Regina cum ſuis Oenipontum venit
die Octob. magnis honoribus a Sere
Archiduce accepta.“ Simulac vrbem
eſt, varii ſtatim rumores circa eius con
nem exorti ſunt, et ea myſteria, quae
nus latuerunt, euoluere ſeſe coeperun
ſtituerat illa Romae publicam facere fi
feſſionem; aliter tamen viſum eſt Pap
illam prius ab ea emitti voluit, quam
ingrederetur, vt poſſet illam in ſuis dit
vt Catholicam Reginam excipere atq

orare, quod alioquin, vt volunt, ſine dede-
ore fieri non potuiſſet. Perficiendae ergo
uic rei, tam Suae Sanctitati quam Hiſpanis,
ii huic molitioni inſeruiebant, Oenipontum
acuit. Quod ipſum tamen intelligo noſtro
reniſſimo Archiduci tum primum innotuiſ-
, cum XXII Octobr. Roma huc adpulit,
m noſtro Patre FRANCISCO DE ME-
NES, qui antehac multis menſibus Stock-
lmiae negotium hoc cum Regina tractauit,
LVCAS HOLSTENIVS, D. Petri in vr-
Canonicus et bibliothecae Vaticanae Cu-
s, miſſus a ſummo Pontifice ad recipien-
m eo cum maiori ſolennitate fidei con-
ſionem Reginae. Die ergo tertio Nouembr.
ctum initium, praeparatum templum Fran-
canum, aulae vicinum, regio cultu, ex iis
namentis, quae hunc actum decerent. Pro-
ſſit circa horam XI. Regina ex aula pedes
l dictum templum, media inter Archiduces
atres. Archiduciſſam ducebat D. PIEMON-
ELLI, Legatus Regis Hiſpaniae. Praecede-
nt ex more longo ordine aulici, tum no-
ri, tum Reginae, atque alii a Sereniſſimo
rchiduce conuocati, tum nobiles, tum pro-
eres. Ingredienti templum Reginae occurrit
). HOLSTENIVS cum duobus Abbatibus
itratis, quorum vnus Degeraſienſis, et alii

 Sacro-

ſacrorum miniſtratores, quibus crux,
proceſſionibus ſolet, praeferebatur. A
ſtrali ingredientes adſperſit Magiſter c
niarum, D. POMPEIATI. Crux etia
bita Reginae ab Abbate Degeraſienſ
oſcularetur. Ad altare cum peruentun
breue S. Sanctitatis diploma praeleg
quo poteſtatem dedit D. HOLSTENI
ginam ab haereſi abſoluendi. Eo pr
declarauit D. HOLSTENIVS, huius
ſionis fidei, a Regina emittendae, ſut
ſtes, Archiducem FERDINANDV
ROLVM et SIGISMVNDVM atque
tum Regis Hiſpaniae, D. PIEMO
LVM. His praemiſſis, nonnihil ad lat
ris prouoluta in genua Regina, cingentil
latus Sereniſſimis Archiducibus, totam
lam fidei profeſſionis ſermone Latino,
quantum potuit, voce, diſtinctiſſime re
adeo ſibi vbique praeſens, nullibi vt h
nullibi viſa ſit titubare. Vltima verba:
voueo, — voce nonnihil elatiore pror
uit. Et tandem S. Euangelii codici digit
mouit, confirmans ſolemni iureiurando
prius legiſſet.

Multis in eo conſeſſu nobiliſſimoru
minum, qui magno numero circumſt
ſuperbiſſime veſtitis, ad tam nouae, t

admirandae rei adſpectum vbertim lachrymae decidebant. Vbi profeſſionem ſuam abſoluit Regina; mox Dn. HOLSTENIVS cum ſolenni ritu et formula, abſoluit eam ab haereſi ex omnibus vinculis excommunicationis; tum recitatis aliquibus orationibus, bene Ei precatus eſt. — Hisce peractis cantatus ſolenniſſima muſica Pſalmus: *Iubilate Deo omnis terra etc.* cum feſto tympanorum tormentorumque plauſu. Abſoluto hymno diſceſſit D. HOLSTENIVS in ſacriſtiam, vt ſacris ſe veſtibus indueret, Regina vero et Principes conſederunt. Impetrato dein ſilentio, noſter Pater HAVDACHER, ſtans in ſubſelliis intra chorum et latus ſacriſtiae, dixit breuiter et neruoſe (Thema erat: *Audi filia, et inclina aurem tuam, et obliuiſcere domum patris tui,* ex Pſ. 45.) a Regina, vt aiunt, non ſemel laudatus. Tum demum Sacrum ſolenne decantatur faciente D. HOLSTENIO. Cantatus hymnus Ambroſianus, ſub quo exploſa tormenta maiora 890, quae longo ordine ad ripam Oeni extra vrbem ſtabant.

Ita finis impoſitus ſolennitati in templo, quam multi cum ſolatio et admiratione, nonnulli tamen cum aliqua indignatione (vtpote mercatores haeretici ex Hala, e nundinis hic conuolantes,) ſpectarunt. Magis haec res

percuſſit aliquos, ex familia Reginae S
haereticos, qui velut elingues et muti n
bant, quam in partem ſe flecterent. Ha
autem tantum 16 haereticos ſecum in ſu
mitatu, vtpote mentis Reginae hactenus
ros. Tametſi enim Regina iam a. 1654.
Octob. in vigilia natiuitatis Domini Bru
clam in veluculo interiori Sereniſſ. Arc
cis LEOPOLDI, profeſſionem fidei em
ac ab eo tempore Catholica vixerit; ſu
men ea res tam ſecrete facta et habita, v
factae profeſſionis notitia ad alios peru
Secum habebat Patrem Dominicanun
Confeſſario, qui ipſa die, qua hic pro
nem palam emiſit, mutata veſte ſecular
qua hactenus velut Secretarius Hiſpanie
gationis latuit, religioſa Patribus Domir
conſueta veſte apparuit. Cui in Belgio
aliquoties confeſſa eſt, ex ſacra commu
refecta. Publice tamen primam ſumet
munionem ex manibus S. Sanctitatis, qu
iam illi prius conferet ſacramentum c
mationis.

Ad eius conuerſionem plurimum c
Pater DE MELINES, qui rei ſeriem
pſit totam aliquot quaternionibus, quiq
riis legationibus ad Pontificem et Rege
ſpaniae defunctus, Sueciam, Germaniai

gium, Italiam, Hiſpaniam, integro ſere quadriennio percurrit. Regina heri VIII huius diſceſſit; illam comitatus eſt Archidux noſter ad Schonbergh. Reuerendus Pater Rector Oenipontanus apud illam audientiam habuit, circa ſuam matutinam, IV huius, quam Latine allocutus eſt; illa tamen Germanice reſpondit. Promta lingua commendauit ſe precibus Patrum, magnis actis gratiis, quod illam ad ſalutandum acceſſerit, expertam ſe ſemper a ſocietate et ſocietatis hominibus beneficia; futuram ſe ſemper erga illos eo animo, quo merendi occaſionem ſit quaeſitura.„

II. De libris nouis.

Geſchichte des Verfalls der Sitten etc. h. e. Hiſtoria degenerationis morum et reipubl. Romanorum. Auctore C. MEINERS, Philoſ. Proſ. ord. Gotting. Lipſ. ap. Reich. 1782. 8. pagg. 284.

Conſtituerat ſecum auctor, narrationem *de vita, ingenio, moribus et ſcriptis Ciceronis* edere, eique hunc libellum, introductionis loco, praemittere, ſed, MIDDLETONI illo incomparabili de eodem argumento opere deterritus, nihil niſi introductionem illam prodi-

 ire

ire iuſſit. Laudandus eſt ille ſimpl
amor, quo vir cl. agnoſcit, grauem ante
aliquot meritis et gloriae Ciceronis ir
illatam a ſe eſſe; (in or. *de philoſophia* C
eiusque in vniuerſam philoſophiam
Tom. I. opuſcul. var. arg.) nunc igitu
accuratius viri ſummi virtutes cognoſſe
iniquiſſimae ſententiae poeniteret, ad
et nomen Ciceronis magis etiam celebr
quantum poſſet, conferre, atque eius vit
uatam et otioſam depingere decreuit.
vero accuratius de magno animo et me
ri huius iudicari poſſet, deprauatos m
corruptam conſtitutionem reipubl. R
rum, qualis eſſet Ciceronis aetate, vo
ponere. Huius imaginis primas line
oſtendere iuuat.

Centum, et quod excurrit, ante Cic
natum annos Romani, flagrante pra
bello Punico ſecundo, nationes omnes
amore, virtute, morum integritate ſup
et victa ſuperba Carthagine, in ſumm
tentiae faſtigium euecti erant. Nul
quae reſiſteret Romanorum armis, na
que dum ipſi morum prauitate erant
quia adhuc ſaepius cum bellicoſis ac f
quam opulentis et mollibus populis be
ſerant. Euecti vero in hoc faſtigium p

ius arma proferre, Graeciae Aſiaeque bel-
n inferre, nationes has ditionis ſuae facere.
i quidem triumphi haud ita erant cruenti,
Romanos tamen moribus antiquis exue-
t. Victae enim nationes cum diuitiis et
ios mores dedere, ac nouas et inauditas
iptates Romanos docere. Inſigne prae ce-
; MANLII de Galatis triumphus detri-
ntum probitati Romanae importauit: nam
n ipſe ludos Graecos princeps induxit, tum
ites eius, quibus nimis indulſerat, mollem
pretioſam ſupellectilem, cithariſtrias, mi-
s et id genus alia Romam ſecum attule-
t. Perſeo deuicto, vt omnis terrarum or-
a Romanis ſuperatus, ita quoque morum
egritas prorſus periiſſe videbatur. Ab hoc
m inde tempore procliuitas ad peſſimas
uptates, diuitiarum ac magnificentiae amor,
nuum, ſupellectilis, familiae, veſtium ſplen-
ac luxuria adeo aucta eſt, vt nec legibus
poenis ſeueriſſimis coerceri poſſet. Cui
uriae alendae cum iam non ſufficerent prin-
um ciuitatis diuitiae, magiſtratus ex pro-
ciis, quas ſortiti erant, tantam vim pecu-
e cogere coeperunt et exigere, vt L. PISO
pecuniis repetundis legem ferret. Cartha-
e poſtea et Corintho euerſis, Romanorum
rum integritas plane periit. Cum Italia
G 5 Corin-

Corinthiacis operibus fere tota eſſet referta, inſanus quidam operum Graecorum artificum praecipue vaſorum Corinthiacorum amor Romanos ceperat. Mancipia ex his deletis vrbibus et terris Romam deducta, peſſimarum artium magnam multitudinem ſecum tulerunt, quibus inſtituta Romana iuuentus luxu atque auaritia prorſus corripiebatur. Erant quidem aetate illa cordati aliquot et antiqui homines, qui rara frugalitatis et continentiae exempla ederent; ſed tantum aberat, vt haec exempla magni eſſent ponderis, vt potius latius in dies vagarentur prauae cupidines. Magnificentiae ſtudium aluit Attalica iſta haereditas, et ſplendida ſupellex ac diuitiae Romam per eam inuectae. Verum pernicioſior etiam fuit reipubl. ingens iſta ſeruorum copia. Diuites enim agros potius his, quam ingenuis colendos tradebant, atque quo magis opera ſeruorum vterentur, magnam partem regionum expugnatarum ſibi rapiebant, pauperibusque, vti quisque potentioribus confinis erat, ſedibus pellebant: qua quidem re Italia ciuibus ingenuis fere prorſus orbata eſt. Tum TI. GRACCHVS, vir bonus et probus, plebis querelis victus, vindex exſtitit libertatis ciuium, et iura amiſſa iis reddere conatus eſt; ſed cum nimio flagraret ardore, potentiorum inuidia e medio ſub-

latus

latus eſt. C. GRACCHVS, fratris occiſi veſtigia ſecutus, nimiam conceſſit plebi poteſtatem, et ſaluti publicae magis obſuit ſtudio ſuo, quam profuit. Et hoc interfecto oppreſſa paullo ante potentiorum turba elatius rurſum ſe gerere, ac crudelior et violentior etiam, quam antea, fieri. Ea rerum facie Romanus ille in patriam amor exſtinctus plane videbatur, cum optimates maiorem ſemper affectarent potentiam, tenuioris autem conditionis ciues miſeria et egeſtate nimis deprimerentur. Non virtuti, nec meritis, ſed diuitiis ac largitionibus aditus patebat ad rempubl. quo factum eſt, vt plerumque peſſimus quisque et ignauiſſimus ſummos honores adipiſceretur. Si iudices pecuniae ſatis tulerant, vel turpiſſima flagitia impune licebat perpetrare. Iam confecto bello Iugurthino tanta erat Romae imperatorum praeſtantium inopia, vt ſenatus MARIVM, acerbiſſimum potentiorum hoſtem, quinquies deinceps conſulem creare cogeretur. Exortum eo tempore bellum ciuile, incredibile eſt, quantum ad euertendam rempubl. fecerit. Alter imperatorum crudelitate alterum ac facinoribus vincere, Romam et Italiam vniuerſam ciuibus et flore priſtino exuere. Flagitia haec immodica ſecuta eſt licentia, neque quidquam erat, quod inauſum relinqueret hominum

crude-

crudelitatum temeritas. Verum quamuis hoc
la agri, vrbes, vici Italiae funditus euerte
tur, et haec terra, tam celebris antea et
piosa, deserta fieret; tamen hae vaſtatione
quamquam tot ac tanta intulerunt Romanis
trimenta, quanta famoſa iſta proſcriptio
norum, a Sulla profecta. Hac enim opi
ſſimarum gentium diuitiae ad paucos
quot et eos quidem pleramque auaros a
pinarum cupidos homines delatae ſunt, q
factum eſt, vt luxuria, prauae artes, ſple
ris externi amor, inſana facultatum prol
in dies creſceret, diſciplina antiqua cum
litaris tum ciuilis ſenſim periret, morum
nique candor et integritas prorſus exſtin
retur. Sed iam immodica haec auaritia et
ea praedae ac rapinarum cupiditas maior
in prouincias irrupit, vbi nulla legum ſe
tate amplius coercebatur, ſociique, quicq
crudelitatis excogitare poteſt auri fames,
perti ſunt: deſitum eſt enim videri quidq
in ſocios iniquum, cum exſtitiſſet in ciues
ta crudelitas. Quotidie audiebantur acerb
mae prouinciarum ciuitatumque, auaritia p
fectorum direptarum et exſpoliatarum, at
tum aberat, vt dedecori eſſent et ignomi
eiusmodi rapinae, vt potius, qui de proui
deceſſiſſent, magiſtratus praedam publico

ūum conſpectui exponerent. Neque vero ma-
giſtratus ſoli de prouinciis praedabantur, ſed
lerumque ſequebatur eos ingens auidorum
lientium, turba, qui, quidquid intactum re-
quiſſet patronus, ſibi rapiebant: quibus qui-
em rapinis quantopere aucta ſint et amplifi-
ata flagitia peſſima, eſt incredibile. Cum de-
iſſet Sullana proſcriptio, comprimi haud am-
lius potuit ardens iſtud ſtudium, domuum
ſplendore, veſtimentorum lautitia, familia de-
ique venuſta et magno pretio emta, inter
aliquos ciues eminendi. Ingens vis pecuniae
i exſtruendis, quam fieri poterat ſplendidiſſi-
me, atque lautiſſime exornandis domibus ac
raediis conſumebatur. Par erat huic ſplen-
ori veſtimentorum habitusque Aſiatica quae-
am mollitudo et luxuria, quacum ciborum
utiorum amor, temulentia et heluatio arcte
onnexae erant. Dabantur quidem nonnum-
uam leges, quibus luxuriae modus fieret, ſed
gislatores ſuo ipſorum exemplo vim legum
ifringebant. Aliam profundendi facultates
ccaſionem praebebant ludi illi et epulae pu-
licae, quibus potentiores plebis venabantur fa-
orem et voluntatem. Catulo mortuo, qui in
ltiſſimis ampliſſimisque dignitatis gradibus
ocati erant, vt ne grauiſſima quidem pericu-
i ex hac inertia eos ad laborem ac reipubl.

curam

curam excitare poſſent. Cicero vnus fere era ex omnibus, qui omni cura et diligentia gu bernaret rempubl. ſed collegarum inertia impeditus ciuitati non ſatis vtilis eſſe poterat, et patribus adeo ſuper patriae amore ſuſpectus erat atque inuiſus. Non minus incontinentes et impudentes erant vxores filiaeque potentiorum. Literis quidem Graecis Latinisque doctae, pſallere poterant et ſaltare elegantius, quam honeſtum videbatur probae, ſed mores earum plane erant corrupti. Adulteria iam ita erant vſitata, vt nec adulteris nec viro dedecori eſſent. Itaque euenit, vt parentes liberorum educationem prorſus negligerent, omnibus iuuentutis flagitiis ignoſcerent ac indulgerent, iuuenesque nec belli nec pacis artibus inſtituendos curarent. Eadem morum corruptio et ad infimae ſortis homines, praeſertim milites, delata eſt, quorum maxima pars ſerui erant ac libertini; qui quidem, cum paterna ſede eſſent priuati, non lares paternos patriamque defenſuri, ſed vel anguſtis rebus coacti vel rapinis ſe locupletaturi militabant, ſeueras diſciplinae leges contemnebant ac negligebant, ipſosque duces, qui nimis ſeueri videbantur, aut interficiebant, aut hoſtibus prodebant. Quae cum ita eſſent, ipſa denique reſpublica labefacta corrueret, neceſſe erat.

Anti-

Antiquis legibus non erat amplius ſua vis; nouae et iniuſtae perſerebantur: populi ſenatusque iudicia plurimum licitantibus venalia proſtabant: cupiditas in foro et curia atque iniquitas dominabantur: nulla denique pax et tranquillitas inter ciues, nec vita nec bona ſarta tecta erant ab aliorum cupidine et auaritia. Sulla immodicae plebis potentiae modum fecerat, Pompeius plebi iura reddiderat, Caeſar hac potentia abuſus ſenatus vim et auctoritatem infringebat. Qui ſummos honores affectabant, palam et impune prauis ambitus et largitionis artibus vtebantur, vim denique apertam inferebant, ac cum armatorum ſeruorum et gladiatorum grege ad comitia procedebant. Iudices, vel partium ſtudioſi et pecunia corrupti, vel reorum violentia et mortis periculo coacti, nec animi ſatis habebant, nec voluntatis, iuſtam ferendi ſententiam. Nihil itaque erat, quod inauſum inuiolatumque reliquiſſent improbi homines, pecuniae vi et iudicum auaritia freti. Ea cum eſſet reipubl. Romanae Italiaeque vniuerſae conditio, ſerui etiam opportunam nacti occaſionem, ſe in libertatem vindicandi, aufugerunt, Romanisque bellum intulerunt, quibus ad incitas redactis, deletisque praedatorum tumultus ortus eſt; quae quidem bella aeque, ac coniurationes, contra

rem-

rempubl. ſaepius iis temporibus facta
feſta labefacti Romanorum imperii ſ
cia et documenta.

Placuit, hunc in modum enarrar
cl. MEINERSII librum, idque pr
quod dubitamus, alium quemquam ſcr
antehac eadem cura ac ſollertia in c
et cauſas miſeriae illius, quae praecipi
manae reipubl. ruinam parauit, excuſſ
memoriae annalibus inquiſiuiſſe, atc
plene, graphice atque ad viuum expr
in tam clara luce collocaſſe rerum R
rum ſub inclinatae libertatis tempora
Tanto maior autem nunc nobis ini
illorum, quos promittit auctor, de vit
ribus Ciceronis commentariorum exſj

---

*Einleitung zur allgemeinen Pathol
anſteckenden Krankheiten,* h. e. i
vniuerſalis pathologiae morbori
tagioſorum auctore D. IO. AV
ZER, Lipſ. ap. Iunium 1782. 8. 5

Erat, ſi quis alius, VNZER, vir
bendae pathologiae morborum con
rum idoneus, in qua, dici vix poteſt,
quantae enunciationes verae, precaria
babiles et falſae adhuc reperiantur. I

deſtiam, more magnorum hominum, libellum ſuum nominat introductionem, qualem ſi ſcriberent omnes, qui minutulis opellis gloriantur, haberemus profecto, vt rei medicae gratularemur. Eſt enim hicce liber vere claſſicus, eruditionis et lectionis multae, diligentiae ſtupendae, ingenii et iudicii ſummi, et dignus, quem diurna nocturnaque manu verſent rei tantae curioſi. Vetat inſtituti noſtri ratio, quo minus vberius percenſeamus viri cl. placita, noua approbemus, vetera vel reiiciamus, vel tueamur. Sufficiat ergo, paucula memoraſſe. Morbus contagioſus eſt, qui ex corpore in corpus aliud delatus eundem morbum ingenerat. Contagioſus non eſt in quauis periodo. Contagio tunc demum fit, ſi materies quaedam in corpus venit, ſi homo eius capax eſt, et tandem ab hoc ingreſſu ſequitur idem morbus, qui in alio fuerat. Dantur morbi contagioſi ſine cauſſa materiali. Miaſma eſt, quod per contagium contagioſum morbum efficit, ſed id non ſemper ſequitur. Morbi contagioſi etiam exiſtunt ſine contagio praeuio; oriuntur ab miaſmate interno vel extrinſecus allato. Dantur modi quatuor ſpurii contagii. Miaſma fit ex humoribus aegri aſſimilatione quadam. Dubium eſt, num illud in quibusdam morbis ſerius et adiumento

morbi cuiusdam naſcatur. Sunt morl
bus virus immediate gignit miaſma;
quibus id accidit ab quodam morl
denique, quorum miaſma poſt eru
oritur, v. c hydrophobia, febris pı
variolosa. Miaſma nec ſemper, nec
rio eodem modo corpora inficit, q
morbum produxerat. Tempus infecl
certum eſt. Peſſimus oritur ſtâtus ex
efficacia viri et miaſmatis. Morbi cı
ab infectione neruos ſtomachi potiſſi
ficiunt, et ſe propagant per contactı
vel ytenſilium, per fomitem et ad d
vir cl. diſtinguit ıcet. Haec et mulı
quis ſcire atque perſpicere auet, adea
rem noſtrum, neque eum (puto) p
legiſſe; ea tamen cautione et lege,
praeparatus veniat, et haud leuem dili
ſtudium et aſſiduitatem ſecum adfera
his nemini licet ſenſa viri cl. aſſequi.

Lehrbuch der Kritik des A. T. i. e
FRID. HEZELII compendiu
criticae V. T. Lipſ. 1783.

Liber inutilis ipſo auctore iudice, t
iam ante quatuor annos confectus eſ
poſtea limatus et auctus, licet plura ir

driennium prodierint ſubſidia critica, e. g. Kennicottiani operis Tom. II. etc. tum, quia exempla, quibus ad demonſtrandos canones A. vtitur, maximam partem inepta et parum idonea ipſe iudicat. Orditur a ſtudio Hebraicae linguae, ſubſidiis eius addiſcendae, dialectis cognatis, verſionibus. Multi alii aliena ſcripta furari et compilare ſolent: noſter, etiamſi inter auctores inopes et pauperes referendus eſt, bonam partem hiſtoriae linguae Hebraicae a ſe editae huc traduxit. Altera ſectione in compendium redegit A. KENNICOTTI *Diſſertationem ſecundam* ſuper ratione textus Hebr. ſed fruſtra omnino fuit et inanem atque ſuperuacaneum ſuſcepit laborem. Liber enim, cuius epitomen dedit, facile comparari poteſt, et nunc, edita diſſertatione KENNICOTTI generali, minus neceſſarius eſt. At voluit ſiniſtro conſilio, quo tandem omnis doctrina in exitium verget, librorum copiam augere, de vtilitate, quam inde literae percipient, parum ſollicitus. Tertia ſectione, qua probare vult, textum Hebraicum a labe non immunem eſſe, atque eadem fata ſubiiſſe, quae alii libri experti ſunt, KENNICOTTUM inepte inter ſcriptores laudat, qui Iudaeos ſcripturam de induſtria et doloſe corrupiſſe negant. In fontibus variarum lectionum, quos ſectio IV

H 2 enu-

enumerat, facile foret lacunas et a
tici defectus annotare, niſi cum
res nobis eſſet, quo vel ignor
hoc literarum genere vix magiſtr
tur. Inter ſubſidia reſtituendi H
tus enumerat ſectione V primum
lolos, deinde verſiones antiquas, qu
das ſuadet obſeruatis nonnullis re
ſcriptores Iudaicos, quarto ſcripto
ſticos, Origenem, Hieronymum,
tum, quinto codices mſtos Hebr
rum index ex WOLFII bibliot
diſſertatione KENNIC. Ilda cor
neglectis recentiſſimis huius auct
quibus labores EICHHORNII,
et DE-ROSSII accedunt; ſexto
bus biblior. Hebraic. impreſſis.
recenſet variarum lectionum ſarra
vel Iudaei vel Chriſtiani ediderunt
braica a R. Salom. Norzi edita
datur; ſaltem non adducit, conte
daeorum nullum veram varietat
nem confeciſſe. Quod vix puto a
Norzianus labor notus fuiſſet. D
ſiue R. Meir Todros Leui (quen
cule Theod. Leuitam appellat) e
ita ſcribit, vt in hominem cadit,
ne primis quidem, vt aiunt, lab

In Criticis recentiſſimorum temporum, qui varias lectiones in publicam lucem emiſerunt, deſiderari DE-ROSSIVM, ecquis non indignabundus mirabitur? Sub examen reuocat lectione VII regulas, a KENNICOTTO, TELLERO, DATHIO, LESSIO, SAVERO, SILLIGIO propoſitas, ad diiudicandas varias lectiones, illisque ſuas ſubiicit; quas breuiter perſtringemus, vt lectori de exquiſita viri eruditione, iudicio ſubacto, ingenio acuto, recte ſentiendi opportunitas detur. 1) Criticus tantum in animum inducat, verum textum reſtituere, et corrigendi pruritum fugiat; 2) peritus ſit linguae Hebraicae; 3) auctoritatem teſtium pro lectione quadam excitatorum rite ponderet et definiat; 4) ſtilum cuiuslibet auctoris biblici cognitum ſibi reddat atque perſpectum. Quis quaeſo hanc regularum ieiunitatem et exilitatem animo non abhorreſcet et deteſtabitur? Tandem de criticis coniecturis ſectione vltima agit, quae ceterarum eruditione et diligentia non diſſimilis eſt. — Si contra morem noſtrum paulo ſeuerius auctorem caſtigauimus: condonabunt lecturi amori, quo in bonas literas ferimur. His enim huiuscemodi libros obeſſe, nobis adeo certum eſt, vt nihil ſupra. Deſinat igitur tandem HEZELIVS chartam tempusque

perdere, et bonos homines argento
gere.

Horus, oder aſtrognoſtiſches Endurthe die Offenbarung Iohannis cet. i. e
rus, ſeu ſententia finalis aſtrognoſ
Apocalypſi Iohannea, de vaticinii
Meſſia, itemque de Ieſu eiusque
pulis; cum appendice de hodier
ropae cultura et de fine hominis
conſtituto. 1783. pagg. 474. et XX

Non mediocriter ſibi videtur ſapien
quis eſt libri auctor, quippe qui omnia
nos miſelli homines Chriſtiani hucusqu
reuerendaque habuimus, iudicio ſuo
fictitia et inepta reiicit, et loco eorum
ce, adſerta dicam an ſomnia? pro g
verae religionis placitis venditat. Vt br
cam, liber eſt antichriſtianus, profectus
mine quidem, vt videtur, adhuc imberl
gerras ſuas omnem Chriſtianam ſapi
ſupra modum ſuperare ſibi perſuadet,
quo cum tripudio hanc ex meris fabuli
dendis erroribus conflatam eſſe pron
Sed audite ipſum, lectores, et plaudite.
vero ſumma eſt totius declamationis:

Or

Omnium populorum religiones ex vno eo-
demque ſonte omnes profluxere, ex *aſtrolo-
gia,* cuius primi inuentores Aegyptii reliquo-
rum omnium populorum magiſtri fuerunt.
Illa autem ars ſubinde varias formas pro va-
rio gentium cogitandi modo induit; qualis
tamen fuerit antiquitus, optime cognoſcitur
ex apocalypſi Iohannea. (Hinc etiam in illa
fuſe explicanda auctor multum deſudauit.)
Quae de Deo et mundo Moſes docuit, ea
omnia ex aſtrologia Aegyptiorum petiit, et
quum in ea traditum legeret, Oſiridem cum
Iſide aliquando filium, nomine *Horum,* eſſe
progeniturum, cuius aduentu ſumma in ter-
ris felicitas futura ſit, eamdem et ipſe opi-
nionem amplexus eſt, et Iſraelitis ſuis tradi-
dit. Iudaei igitur hunc Horum nomine Meſ-
ſiae exſpectabant. Ieſus vero ſe ipſum eum
eſſe, putabat. Ipſe enim, eiusque diſcipuli,
non *deceptores* ſed errore ſuo *decepti* erant.
Nam quia ille ex Agyptiorum aſtrognoſia ſci-
ret, Horum a Deo et virgine natum iri, mul-
taque miracula patraturum nec vmquam mo-
riturum eſſe; ipſe bona fide de ſe talia iacti-
abat, et etiam adſentientibus ſibi amicis talia
feciſſe credebatur. A prima inde iuuentute
ua literis operam dabat, Aegyptiorum, Grae-
corum et Iudaeorum ſcripta lectitabat, atque

ex his diſciplinam ſuam componebat. Vir erat ſumma mentis ſagacitate, animi bonitate, ſimul vero phantaſia enormi; qui quum illa bonitate non paucos homines bonos ſibi conciliaſſet, ab his paſſus eſt ſibi perſuaderi, ſe ipſum miracula diuina edere poſſe. Non illi ergo, ſed amicis eius, qui illius et credulitate et auctoritate abuterentur, nouae ſectae origo tribuenda eſt. Doctrina morum, quam praecepit, magnam partem bona et vtilis, ſed in nonnullis placitis inepta eſt, ſibique repugnat. Cetera eius dogmata omni fundamento carent, exceptis illis, quae hominum ſana ratio probat. Omnibus autem facinoribus ſuis nihil aliud intendebat, quam vt terrae Iudaicae fieret dominus. Aliquando vero quum multa plebe laetabunda et ouante quaſi ſtipatus vrbem intraſſet, periculum ſupplici incurrit. Neque hoc male tulit. Deliberatum enim conuenerant inter ſe Ieſus et Pilatus, vt ille cruci adfixus poſt aliquot horas mortuum ſeſe ſimulare, hic vero illum ſtatim a cruce in ſepulcrum poni, ibique aromatibus ei impoſitis ex deliquio animae in vitam reſtitui curare vellet. Dictum, factum. Reuiuiſci Ieſus, et diſcipuli cum eo ipſo putant, eum in vitam ex morte rediiſſe. Quum vero nimia in Deum fiducia flagraret, omniaque ſe poſſe pr

vare

ſtet, non ſatis cautus erat ratione vulnerum, in cruce ſibi inflictorum, atque ideo breui poſt re vera mortuus eſt. Diſcipuli vero eius rei neſcii, attamen veneratione magiſtri ſui abrepti, putabant et hominibus perſuadebant, eum in coelum rediiſſe. Hi igitur enthuſiaſtae fabulas hasce vbicunque narrabant, et feruore ſuo fanatico omnes terras implebant. Acceſſit ad illorum conſortium Paulus, non miraculo coelitus edito, ſed male factorum conſcientia excitus. Ceterum haec religio, prouidentia diuina adnuente, orbem fere terrarum inundauit, et cum ea etiam ratio hominum, ſcientia, artes, politia maius ceperunt incrementum. Cuius tamen rei cauſa non in Chriſtianiſmo quaerenda eſt, ſed in amplificata hominum per omnes terras inter ſe conſuetudine, quae poſtea fuit, quaeque mercaturae et praeſertim *montium Hercyniae et Miſniae detectorum* beneficio magnopere aucta et ſuſtentata fuit. — Omnis autem ſanae et verae religionis haec ſumma eſt: Deus omnia creauit et omnia adhuc creat; ille vero non ſingulare a mundo diuerſum numen, ſed vniuerſalis illa vis eſt omnibus rebus inſita; homines omnes poſt mortem aliam in vitam tranſibunt, partim felicem, partim infelicem, prouti meruerint; colendus eſt Deus ſapien-

tia et veri cognitione; homines amandi; magiſtratus timendi; ſe tandem quemque perficere oportet„ —

Vix crediderim, eo procedere poſſe inſaniam hominum, vt haec ſerio ſcripta ſint; alioquin, qui ſanae rationis in diſputando et interpretando magis impos, qui impudentior, et arrogantior vmquam fuerit hoc ſcriptore; ſcio neminem. Adeo ſaepe oculis tuis non credas, iſta legens. — Ceterum, a refutando libro ex induſtria abſtinemus, optamusque, vt nemo in illo operam ſuam perdat. Nam ſi ſtrepitus magnus de iſtius furfuris libris excitatur, tum demum nocere incipiunt indoctis; ſin contemnuntur, fieri nequit, quin cito pereant. Quam ſortem huic potiſſimum confidimus opuſculo mox futuram, quippe tam inſipido tamque omni etiam ſtili gratia deſtituto, vt fere nihil ei ſimile adhuc exſtare ſcriptum exiſtimemus. Vt derideatur homo obſcurus, qui hunc foetum eſt enixus, indignus eſt, quia nimis turpem ſe geſſit; vt autem ſerio perſtringatur, non minus, quia contemtui ſe dedit. Contemnamus igitur, et fallamus ſimul verſipellem et famelicum iſtum Soſiam, qui, quo cupidius haec merx ſua emeretur, furtim eam a ſe vendi ſimulat, adeo-

que

que prohibuit, quo minus illa in librorum venalium catalogis commemoretur.

Noua bibliotheca philologica et critica, Vol. I. faſc. I. et II. Gotting. ap. Dietrich. 1783. pagg. 380. 8.

Quae ſaepius interrupta ſuit bibliotheca critica, cuius curam in ſe ſuſceperat cl. VOLBORTH, tandem aliquando, vt ſperare licet, redemtorem nacta eſt, qui, tarditatis noſtratium, Latine legendi, non adeo cito pertaeſus ſtrenue perget in excudendo libro, qui, niſi omnis Latinarum literarum amor ſopitus iacet et peſſundatus, intra breue ſpatium et in Germania et apud exteros vendibilis erit. Propoſuit ſibi editor, quique illum laboribus adiuuant, de libris referre ad philologiam ſiue ſacram ſiue profanam pertinentibus: quod quidem non ſolum in libris maioribus recentiſſime editis, e. g. Heraclid. Allegor. Homer. ed. SCHOW, Xenophont. Memorabil. ed. ZEVNII, Apollod. ed. HEYNII, Prophet. maior. ed. DATHII, Apollonio ed. BRVNKII, Valer. Flacco ed. HARLESII, Orphei carm. de lapidibus ed. TYRRWHITTI, et multis aliis, ſed etiam libris minoribus, e. g. programmatis Gottingenſibus,

genſibus, auctoribus HEYNIO, KOPP LESSIO ſcriptis, copioſe, docte, Rom factum eſt. Praeterea vero diſſertatio codicum mſſorum collationes, et id ge alia inſeruntur, quae non poſſunt non di tatem et praeſtantiam libri apud bonos rum rerum arbitros valde augere. Cl. e TIDEMANN, hiſtoriae philoſophicae ſ indagator, de materia quid viſum ſit Plat et de Zenone Eleate, vtrum ſcepticus an d maticus fuerit, docte diſſeruit. Collatior codicum mſſorum biblioth. Gieſſenſis, Ant logiam Graecam continentium, non ne communicauit, citra iudicium de ipſis lec nibus. M. G. MVELLER, Gymnaſii Altoi ſubrector, olim diſciplinae Heynianae innus, ſcholia protulit inedita ad Homeri talogum nauium ex codice Hamburgenſi

---

Noua bibliotheca theologica, Vol. I. faſc et II. Erlangae 1782. et 1783. 8. pagg.

Mirifice ſibi applaudunt propter hoc c ptum ſuum auctores, et magna promitti Vereor, ne excidant auſis; aut potius, in norem Germaniae opto, vt hae pagellae teris, quibus potiſſimum deſtinatae ſunt, ne non innoteſcant. Sane enim non po

quin male audire inciperet eruditionis
ianicae theologicae, qui nunc eſt, ſtatus,
hoc diario aeſtimaretur, exterique lege-
(videte, quam lepide ſcribant hi iudices)
nos *in hac linguae Latinae ſtrage ſarui-*
n tantum inſcitiam et ſtuporem, in quan-
legantioribus, quae animum effingunt or-
nue, compendiaria detrahit et meritoria eru-
; ſi diſcerent, *ex libris noſtri ſeculi inde*
mum fere quinquageſimum Germanice ſcri-
ſi vocabula demas Latina, Graeca et Gal-
perum eſſe ad intelligendum aut nihil; ſi
ent, tam barbaro horribilique plane ſti-
itiis puerilibus ad nauſeam vsque com-
plato vti *viros doctos, quos ex variis Ger-*
ae prouinciis collectos eſſe editor gloria-
ſi deprehenderent, librorum theologico-
, cognitu digniorum, tam pauperem eſſe
nos prouentum, vt in his duobus biblio-
ae theologicae faſciculis nondum *tredecim*
rum, qui intra *quadriennium* prodierunt,
a ſit enarratio, reliquis autem omnibus,
ſilentio praetermiſſi ſunt, capitalis ſen-
a dicta ſit, nimirum eorum *ſupprimendam*
ſtirpandam eſſe memoriam. Satis profe-
impudenter! — In calce faſciculi ſecundi
ores rogat auctor, *vt, ſi quae minus accu-*
, obſcura quaedam, alia minus Latine (imo
omnia

omnia prorſus non Latine) *dicta offendant, ignoſcant; ſe enim graui morbo impeditum non potuiſſe ſatis curioſe officio ſuo fungi.* En callidam excuſationem!

Die Sittenlehre der Vernunft, i. e. Philoſophia moralis edita a IVSTO CHRIST. HENNINGES etc. Altenb. in officina Richter. 1782.

Multis abhinc annis academicas praelectiones cl. A. habuit, praeeunte DARIESIO in *elementis Ethicae* lingua vernacula editis. Diſtracto vero hoc compendio, et amiſſa ſere nouae editionis ſpe, ipſe ſuo more hunc librum conſcripſit, qui omnino multum ſciti et vtile et iucundum habet, ad praelectiones vero academicas minus eſſe videtur accommodatus, neque aptum ſatis et plenum συςημα eſt. Tracta enim eſt creberrime oratio, et longe repetuntur, quae facilius ac concinnius doceri poterant. Stilus floſculis comtus, nec grauitati rerum, nec artis ſubtilitati reſpondet. Diffuſae lectionis gloriolam captare non debebat philoſophus. Res notiſſimae et alieniſſimae a propoſito, iuſto copioſius exponuntur; v. g. quid ſit in arte muſica *Harmonia?* Alio loco, cum officia erga facultatem

cognoſcendi explicat, totam *de ſenſibus* *nis* doctrinam inſerit, et phyſiologice actat. Vbi de conſcientia et felicitate *naturam peccati originalis*, originem, ſe- et operationes huius labis inſitae inqui- e ſtatu integritatis aliisque Chriſtianae re- nis placitis agit, et limites philoſophiae llis manifeſto egreditur. Data vero hac ione DVSCHII laudantur verſiculi: *So durch einen Menſchen die Sünd' erſt in Velt, Das Ebenbild der Gottheit, die Un- l war entſtellt; Das Gift des Uebels kam Adams gleiche Kinder, Die Laſter erbten und Fluch traf alle Sünder etc.* Accre- oc capite, vbi conſcientiae naturam ex- t, cumulus diſtinctionum ac denomina- ım, quarum vtilitatem aut neceſſitatem e non perſpicimus. Sequutus vero eſt ıIESII principia potiſſimum, et ipſius ita, quae videbantur vtiliſſima, ſeruauit, li- ılio longe ordine diſpoſita. In obſerua- ibus nimis copioſis ac interdum ieiunis ta enarrantur, depinguntur, illuſtrantur ac tantur ſeu confirmantur, quae ad rem non inent. In delectu etiam ſcriptorum ma- m deſideramus curam.

Dum legimus librum, affertur nobis quarta io *Ethices Dariesianae*, Ienae impreſſa.

Omiſſa

Omiſſa eſt verſio theotiſca Theologiae natu ralis et diſſertat. de ciuitate Dei, quae ante erant compendio huic affixae; adiectae vero ſunt adnotationes, quibus ſenſum ſuum ill Auctor vberius illuſtrauit.

F.

Aeſchyli Tragoediae, quae ſuperſunt, deperditarum fragmenta. Recenſuit, varietate lectionis et commentario perpetuo illuſtrauit, ſcholia Graeca, apparatum hiſtoricum et lexicon Aeſchyleum adiecit CHRISTIANVS GODOFR SCHÜTZ, eloqu. et poeſ. Prof. publ. ord. in academia Ienenſi. Halae Saxon impenſis I. I. Gebaueri. 1782. Vol. I quod *Prometheum vinctum* et *Septem aduerſus Thebas* continet, plagg. ſep XIII, commentarius XVII replet.

Aeſchyli fabulae (incipimus enim a fundo colonum laudaturi) id quidem genus homi num, quod noſtro aeuo in lectitandis fabulis ſcenicis et Romanenſibus, quemadmodum papiliones in floribus, vitam conſumit, non multum iuuare poſſunt, vtpote quae horum lectorum animos neque argumentis ingenioſe inuentis alliciunt, neque nodis artificioſe con nexi

texis ſuſpenſos detinent, neque rerum exornatarum copia atque perſonarum varietate et abſolutis imaginibus delectant. Attamen non deſunt, quorum maxime interſit poetam legere, qui ſuae et antiquioris aetatis mores expreſſit, antiquiſſimas hiſtorias tam fictas quam veras memoriae prodidit, et artis ſuae alter quaſi parens putandus eſt; quod eam non minus ſententiarum verborumque grauitate, quam nouis ornamentis externis donauit et auxit:

Docuit magnumque loqui nitique cothurno.

Sed perpaucis inter antiquae literaturae ſtudioſos hucusque tam felicibus eſſe contigit, vt ad hunc fontem accederent, delectationem inde et ſcientiae ſuae augmenta hauſturi. Vt enim ſermo Aeſchyleus difficulter intelligitur propter inſignem ſublimitatem et inſolentiam; ita deprauatus eſt et maxime impeditus per librariorum incuriam. Interpretes quidem et ſoſpitatores ſortitus eſt haud poenitendos, quorum tamen curae neque tam ſpiſſis diſpellendis nubibus pares fuere, neque propterea hodie multis prodeſſe poſſunt, quod editiones, quas adornarunt, raro veneunt. Quapropter non ſine grati animi teſtificatione recipiendus eſt Cl. SCHVETZIVS, qui ſe nouum obtulit interpretem coepitque talem praeſtare,

ſtare, vt nos quidem non dubitemus, quin editio haec AESCHYLI locum occupatura perpetuoque obtentura ſit inter praeſtantiſſimas bonaeque frugis pleniſſimas editiones, quibus noſtra aetate auctores antiqui exornantur, quibusque in primis Germaniae noſtrae laetari licet et quodammodo ſuperbire. Non id enim ſolum egit vir doctiſſimus, vt optimas quasque aliorum animaduerſiones in vnum quaſi theſaurum vſumque communem conferret, ſed innumera fere loca ab aliis editoribus neglecta, aut infeliciter tentata, ſui ingenii beneficiis exornauit.

Forma quidem editionis externa neque ſplendida eſt, neque ſordida, ſed elegans, qualis decet librum illorum hominum vſibus deſtinatum, quorum plerisque non magnam pecuniam in ſupellectilem ſuam literariam erogare licet. Fabulae integrae cum deperditarum fragmentis quatuor volumina complebunt; accedent vero ſcholia Graeca, correcta notisque ſubinde illuſtrata, adparatus hiſtoricus de vita et tragoediis AESCHYLI, metrorum rationibus, codicibus manu exaratis et editis, criticorum in illos meritis etc. denique index rerum hiſtoricus et geographicus atque lexicon Aeſchyleum, omnem graecitatem huius auctoris illuſtraturum. Verſio Latina

ina quidem non addita eſt, ſed haud graua-
im lectores ea carebunt in tot tantorumque
ubſidiorum vſu, praeſertim, quum loca diffi-
ciliora in commentario ſigillatim verſa aut
per periphraſin explicata ſint, atque idem
SCHVETZIVS ſpem ſecerit verſionis teuto-
nicae in theatro tragico olim edendae. Le-
ctionis varietas a commentario, vt nuper mos
eſſe coepit, ſeparata eſt, et commentarius ſuo
titulo ita editus, vt ligamento etiam ſingulari
veſtiri poſſit. Poſterius certe commoditati le-
ctorum inſeruit in libro, cuius commentarius
textum amplitudine tantum ſuperat, vt, ſi iis-
dem paginis, quibus hic, impreſſus eſſet, vix
ſinguli verſus ſuum locum occupare potuiſ-
ſent; neque lectionum variarum ſeparatio
omnino improbanda eſt, ſed diſputationes de
illis, quae partim interponuntur ipſis lectio-
nibus, partim reiiciuntur in commentarium,
huic ſoli reſeruandae erant. — Adhibita ve-
ro ſunt ad reſtaurandam, quantum fieri poſſet,
lectionis veritatem remedia varia, editiones
ad vnum omnes, et codices mſti duo Mos-
quenſes, quorum alter Prometheum vinctum
et ſeptem aduerſus Thebas, alter praeter has
tragoedias etiam Perſas continet, Vitebergen-
is, qui easdem tres tragoedias, et Guelpher-
bytanus, qui omnes complectitur. Verumta-

men quum omnes hi codices nimis recente ſint, neque in tribus prioribus tragoediis vnam vix lectionem probabilem habeant, quam nondum eruiſſet BRVNKIVS, V. Cl. e regiis Parienſibus; SCHVETZIVS in tribus illis tragoediis recenſionem Brunkianam potiſſimum ſequutus eſt, ita tamen, vt ſuo vbique vteretur iudicio. In primis ab illa receſſit, vbi BRVNKIVS ſuas aut aliorum coniecturas iuſto audacius in textum receperat. Sic v. c. Prometh. v. 6. lectio, quam ſcholiaſtes Ariſtophanis ad Ran. adſert: *ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἀῤῥήκτοις πεδῶν*, iure ſuo praelata eſt coniecturae STANLEII: *ἀδαμαντίνων δεσμοῖσιν ἐν ἀῤῥήκτοις πεδῶν*, quam BRVNKIVS ſuopte quoque ingenio repertam veriſſimam eſſe contendit. V. 340. B. habet ex coniectura VALKENARII: *τὰ μέν σ' ἐπαινῶν οὐδαμῆ λήξω ποτέ*, SCHVETZIVS vero lectionem vulgatam, quam omnes codd. mſti exhibent, reſtituit, atque *ἐλλειπτικῶς* ita expoſuit: *τὰ μὲν σ' ἐπαινῶ, κοὐδαμῆ λήξω ποτε ἐπαινῶν*, et *laudo te, nec vnquam laudare diſinam.* V. 463. pro *σώμασι*, quod ipſum retineri poterat, B. poſuit *κεντροισιν* in quo nulla eſt ſimilitudo cum ſcriptura antiqua; praefert igitur S. *σάγμασι.* — Hic quidem ipſe coniectura in locis ſat multis vtitur, in quibusdam, vt nobis

vi-

uidetur, praeter neceſſitatem; v. c. ſept. adu. Theb. verſus 685-687:

> Εἴπερ κακὸν φέροι τις αἰσχύνης ἄτερ
> Ἔστω· μόνον γὰρ κέρδος ἐν τεθνηκόσι.
> Κακῶν δὲ καἰσχρῶν οὔ τιν' εὔκλειαν ἐρεῖς.

transponi vult, quos nos potius ſuo ordine ſic explicandos putamus: *Si quis malum aliquod ferat, ſine dedecore, ferat ſane; perfecta enim felicitas* (κέρδος) ſ. *liberatio ab omnibus malis poſt mortem demum exſpectanda eſt: ſed in malis, quae eadem turpia ſunt, fortiter perferendis, nulla honeſtas, aut gloria ineſt.* Attamen et hoc loco, vt vbique, vir non minus modeſtus, quam doctus, legem ſeruat, quam ipſe ſibi aliisque in praefatione ſcripſit, eſſe prolubium textum coniectura emendandi his finibus coercendum, vt, niſi certiſſimis argumentis nobis perſuaſum ſit, adſequutos nos eſſe manum auctoris, antiqua codicum noſtrorum lectio, etiamſi falſitatis indiciis ſe ipſam ſatis prodat, in textu relinquatur. V. 578-580 ſept. adu. Theb. hanc modeſtiam et ſummum, quo vtitur, acumen vno eodemque exemplo, in primis luculento comprobauit. Hic enim et metrum et ſenſus medicinam poſtulabant, quam ille ſcitiſſime quidem fecit, iudicium tamen, an vulneri omnino infundenda ſit, vult

 eſſe

eſſe penes lectores. Nam non in textu, ſed notis exhibuit haec:

Καὶ τὸν σὸν αὖθις πρόσμορον ἐς ἀδελφ
[illegible]υπτιάζων ὄμμα Πολυνείκους βίαν
Δυστηνον αὐτῷ τοὔνομα ἐνδατέμε
Καλεῖ, λέγει δὲ τοῦτ' ἔπος διὰ στόμα·

Quae emendatio vt multiplex eſt, ita ab omı bus partibus commendabilis. In ipſis eni verbis paucae tantum literae cumulatae, me tamen integritas, atque ſenſus, qui antea i ſulſiſſimus plane erat, elegantia reſtitutae ſu Subiungit editor, vt adpareat, quid ipſe loc profuerit, corruptae lectionis verſionem Ge manicam hanc: *Dann rief er ſeinen tod würdigen Bruder, zergliedernd ſeinen Nam in zwey Stücke, und ſing ſo an zu reden:* po ſuam vero emendationem ita vertit: *Da erhob er auf deinen Bruder, das Unglückski ſeine Augen, warf ihm die unglückliche Bede tung ſeines Namens vor, und brach in di Worte aus* — Similia acutiſſimi ſenſus ſp cimina frequentiſſime reperias tum in eme datis locis tum explicatis. Commentarius ſ iure perpetuus dicitur, quum non facile l cum, qui illuſtratione indigere videatur, pra tereat. Vberiores vero expoſitiones, nomi excurſuum inſignitae in fine reperiuntur. I

ſub

ularum argumento, fundo, loco, tempore, :ſonis, ornatu — diſputatur in limine ſin- larum, vbi inter alia hoc, quod nemo an- ı interpretum obſeruauit, docetur, Prome- eum, ſecundum Aeſchyli fabulas, bis in ex- lſa petra vinculis conſtrictum fuiſſe, pri- um in rupe Scythica, deinde in Caucaſi iu- ı, prioremque locum fuiſſe ſcenam *Prome- ei Vincti*, poſteriorem *Soluti.* Teſtes ſunt ures verſus Prometh. vincti et fragmentum :tii apud Ciceronem.

Wg.

Demeunier über Sitten und Gebräuche der Völker, h. e. DEMEVNIERI de moribus ritibusque gentium ad hiſtoriam humanae mentis ſymbolae, in linguam Germanicam conuerſae et commentationibus auctae a MICH. HISSMANNO. Norimb. apud Felſecker. Vol. I. pagg. 364. oct.

In magna multitudine eorum, qui libros regrinos in linguam conuertunt nobis ver- culam, et incredibili induſtria efficiunt, vt, ſi a vel apud Anglos, vel apud Francogallos iptio prodierit noua qualiscunque demum, ſtatim poſſit a noſtris hominibus cognoſci;

in magna igitur illa ſedulorum interpretu turba, vbi vilis liber et inutilis, quod profecl ſaepe fit, temere fuerit arreptus, et in noſtru ſermonem translatus, excuſate quodammod videntur peccare ii, quos *penuria* in illud pi ſtrinum detruſit, et anguſta res cogit, vt libra riis ſe addicant, et mercenariorum experiaa tur ſortem, ſatis miſeram illam atque duram Hi enim ſatisfeciſſe videntur officio, ſi pen ſum, a librario datum, vtcunque abſoluerint cum delectus librorum, qui conuertendi ſint non ſit ipſorum arbitrio relictus, ſed a teme ritate et auaritia eorum inſtituatur, a quibus ipſi ſunt conducti. At hanc veniam, quam facile damus miſellis iſtis operariis, non inue niunt viri docti, qui iſtum vertendi laborem vltro ſuſcipiunt, vel ſuſcepiſſe videri volunt. Ab his enim iure quodam noſtro poſtulamus, *vt acerrimum inſtituant conuertendorum librorum delectum,* nec niſi eos opera ſua dignos exiſtiment, per quos fieri poſſit ad opes patriae vtilis quaedam acceſſio. Quis enim neſcit, quod etiam apud exteros, maxime de philoſophia, protrudantur libri inepti, qui nec ab argumento, nec a differendi quaerendique modo, nec a doctrina aliquam commendationem habeant? Hos vero nobis ob trudi patiamur, cum tantas habeamus iam i

omn

omni philoſophia domeſticas opes, quantas vix oſtentare poſſunt exteri? Num aequo animo feremus faſtidium rerum domeſticarum, quod etiam hac in re apud multos vim habet tantam, vt libris peregrinis, quantumuis vilibus vulgaribusque, auide inhient, noſtra vel ignorent, vel contemnant et auerſentur?

Sed quorſum haec? Scilicet hic liber, de quo hic paucis diſputabimus, eſt ex eorum genere, quos Francogallis inuiderit nemo. Nec diſſimulamus, vituperandum nobis videri HISSMANNI conſilium, qui interpretatione ſua commendare voluit popularibus noſtris librum, quo facile caruiſſemus, cum nulla ſit philoſophiae pars, quam nouo modo meliusque illuſtret. Continet enim, vt index ipſe demonſtrat, *narratiunculas de moribus ritibusque multarum gentium*, decerptas vndique et congeſtas. Has *in locos quosdam cogit* auctor Francogallicus, et vtcunque congregauit, vt intelligi poſſet, quot et quam diuerſae ſint hominum de rebus variis opiniones et iudicia, quam diuerſi in omnibus vitae partibus eorum mores, ritus et caerimoniae. Neque hoc colligendi tales res, et generatim proponendi conſilium, ſi recte prudenterque admintſtratum fuerit, vituperare quisquam poterit, qui intellexerit, quam vtilis et com-

moda ſit iſta diligentia philoſophis, qui ha
veluti materia vſi, facilius excitant firma de
cretorum aedificia, quae non ſint ſuperſtruct
ſomniis, ſed vſu rerum nitantur. Si quis au
tem congerere voluerit materiam philoſoph
aptam et vtilem: debet profecto *ipſe philoſo
phus eſſe*, cum ea res habeat cautiones graue
et multas, *quas omnes fere neglexit ſcripto
Francogallicus.* Ac primo quidem is, qui e
aliorum libris decerpere voluerit, quae poſſu
prodeſſe philoſopho ad vberiorem mentis hu
manae cognitionem, inſtructus ſit, neceſſe eſ
copioſa linguarum ſcientia, ne miſere pende
e verſionibus, ſed poſſit ipſe inſpicere teſtiu
ſermonem, eumque ſubtiliter intelliger
Haec vero facultas ſatis exigua fuiſſe videtu
in auctore Francogallico. Nam quae ſcripto
ribus Graecis et Latinis debet, ea vel ipſe fa
tetur e verſionibus eſſe decerpta, vel ita de
prauauit et corrupit, vt interdum paene riſu
moueat. Quae, vt hoc vtar exemplo, de mo
ribus Thracum epulantium affert, p. 17. 18. e
non e XENOPHONTE ipſo hauſit, cuiu
libri *de expeditione Cyri iunioris* in omniu
manibus ſunt; ſed ſequi maluit verſione
ſcriptoris noui; atque id ſaepius eſſe factum
harum rerum perito non poterit obſcuru
eſſe, et nos infra nonnulla ex hoc genere a
ſer

feremus. Hac autem vel negligentia, vel inſcitia efficitur hoc, vt nemo poſſit his, quae ſunt ab auctore collecta, tuto vti. — Deinde poſtulatur ab eo, qui voluerit e rerum geſtarum memoria depromere philoſophis quaerendi contemplandique materiam, hoc, *vt diligenter indicet auctores, a quibus quaelibet profecta ſint;* locos autem et libros, quibus ipſe ſit vſus, tam accurate *notet et excitet*, vt facilis ſit et expedita quaerendi ſingula et apud ipſos auctores inueniendi ratio. Atqui hanc rem grauem, a qua talis libri vtilitas tota pendet, penitus neglexit noſter, ac more popularium ſuorum diligenter vitauit excitandi locos et numeris deſignandi laborem ac moleſtiam. Saepe ne auctores quidem nominat, a quibus, quae refert, acceperit; quod ſicubi facit, nihil praeter *nomen* hominis ponit; librum, qui ſit inſpiciendus, eiusque locum fere ſemper penitus tacet. Iam vtatur mihi aliquis huius libri teſtimonio, cuius profecto hac ipſa de cauſa, quod nemini poteſt *de eius fide conſtare*, niſi qui voluerit deuorare ingentem anquirendi ſingula et indagandi laborem, nulla prorſus auctoritas eſt. — Quis denique non videt, talem librum, qualis eſt DEMEVNIERI, ſi HISSMANNO credimus, non poſſe, niſi ab eo ſcriptore confici, qui in afferendis

alio-

aliorum teſtimoniis *religioſiſſime verſetur*, ipſis vtatur plurimum auctorum verbis, omnemque ingenii petulantiam ita cohibeat, vt nihil fingat, nihil mutet, nihil detrahat, *in iudicando autem tam exercitatus ſit, tamque ſeuerus*, vt vera a falſis et fictis ſubtiliter diſtinguere, et fidem ac dignitatem cuiusque ſcriptoris accurate poſſit explorare, ne vel anili ſuperſtitione decipiatur, vel temere quaeuis corradat et miſceat. Sed nec his dotibus inſtructus fuiſſe videtur ſcriptor Francogallicus. Etenim in exponendis iis, quae e ſcriptoribus variis affert, multa temere immutauit leuitas illa plane incredibilis, quae innata fere eſt illi genti, et ab ipſa natura inſita. Multa etiam temere arripuit, quod videbantur ob inſolentiam ad efficiendam animi delectationem comparata eſſe, vel mirationem excitare poſſe. Commiſit etiam hoc, vt, quod ſemel alicubi factum eſt, et extraordinario modo accidit, id interdum dicat vim ritus et conſuetudinis habuiſſe; vt iam alia taceamus, in quibus deſideratur accuratio illa, ſine qua tales libri nec vtiles eſſe poſſunt, nec intelligentibus iucundi. Quid igitur HISSMANNVM, cuius doctrinam et ingenium non ſpernimus, impulerit, vt hanc rudem et indigeſtam molem, vt ipſe appellat in praefatione, etiam in has terras depor-

ꝛportaret, profecto non intelligimus; prae-
ertim cum ipſe addiderit nihil, quod ad ex-
urgandas quisquilias, quarum hic magna co-
ia eſt, pertinere poſſit. Pollicitus quidem
ſt, velle ſe alteri volumini adiicere commen-
itiones quasdam. Sed cur quaeſo iſtas aſſuit
unic libro? Si enim emendandi cauſa addun-
ur, non videmus, quomodo perfici poſſit il-
ud conſilium, cum *totus liber refingendus ſit*,
i philoſophis vtilis eſſe debeat. Sin aliud
rgumentum tractabunt, quin ſigillatim excu-
luntur? ne lectores cogantur etiam ea eme-
e, quibus carere malint.

Sed ne quis exiſtimet, nos nimis acerbe
ituperare hunc librum, eique inuidiam ſine
auſa facere; afferemus iam negligentiae,
quam hactenus reprehendimus, manifeſta
quaedam exempla. Ea autem minime ſunt
ſtudioſe a nobis quaeſita, ſed obtulere ſe no-
bis inter legendum, pertinentque maximam
partem ad genus eorum, quae ſunt ab aucto-
e e libris antiquorum ſcriptorum depromta.
Nam horum monimenta quoniam paullo di-
ligentius cognouimus, in hoc libro facilius,
et in ipſa lectionis celeritate, animaduertere
potuimus locos eos, in quibus lapſus eſt no-
ter, veterumque auctoritate abuſus. Sic igi-
ur p. 56. PLATONEM ait Siculos propterea
dixiſſe

diⅹiſſe gulae deditos, quod *bis quotidie cibu adhibuerint;* in quo vehementer fallitur. Na etſi locum, e quo iſta hauſerit, more ſuo, no indicauit: alio tamen non potuit vti, niſi e qui eſt *de Republ.* l. III. p. 621. ed. *Fic.* v non hoc reprehenditur, quod Siculi quotid bis epulentur, ſed ipſorum in parandis cibi et in anquirendis *ἡδύσμασιν artificioſa* notat *diligentia,* commendatur autem victus parab lis, qui corpus efficiat robuſtius. *Συρακο σίαν δὲ, ὦ φίλε, τράπεζαν,* inquit Socrate *καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψων οὐκ αἰνεῖς.* Pau cis interiectis eandem luxuriam etiam in Co rinthiis, ipſisque Athenienſibus reprehendit. — Pag. 38. de *Simeonè Stylita* aliquid narrat, quo plane ridiculum eſt; eum enim, quamdiu i columna fuerit, *omni cibo potuque abſtinuiſſ* perhibet. Nempe ignorauit, Simeonem fer *quinquennem* in columna viuere coepiſſe, e ad *ſeptuageſimum* aetatis annum vitam pro duxiſſe. Hoc memorat EVAGRIVS *Ec cleſ. Hiſt.* l. VI. c. 23. et de victu hominis ad dit: *ὦ ἀντὶ παντὸς βρωτοῦ καὶ ποτοῦ κλάδο τινὲς ἐτύγχανον ἐκ θάμνου τῷ ὄρει φυομέ νης.* — Nec ea ſatis vera ſunt, quae pag. 65 de *conditione feminarum apud Romanos* dicun tur. Non licebat marito e Romuli lege qua dam, vxorem *interficere,* ſi adulterium feciſſet,

ve

vel vinum bibiſſet; ſed, vbi hoc factum erat, et vxor aliquid deliquerat, *diuortium* fuit mariti permiſſum. Neque hoc fiebat temere; ſolebat potius, ne maritorum iniquitati pateret vxorum imbecillitas, talis cauſa cognoſci in amicorum concilio; vid. VALERIVS MAXIMVS l. II. c. 9. Atque omnino Romulum bene proſpexiſſe ciuium vxoribus, nec duram fuiſſe apud Romanos antiquos feminarum conditionem, paſſim obſeruat PLVTARCHVS, vt in *Romulo*, pag. 30 et 39. vbi inter alia dicit, eum regem τιμὴν καὶ ἀγάπησιν καὶ δικαιοσύνην περὶ τὰς γυναῖκας demonſtraſſe, et hoc modo firmum iecisse imperii fundamentum. — Pag. 74. perperam excitatur IOSEPHI locus; nam quae auctor ex hoc ſcriptore affert, reperiuntur *Ant.* l. XI. c. 6. §. 1. ed. *Hauerc.* — Pag. 92. *de vaga venere Tahitiorum* quaedam dicit, quae a vero aliena ſunt; vt ex itinerariis eorum conſtat, qui iſtam inſulam adierunt, et de moribus illius gentis diligenter ſcripſerunt, nominatim e *Forſteriano* opere. — Pag. 111. perperam affert LACTANTII auctoritatem, vt quisque intellexerit, qui voluerit inſpicere locum *Inſtitut. Diu.* l. I. c. 21. §. 25-30. — Ibidem rem miram narrat noſter *de ornatu ſponſarum apud Romanos.* Harum enim

enim capita exornata eſſe dicit *capillamento quodam, e crinibus alicuius ſenis confecto, quod inurere conſueuerint enſe, quo gladiator interfectus eſſet.* Quis quaeſo vnquam rem tam ridiculam vel legit, vel audiuit? Nempe homo noſter inaudiuit aliquid de more, nuptarum comam *haſta dirimendi et diſcriminandi*, cuius mentionem iniicit PLVTARCHVS in *Romulo* p. 26. et ſuper quo varie philoſophatur idem ſcriptor in *Quaeſtionibus Romanis* p. 285. e quo loco intelligitur, vim et ſignificationem ritus maxime ab *haſta*, quam noſter in *gladium* mutauit, *quo gladiator transfixus fuerit*, repetendam eſſe. Quare OVIDIVS quoque *Faſtor*. l. II. v. 560. hac de re canit:

Comat virgineas *haſta* recurua comas.

Iam quis non videt, quam turpiter hanc rem deprauauerit ſcriptoris noſtri inſcitia, et quis non miratur, interpretem eius, alioquin non indoctum, talia ferre potuiſſe et in linguam noſtram conuertere? — Pag. 123. veteres, ait, morem tenuiſſe hunc, vt mariti raro, et nonniſi clanculum, quaſi timentes alios, ad vxorum ſuarum cubicula irent; atque ſic, quod *Lacedaemonii* tantum, cum adhuc eſſent iuuenes, facere ſolebant, auctore PLVTARCHO in *Lycurgo* p. 48 *omni* antiquitati tribuit. — Pag. 124 et 125. *de communione vxo-*

rum

rum apud veteres breuiter diſſerit, et tamen, more ſuo, cum falſa admiſcet, tum haud pauca praetermittit, quae afferenda fuiſſent. Illud ipſum, quod ſtatim ab initio monet, cum gentium ſingularum adhuc ſint parua initia, vxorum eſſe ſolere communitatem quamdam, quis non intelligit, quam temere dicatur, et quantopere ſit a rerum geſtarum memoria alienum? Quae autem auctores grauiſſimi, HERODOTVS l. IV. c. 104. ARISTOTELES de *Republ.* l. II. c. 3. extr. et CAESAR de *Bell. Gall.* l. V. c. 14. hac de re prodiderunt, ea plane ignorauit. — Pag. 136. narrat ſpurciſſimam fabulam *de poena adulterii apud Romanos.* SOCRATEM enim tradere, ait, adulteras publice proſtitutas fuiſſe Romae, omniumque praetereuntium libidini expoſitas; atque vt id intelligeretur, ſignum eſſe *campana* datum. Commemorat quidem SOCRATES *Hiſt. Eccleſ.* l. V. c. 18. eam rem; ſed noſter primo quidem in eo turpiter lapſus eſt, quod κώδωνας, ſeu *tintinnabula*, quae SOCRATES pulſata eſſe dicit, mutauit in *campanam*, recentiorem aliquid publice ſignificandi rationem ſatis inepte vetuſtati tribuens. Deinde ſi voluiſſet inſpicere VALESII ad locum SOCRATIS *animaduerſionem*, didiciſſet profecto, *fabulam* a SOCRATE narrari, a legibus

et institutis Romanorum plane alien
Aliam rem, non minus ridiculam, affer
Solonem enim Athenis, ait, mulieribus,
ulterio deprehenſis, interdixiſſe *vſu veſt*
ſanxiſſe, vt, ſi *veſtitas* prodirent, cuiqu
ret, veſtibus eas ſpoliare, et male mulc
mittere. Egregia vero fuit Solonis il
Ἀυθρύλλητος ſapientia, ſi adulteras iuſ
das oberrare! Sed noſter, more ſuo, in
nenda hac re lapſus eſt. *Ornamentis*
bus ſpoliauit Solon adulterii conuictas
res, permiſitque ciuibus, ſi *more hone*
matronarum cultae prodirent, publice i
mnem detraherent *ornatum;* vid. AE
NES in *Timarch.* p. 196. — Obſer
porro pag. 146. pauca de maritorum ap
teres conſuetudine, alios, maxime iuue
vxores ſuas admittendi pulchrae ſubolis
narratque noſter, Solonem Atheni
iſtam licentiam legibus conceſſiſſe. Eq
id a Solone factum eſſe, non inuenio
curgum vero eam veniam dediſſe *Lace*
niis, certiſſimum eſt; vid. PLVTAR
in *Lycurg.* p. 49. ſed huius ne ment
quidem fecit noſter. — Pag. 161. pu
errat, vbi puerperas Iudaicas per dies X
maſculum, et per dies XXIV, ſi puella
xae eſſent, impuras fuiſſe perhibet; niſ

vitio typographico laborat hic locus, quorum errorum ingens eſt per omnem librum ſparſa multitudo. — Qui pag. 176. affertur HERODOTI locus, l. IV. c. 187. non de omnibus Lybiae nomadibus poteſt intelligi, vt auctor rem loquitur; ſed HERODOTVS diſerte ait: *εἰ μὲν πάντες, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως τοῦτο εἰπεῖν.* Sed noſter, vt iam ſupra diximus, in eo peccat ſaepius, quod rebus iis, quae vel ſemel, vel a nonnullis factae ſunt, vim *conſuetudinis ritusque* tribuit, qui et *ſemper* et apud *omnes* obtinuerit. Sic pag. 190. tradit, Perſas vulgo in eligendo rege obſeruaſſe equorum hinnitus; cum tamen ſatis conſtet, id nonniſi *ſemel*, depulſis occiſisque Magis, eſſe factum, cum *Darius, Hyſtaſpis filius*, rex conſtitueretur; vid. IVSTINVS *ex Trog.* l. I. c. 10. — Corrupit etiam auctor ac deprauauit SENECAE narrationem, quae eſt *de Benef.* l. III. c. 26. et a noſtro proponitur p. 229. Neque enim *accuſauit* Maro Paullum, ſed *teſtatus* tantum eſt conuiuas, ac detuliſſet hominem, niſi ſerui prudentia ac fides eum liberaſſet. — Omnia porro miſcentur ac peruerſe narrantur p. 295. vbi dicitur, Iudaeos die ſeptimo *non perpulſaſſe hoſtium impetum*, eaque ſuperſtitione vſos eſſe *Romanos* ad opprimendos impune homines inermes. Quis enim ignorat, *nonnullis* tantum Iudaeis *tempore Maccabaeorum*, iſtam

K 2 ſuper-

ſuperſtitionem perniciosam fuiſſe; con
SEPHVS *Ant.* l. XII. c. 6. §. 2. vbi eti
ſerte dicitur, Mattathiae conſilio eam c
nem penitus eſſe ſublatam; et alio loc
SEPHVS ipſe ait: *ἄρχοντας μάχης*
πτοντας ἀμύνασθαι δίδωσιν ὁ νόμος,
δὲ τι δρῶντας τοὺς πολεμίους οὐκ ἐᾷ.
pla praeliorum, ſabbato commiſſorur
daeis, paſſim memorat idem ſcriptor;
Ant. l. XVIII. c. 9. et eo tempore, q
uerſus *Romanos* rebellauerant Iudaei, e
greſſi ſunt, vt interdum *ipſi aggrederen*
ſtes die ſeptimo, et vltro laceſſerent; cor
SEPHVS *de Bell. Iud.* l. II. c. 18. §. 10
Romanos vero Iudaica ſuperſtitione
vti, manifeſtum eſt ex eiusdem IOS
loco *Ant.* l. XIV. c. 4. §. 3. vbi dicitur
Ῥωμαῖοι συνιδόντες, nempe Iudaeos ho
ceſſere non ſolere, *κατ' ἐκείνας τὰς ἡ*
οὓς δὴ σάββατα καλοῦμεν, οὔτ' ἔβαλλ
Ἰουδαίους. οὔτ' εἰς χεῖρας αὐτοῖς ἀπήντ
Rem nouam refert ex antiquitate p
Athenienſes, ait, aureas *formicas*, ornat
ſa, in crinibus geſtaſſe, idque feciſſe p
ea, quod exiſtimauerint, *ipſorum gentem*
micis ortam eſſe. Rurſus inaudiuit a
niſi nos omnia fallunt, de *cicadis* aurei
bus, auctore THVCYDIDE, l. I. c. 6.

orum cincinnos nectere et implicare ſolebant
eteres Athenienſes; quód non faciebant, *mi-*
um gentis originem oſtentaturi, ſed, vt ait
HVCYDIDES, διὰ τὸ ἁβροδίαιτον. —
ec, ea vera ſunt, quae *de duro ſeruorum con-*
tione apud Athenienſes dixit p. 341; in qui-
is tantopere lapſus eſt, vt, ſi cum XENO-
IONTE, qui hanc rem conſulto expoſuit,
mparetur eius oratio, alia omnia reperian-
:. Narrat homo noſter, ſeruos ſine cauſa
pulaſſe Athenis, et impune potuiſſe a quo-
et flagris caedi. XENOPHON vero *de*
publ. Athenienſ. cap. I. §. 10. τῶν δούλων,
uit, πλείστη ἐστὶν Ἀθήνησιν ἀκολασία, καὶ
ε πατάξαι ἔξεστιν αὐτόθι, οὔτε ὑπεκστήσε-
ι τοι ὁ δοῦλος. Noſter ſeruis Athenienſium
mnia detrahit, quae ad bene beateque viuen-
m pertinere videntur; XENOPHON con-
ibidem, ἐῶσιν, inquit, τοὺς δούλους τρυφᾷν
τόθι, καὶ μεγαλοπρεπῶς διαιτᾶσθαι ἐνίους.
liicitur quoque a XENOPHONTE cauſa,
natura reipublicae Atticae petita, cur Athe-
enſes coacti fuerint, τοῖς ἀνδραπόδοις δου-
λεύειν, de qua dicere iam nihil attinet; vi-
nda eſt HVTCHINSONI ad eum locum
ſeruatio. — Sed iam taedet afferre plura;
: in his tam copioſi fuiſſemus, niſi demon-
inda fuiſſet et argumentis firmanda ſenten-

 tiae,

tiae, quam ſupra de hoc libro tulimus, veri et hoc nouo exemplo docendum, quam v ſit illa noſtrorum hominum libido, qua p egrina appetunt qualiacunque demum. HI MANNVS vero conſilium ſuum vertendi brum inutilem, erroribusque pleniſſimum, probauerit harum rerum peritis; praeſer cum in vertendo tam praeceps fuerit ac t negligens, vt manifeſtiſſimos auctoris ſui rores intactos relinqueret.

Onomatologia medico - practica etc. Vo Norimberg. ap. Raſpe. 1783. 8. 2846 pa

Finitus ergo tomus primus vtiliſſimi lib eſt, cuius partem primam alias (Annal. li Vol. II. p. 32.) indicendam cum laude put mus. Non poenitet nos lati iudicii. Vbe pertractata ſunt argumenta, quae literis A comprehenſa ſcire medicorum intereſt. rifice nobis placuerunt v. *cachexia*, *caco mia*, *caffemania*, *calefaciens*, *camphora*, *ceſſ menſium*, *daemoniacus*, *delirium*, *dentifrici dentitio*, *diabetes*, *diaprice*, *dyſenteria*, *ſubm ſuffocati*, *eryſipelas*, *exacerbatio*, *exhalatio* Vellemus tamen, temperaret ſibi auctor nimia ſermonis vbertate, ne in molem nim libellus excreſcat, et a quibusdam alienis; q

t allata ſub voc. *examen.* Quae vitia ſi in
terum auferantur, ſpes eſt, fore, vt liber
ce‵,parabilis inſtar bibliothecae medicae
ıdat.

Des P. Labat Reiſen nach Weſtindien — h. e. LABATI iter in Indiam occidentalem, conuerſum a GE. FRID. CAS. SCHAD, Vol. III. Norimb. ap. Raſpe. 1783. 8. 525 pagg.

Ecce bonam boni libri continuationem!
m ſi materiam ſpectes, ſatis commendabi-
eſt: ſi ſcribendi genus, non ſpernendus il-
ɔ, quamquam auctor more miſſionarii,
n VOLTAIRII, viſa narrat et explicat.
ılo enim per ambages ire, modo doctior
lectione recedo, quam verborum lenociniis
i. Huc ergo adſit, quisquis naturam,
ıres et incolarum proprios morbos, piſces,
's, formicas, et id genus alia ſcire cupiat:
ıtus profecto recedet. Figurae, quas ad-
as inuenimus, ſiſtunt feminam Caribicam,
ɔpam, inſulas, quas *Guadeloupe* et *Marie*
ınte Franco - Galli appellant, referentem,
it clauae Caribicae, quaedam nauigiorum
era, *lectum Caribicum*, nonnullas piſcium,
ırum et fructuum Indicorum ſpecies etc.

Berliniſches Taſchenbuch etc. h. e. libellus portatilis in vſum eorum, qui valetudini ſuae ſtudent, in annum 1783. Berol. ap. Nicol. 8. pagg. 232.

Taſchenbuch für deutſche Wundärzte etc. h. e. libellus portatilis chirurgis Germanicis in a. 1783. deſtinatus. Altenb. ap. Richter. 8. pagg. 174.

More Francogallorum iam Germani ſolent per leuia ad aſtra euehi; ciuibus facili et probabili via innoteſcere atque prodeſſe cupiunt. Auctor libelli *prioris* anniuerſarii cl. V D B N, eſt. Cuique menſi dicati verſiculi ſunt, iique fere apti magnis hominibus, *Aeſculapio, Hippocrati, Celſo, Boerhaauio, Hallero, Campero* etc. Sequuntur argumenta varia varie tractata. 1. *De difficultatibus curationi oppoſitis*. Notae ſunt, ſed hic non ſatis diſcuſſae. 2 et 3. *Literae Iacobinae ad auctorem cum reſponſione*. Queritur mater de filiis nutricum incuria ſuaque lactandi impotentia amiſſis; commendat medicus lac vaccinum et habitationem in rure. 4. *De cibo et potu, morborum cauſſis*. Poſſunt haec legi ab imperitis, peritis artis placere non poſſunt. 5. *De venaeſectione*. Vulgaria et perquam nota praecepta ſunt. 6. *De cubiculis calidis agricolarum*. Debetur haec lectio cl. MÖSERO. 7. *Praecepta prudentiae*

medicae. Eo fere redeunt, vt ſit medicus ingenioſus, vt quondam LA FORETVS, et ſciat nugari. 8. *De ſomniis.* Docetur exemplis, non ſpernenda prorſus ea eſſe, quae per quietem menti obuerſentur, et ſubiicitur doctrina de ſomno. 9. LORRY *obſ. de magnetiſmo animali.* 10. *De intempeſtiuo ſilentio aegrorum.* Inſtitutio per exempla eſt, quam male vitia et morbi celantur. 11. *De appetitu.* Lippis et tonſoribus nota omnia. 12. AGRIPPAE *de vanitate ſcientiarum c. 2. de medicina.* Neque laboris neque ingenii magni res erat, tale opuſculum conſcribere.

Libellus *poſterior* non ſpernendus plane. In fronte ſpectatur cl. Gottingenſ. prof. RICHTERVS, bene, ni fallimur, ad viuum expreſſus, deinde ſequuntur *hiſtoria chirurgiae, vita* COMII *et* BILGVERI, *verſiones quaedam*, v. c. FELLERI Comm. de cataracta, Lipſ. 1782. et MVLLERI diſſ. de ſcirrho, Ien. 1779. *experimenta et obſeruationes, inuenta chirurgica, iudicia de libris nouis chirurgicis, inſtituta chirurgica, noua* cet. in quibus bonum medicum haud deſideres, nec fidelem vitae narratorem, nec virum rei literariae peritum. Quae deſunt vel monitore opus habent, futuro anno (ſperamus) vel addentur, vel auferentur.

Unterricht für Krankenwärter etc. Praecepta aegrorum vigilibus dat: vſum lectionum publ. edita a FRA MAY, D. Med. Aul. Palat. Manh Schwan. 1782. 8. 160 pagg.

Optandum erat, vt hoc modo viri fem que erudirentur in officio aegris praeſt Docuit enim ſimplici et probabili via au quae dotes talis hominis eſſe debeant, aeris puritas in cubiculo aegrorum, qua et potus ratio, quae cura munditiei adh da; itemque egit de clyſteribus, fomen balneis, de ſuperſtitione, de modo obſe di, de cura conualeſcentium. Poſthaec iecit quaedam de cura puerperarum, inf lacte et aqua nutriendorum, vel vario morbillis laborantium, acute febrientium febre intermittente afflictorum, nec non bis diuturnis obnoxiorum, denique de p lis, quibus patent, caute euitandis rel. V tamen ordinem magis naturalem ſecutus ſet et temperaſſet ſibi ab inutili quadam lubilitate linguae.

Handbuch der klaſſiſchen Literatur etc. IO. IOACH. ESCHENBVR Prof. coll. Carol. Brunouic. *enchir*

literaturae claſſicae, continens I. archaeologiam, II. ſcriptorum claſſicorum notitiam, III. mythologiam, IV. Graecas et V. Romanas antiquitates. *Berol.* et *Sedini*, ap. Nicolaum. 8. 1783. pagg. 559.

Congratulandum eſt iuuentuti bonarum literarum ſtudioſae de multis illis ac praeclaris bene faciliterque diſcendi praeſidiis, quae noſtro tempore liberali copia proferuntur in medium. Merito autem illis adnumerandum nouum hunc cl. ESCHENBVRGII librum eſſe cenſemus, eumque, diligenter perlectum et intime cognitum, bona fide commendamus omnibus, qui vel aliquam ſibi doctrinae antiquariae copiam, ſuo ipſi ſtudio comparare, et comparatam augere cupiunt, vel iuuenibus, humanitatis ſtudioſis, initia illius traditori fidum idoneumque ducem, quem ſequantur, circumſpiciunt. Parum enim foret ad laudem auctoris, dicere, eum *Hederichii enchiridion hiſtorico - antiquarium* optime emendatum, amplificatum, retractatumque dediſſe, ſiquidem ad HEDERICHIVM in hoc libro nihil pertinet amplius, praeter ſuſcepti operis ſimilitudinem.

Materiam libri et partes titulus deſcribit. Ordine apto, concinne, plene tamen ſatis pro conſilio iſto, *perſpicue et accurate* illas pertractatas

tractatas deprehendes. Minutias tamen literarias quasdam, in quibus facillimum eſt memoria labi aut ab aliis ſcriptoribus decipi, animaduertere liceat. Pag. 39. libris de re numiſmatica veterum optimis immerito accenſetur ineptiſſimum RASCHII opuſculum, obelo dignum. Pag. 49. codex Alexandrinus dicitur continere Graecam V. T. verſionem LXX interpretum; complectitur vero et N. T. Pag. 50. *duo* legimus eſſe libros MSS. *Dioſcoridis*, ſummae antiquitatis, alterum in biblioth. Caeſarea *Vindobonenſi*, alterum in bibl. Auguſtinianorum *Neapolitana*; ſunt autem illi duo vnus idemque liber, qui *olim* Neapoli fuit, *nunc* Vindobonae eſt. (vid. BIORNSTAHL Tom. I. p. 425.) Ibidem inter bibliothecas *priuatas*, Romae celebriores, commemoratur quaedam *Ottoboniana*; haec aliis ignota et, ni fallimur, pars eſt Vaticanae. Ibidem bibliotheca *Mediolanenſis* rectius vocaretur *Ambroſiana*, quam *collegii Ambroſiani*. Pag. 51. inter bibliothecas Cantabrigienſes celeberrima et inſtructiſſima omittitur, *academica* nempe. Londini autem nulla peculiaris bibliotheca *regia*, quae digna ſit commemoratu, deprehenditur. Secundis curis eget integer hic recenſus bibliothecarum. Pag. 146. de ſcriptoribus Graecis claſſicum FA-

BRICII

.ICII opus laudandum erat. Pag. 18. obuenm auctor *Macedonem natu fuiſſe credib*le putat; rectius ille *Ioannes, Stobaeus* ſ. *Stobenſis*, Stobis, Macedoniae ſecundae ciuitate riundus, dicitur. Pag. 190. editio Euclidis, . 1703. Oxonii edita, accuratius DAVID. GREGORIO, quam HVDSONO tribueretur. Pag. 195. *Antonini Liberalis* editionem, cura IENR. VERHEYK Lugd. Bat. a. 1774. emiſſam, deſideramus. Pag. 197. SALLVSTIVS ille, qui περι θεων και κοσμȣ ſcripſit (rectius *Salluſtius*) philoſophus cynicus ſec. V. vel VI. fuiſſe dicitur; id quod dubio non caret. Liber eius non eſt *mythologici*, ſed *philoſophici* argumenti, Epicurum reſutans, neque ſolum in collectione GALEI exſtat, ſed ſeparatim etiam editus Graece et Gallice a FORMEO. (Berol. 1748. 8.) Pag. 225. MARKLANDVS non *Statii opera*, ſed *ſiluas* tantum edidit. Pag. 244. *Marciani Capellae* opus non ſatis clare vocatur *encyclopaedia ſiue ſatyricon*, pro *ſatira*, i. e. *ſatura lance*, *farragine*. Pag. 255. hiſtoricorum Romanorum enumerationi merito adiiciendi erant *ſcriptores hiſtoriae Auguſtae*. — De libris, et editionibus ſcriptorum, quae commendantur, verſionibus etiam auctorum claſſicorum Theotiſcis permultis, aliter ſentimus; immerito alios laudatos, alios omiſſos iudicamus.

mus. Sed in his ſuum quisque iudicium ſequitur. Duo loci ſuperſunt, in quibus nobis non ſatis perſpicue ſententiam ſuam, etſi omnino veram et rectam, expreſſiſſe videtur alter (p. 3.) vbi dicit, poſt diluuium, *multiplicatis hominum linguis*, et *ſecuta mox* hominum diſſipatione, negotium communicandi et propagandi cognitiones longe difficilius euaſiſſe (Nonne crederes, his lectis, ſerius homines diſſipatos, quam linguas illorum eſſe multiplicatas?) alter (p. 10.) vbi ait: Quum antiquiſſimi homines hiſtorias poetice efferre *ſolerent*; hinc poemata prius fuerunt, quam ſcripta ſoluto ſtilo compoſita.

Des Herrn Abt FRANCESCO CETTI *Naturgeſchichte von Sardinien* — h. e. Hiſtoria naturalis Sardiniae; *pars prima*, continens deſcriptionem geographicam Sardiniae cum hiſtoria animalium mammalium. Ex Italica lingua conuerſa, cum XI figg. aen. Lipſ. 1783. in offic. Muller. 8. pagg. 272.

Debemus egregium hoc opus magno ſcientiae naturalis amplificandae et illuſtrandae ſtudio Cl. LESKII, Prof. hiſt. natur. et oecon. Lipſienſis, qui illud a diſcipulo quodam ſuo in

patrium ſermonem transferri curauit, translatum reuidit, et ſuis conſiliis interpretem, in iudicandis auctoris ſententiis, iisque nunc rectius definiendis et explicandis, nunc illuſtrandis et corroborandis, adiuuit. Multas CETTVS obſeruationes nouas et proprias habet de naturae miraculis, variorum errores et fabulas corrigit, antiquorum ſcriptorum locos non paucos feliciter illuſtrat. Praecedit deſcriptio inſulae, cui affixa eſt tabula geographica; ſequitur hiſtoria naturalis equi, aſini, muli, canis, bouis, ouis, caprae, ſuis, cerui, damae, muſmonis, (de quo paullo fuſius et accuratius expoſuit, adiecto quodam excurſu ſuo, interpres,) apri, leporis, cuniculi, vulpis, felis, muſtelae martis, bucameli, echini terreſtris, ſoricis, muris quercini, ratti, veſpertilionis murini. Figuras accurate ad archetypum adumbratas eſſe, non iniuria contendit editor. Noſtra commendatione non indiget liber iſte, cognitus iam a praeſtantia ſua et inuidioſo ornatus plauſu, quum primum editus eſſet Italice, noſtratium autem permultis adhuc ob pretium et raritatem ſuam expetitus.

Beſchreibung einer Reiſe etc. h. e. FRID. NICOLAI narratio de itinere per Germaniam

maniam et Heluetiam a. 1781. a ſe facto; adiiciuntur obſeruationes de eruditione, induſtria, religione et moribus hominum. Cum figuris aeri inſculptis. Vol. I. et II. Berol. et Sedini, 1783. oct. mai.

Noluimus libri, quam plurimis cupide exſpectati, accepti et lectitati, commemorationem in his noſtris plagulis vel omnino vel diu deſiderari. Cum enim prorſus ad praeclariſſima liberalis ingenii atque acuminis viri, multis modis de vniuerſa re literaria meritiſſimi, monumenta pertinet, tum vero in ſe mirificam copiam rerum ſcitu vtiliſſimarum dignissimarumque continet, atque primariis in ſuo genere libris ſummo iure adnumerandus eſt. Operae omnino pretium erat, Germaniam Germanis et cognitam et caram reddere magis, ingratis ſcilicet aduerſus patriam ſuam, bonorum domeſticorum incurioſis, peregrina vnice laudantibus. At non minus laudabile illud, quod pro libertatis illo genio, qui ſeculi noſtri proprius eſt, non modo bona et vtilia, quae reperiſſet, praedicaret, ſed etiam referre, diiudicare et perſtringere auderet, quae vbicumque vel improbe, vel imprudenter atque ridicule inſtituta cognoſſet. Nam in primis, *quidquid agant homines, huius eſt farrago operis*; quare de conditione publica prouin-

ciarum

rum et vrbium, quas vidit auctor, expoſuit
errime, ita tamen, vt praeteriret fere o-
ia, quae in vulgus cognita ſunt ſatis, illa
ro maxime referret, quae aliorum effugiſſe-
it aciem, aut quae explicite et libere narra-
multos alios vel pudor vel metus vel pie-
s etiam in patriam vetuiſſet. Nec fieri po-
it, quin ille, vnus ex imperii feliciſſimi,
riderico magno ſubiecti, ciuibus, isque tam
ſpicax, tamque peritus rerum omnis gene-
, tam doctus, in reliquis Germaniae pro-
nciis ac ciuitatibus multa videret, quae a
rfectiſſimo illo homines ſapienter ac felici-
r gubernandi exemplo, cui ipſe adſuefactus
ſet, abhorrerent, et, quamquam nihil cupide
aereret, quod reprehenderet, quamquam
ſtus et aequus, facile tamen inueniret. Quae
de publica conditione terrarum, quas vi-
, de regiminis forma, de legibus, de iuris-
ctione, de tributis, vectigalibus, reditibus,
rumque adminiſtratione, de fontibus et
ſidiis, quibus vitam ſuſtinent homines, de
uritatis, ſanitatis, induſtriae, honeſtatis mo-
n, religionis et rerum omnium, quae vitam
ium in vniuerſum felicem reddunt, cura
: plurima obſeruauit, non tantum vt ſpe-
itor, verum etiam vt iudicis et arbitri per-
nam agens. Neque vero ſubſtitit in publi-

cis, ſed ad priuatam et domeſticam in
vitae hominum conſiderandam et deſc
dam deſcendit, in quo vel primaria d
libri. De diuerſa ingenii, in primis
de diuerſa oris humani conformatione i
riis regionibus, de dialecti Germanicae
prietatibus et formulis loquendi proui
bus, de ſuperſtitionibus et cerimoniis,
bitu, victu et cultu vario, de inſtitutis et
ribus, de viris etiam ſingularibus, erudi
ingenio, arte, vel alia quacumque de cau
ris, etc. ſcitu dignum quidquid poſſet a
in medium protulit, et ſagaciſſime parit
que humaniſſime iudicauit. Praeterea
modis amplificauit notitiam Germaniae
graphicam et topographicam, deque
rum, fluminum, vrbium facie, magnit
ſitu, memorandis vel naturae vel artis
bus, expoſuit. Denique non pauca dedi
nita prudentiae, peregrinantibus pro
egregie. — Ne multa, opiparas bonaru
gitationum et obſeruationum epulas i
xit, ad conuiuarum et ſanitatem et vo
tem comparatas. Illibatas illas relinq
iam, quia, quid iam deguſtandum e
lauto apparatu offeramus lectoribus n
ambigui haeremus ipſi. Confirmam
tem, illum nemini ſatietatis aut faſtid
quid allaturum eſſe.

m *primum* volumen deſcribit iter
factum Vitebergam et Lipſiam, hinc
Coburgum, celebre coenobium Ban-
ambergam, Erlangam, Onoldinum,
bergam, harumque vrbium et inter-
regionum memorabilia enarrat; *ſe-*
git auctor Altorfium, hinc Ratisbo-
er loca ad vtramque Danubii ripam
obonam. Vtrique volumini adiecta
i generis ſupplementa et excurſus,
ariae ipſius narrationis partes illu-
— Sed, vt diximus, decerpere nihil
Liceat modo duplicem notare ſcri-
rorem. Nomen artificis, qui p. 148.
non eſt *Lomme*, ſed *Lemme*. Pag.
tur, dictum 1 Ioh. V, 7. ab anno de-
o irrepſiſſe in bibliorum verſionis
ae exemplaria; factum autem eſt il-
a. 1574. — Praeterea duo alii loci
quibus auctoris ſententiae ſubſcribere
s. *Primum* cauſam, cur in imperio
Imperatori ius competat academias
ndi, ignorare ſe fatetur, ſed hanc
atur auctor, quod honor doctoralis
ilitatis genus eſſe putaretur. (p. 53.)
m eſt, Caeſaribus hanc poteſtatem
n eſſe partim ob dignitatem, qua Re-
iuerſitatum ornantur, et ob annexa

ei iura et priuilegia, Notarios creandi, ſpurios legitimandi etc. partim vero, quia non modo ſummis imperii tribunalibus, ſed etiam aliis permultis in Germania collegiis, capitulis, ipſisque academiis plerisque aſſidere non licet, niſi doctoribus, in vniuerſitate Caeſaris auſpiciis fundata, promotis. — *Deinde* tum pag. 46. tum aliis in locis libertati Proteſtantium nimium videtur metuere a ſtudiis et conatibus Romanenſium, adeoque rem omnino ſeriam putat eſſe, quod a curia Romana perpetuo adhuc denominentur Epiſcopi et Praelati *in partibus infidelium*. Nos plane non extimeſcendam, ſed ridendam putamus hanc conſuetudinem eſſe, quippe quae vnice a titulomania eorum, qui illos honores ambiunt, et a cancellariae Romanae, quae illos vendit, auaritia manauit.

In reliquis laudibus, quas tribuendas huic libro eſſe cenſemus, minima forte multis videbitur haec, quam vero nos in omni opere, aetatem laturo, inter primas numeramus, quod nimirum compoſitus eſt *ſermone emendatiſſimo et limatiſſimo.* Vulgus ſcriptorum Teutonicorum, quod hodie fere omnem ſtili curam abiicit, adeoque praecepta grammatica vel ignorat vel aſpernatur, vtinam denique pudefiat. Non poſſumus cohibere iuſtam hanc indignatio-

nem

n hac occaſione, quum ſcriptorem repo-nus noſtrae gentis et linguae vere claſ-um.

IO. CHRIST. FRID. SCHVLZII *in Vet. Teſtamentum* Vol. I. ſect. II. Numeros et Deuteronomium complectens.

Abſoluitur volumen prius operis, quod in iuerſa Biblia extendetur. *Sectionem priorem* ſicauimus menſe Iunio h. a. p. 555. *Po-rior* huic mole cedens, paginarum numeris ntinuatis progreditur a p. 539. ad p. 758. dem horum ſcholiorum ratio eſt, quam in iori ſectione partim laudauimus, partim vi-peraumus. MICHAELIS et DATHIVS teſignani ſunt, quos ſequitur, et vltra quos iſſime ſapere audet. Non poſſumus non idi vertere auctori, quod, quantum vidi-is, in hac ſectione virum, a quo in primis ſfecerit, ſcilicet DATHIVM, ſaepius cita-rit, quam in priori factum eſt. Reſtant ta-n loca, quae DATHII nomine ornari de-iſſent, Deut. VIII, 3. XI, 10. 14. Notae ill. ICHAELIS Germanicae hic illic verſae, in compendium redactae ſunt. Quia ve-notis ſuis, quas in tironum gratiam ſcriptas

vult, MICHAELIS, Hebraica verba non miſcet: deceptus noſter homonymia, q MICHAELIS Deut. VII, 9. de voce להים obſeruauerat, ad aliam האל retulit. *He* ei ante אלהים emphaticum eſt, minus vero ante אל, vt perperam contendit. Miram viro, qui in interpretandis poeticis libris o ram laudabiliter olim poſuit, Samaritan lectionem Deut. XXXII, 10. יאמצהו loi meliorem haberi recepta ימצאהו. Eleg tem enim gradationem, quam haec lec ſuppeditat, illa penitus euertit. Aegre eti ferimus, απαξ λεγομενα ſaltem non om ab auct. explicata eſſe. Conf. Deut. VIII, 9. Deut. XIV, 15. XV, 14. Ceterum hac pe cta ſectione voti, quod antea nuncupauin nondum poenituit, ſcilicet fore, vt hoc o multam tironibus vtilitatem praeſtet.

Univerſalhiſtorie etc. h. e. MILLOTI ſtoria vniuerſalis. — Edidit WI ERN. CHRISTIANI — *Tom. V* Lipſ. 1783. I Alph. XV pl.

Incipit ab *epocha octaua*, hoc eſt, a m ſec. XV vsque ad finem, qua hiſtoria inter tis imperii Graeci, ortique Turcici, gentis diceae Florentinae etc. continetur. *Ep*

ma, vsque ad ann. 1519. progreditur, et narrationem de nouo orbe per *Columbum* aperto, de foedere Cambracenſi, de Leonis X. pontificatu, de *Lutheri* primis conatibus etc. exhibet. Probamus, hiſtoriam reformationis ſacrorum, in qua MILLOTVM, aequiorem licet multis eccleſiae ſuae ſcriptoribus, non tamen omnino placere poſſe lectoribus Proteſtantibus, non mutatam, ſed, ſubiunctis quamuis admonitionibus quibusdam, integram relictam eſſe. Illud enim eſſet iniuriam facere auctori, cuius de hac re ſententias cognoſcere non ingratum erit illis etiam, qui longe aliter ſentiunt. Mirandum tamen, virum bonum eo potuiſſe adduci, vt decantatam et profligatam fabulam repeteret iſtam de *Luthero* ex inuidia Auguſtinianorum aduerſus Dominicanos primum inſtigato ad reprehendendum indulgentiarum mercatum. — Addidit cl. CHRISTIANI epochae huic, paullo vberiorem de imperiis ſeptemtrionalibus, Suecia, Dania, Polonia, Boruſſia commentarium, quia M. illas nec recte nec copioſe ſatis enarrat. — *Epocha decima* (vsque ad a. 1560.) res a *Carolo quinto* geſtas et ſynodi Tridentini decreta ſummatim refert; *vndecima* denique bella ſacra Francogallica et florentem Angliae ſtatum ſub *Eliſabetha.* Accedit iterum, cura editoris,

ris, ſupplementum de hiſtoria terrarum peculiarium. Idem adiecit more ſu 293 566.) delineationem hiſtoriae rei Chri nae, a medio ſec. XV vsque ad finem XVI. excerptam, ſi quid video, e ſolis MOSHEMII inſtitutionibus. Pro ſua uitate auctor praetermittere poterat illa, de *Mich. Hofmanno*, homine, cuius nulla fuit ad ſummam rerum, inſeruit. (p. 461-4 *Mercurinum Catinarium*, (ita appellant quales eius, hodie vulgo *Gattinaram*) no dicere *potentem Proteſtantium defenſor* (p. 465.) clementiorem et pacis ſtudioſio aliis multis eius aetatis viris principibus e fuiſſe, haud negauerim. — IO. FABR concepiſſe confutationem Aug. confeſſio tam certum non eſt, quam traditur. (p. 4

D. GABR. CHRISTOPH. BENIA MOSCHE *Erklär. aller Sonn- u. F tags-Evangelien*, h. e. Pericoparum angelicarum exegeſis. *Tom. III.* Fr cof. et Lipſ. 1783. II Alph. VI pl. 8.

Inſtituti rationem vberius deſcripſimus olim, (Ann. 1782. Tom. I. p. 559.) et pra cauimus. Nondum poenitet nos ſenten noſtrae; immo gratulamur S. Ven. 1

SCH

ICHIO perfectum iam ad vmbilicum opus, perutile futurum ſacrarum literarum ſtudioſis; maxime vero illis, qui ſuam operam in explicandis coram concione his euangelicae hiſtoriae ſegmentis cum fructu verſari cupiunt, librum hunc commendatiſſimum eſſe volumus, quo tamquam promo condo vtantur.

Vollſtändige Geſchichte der Huſſiten etc. h. e. Hiſtoria Huſſitarum, inde ab interfectione Io. Huſſi vsque ad omnium Proteſtantium in regno Bohemiae exſtirpationem. E ſcriptis ſpectatae fidei, et documentis congeſta. Lipſiae 1783. oct. pagg. 406.

Neſcimus, quaenam illa ſint ſcripta ſpectatae fidei et documenta, de quibus et titulus gloriatur, et praefatiuncula, vbi partim ex editis partim ineditis operibus hanc hiſtoriam congeſtam eſſe, legimus. Nuſquam autem placuit auctori, vel vnum modo commemorare documentum et opus ineditum; neque per totam narrationis ſeriem ſcriptores quosquam laudauit, quos ſecutus ſit. Futile hoc eſt genus hiſtorias ſcribendi; turpe autem, falſa adfectata ſpecie nouarum quaeſtionum hiſtoricarum, lectoribus diſcendi cupidis illu-

 dere.

dere. Vnicus fons, e quo hiſtoriam hanc ſuam hauſit ſcriptor anonymus, (et, ſi ſapere velit, numquam nomen ſuum obſcurum proditurus) fuiſſe videtur INFANTII probabile omnino opus de bello Huſſitarum; ſi modo illud recte vbique intellexit. Nec rerum, nec ſermonis curam labuit magni; ſiquidem vera falſis, certis incerta et ſine omni oeconomia parua magnis miſcet, v. c. vt hoc vtar, operae pretium ratus, referre, HVSSI *matrem, quum Pragam iret, filium ſuum Rectori traditura ciuem academicum, anſerem et placentam geſtaſſe dono offerendam Rectori; anſerem vero in via euolaſſe, et mulierculam grauiter tuliſſe iacturam.* — Quod ad ſermonis et narrandi genus, illud non modo alieniſſimum ab omni naturali pulchritudine et arte, ſed tam ieiunum, tamque impurum plane, vt citra faſtidium legi nequeat. Hoc noſtrum iudicium, ſi qui vel iniquum vel ſeuerum nimis eſſe ſuſpicantur, illi ſuae pecuniae ſuique temporis impendio experiantur ipſi.

IO. CHRYSOST. HANNVLIK, e ſcholis piis, collegii Rom. ſcient. de Arcadia ſocii ord. Lyricorum liber tertius et quartus, ac vnus Epodon. Typis excell. Co-

mitis

mitis Antonii Karolyi. M. Karolini per Franc. Eitzenberger. a. 1781. pagg. 417.

Rarus hodie inter noſtros eſt *verſificator*, multoque rarior *poeta Latinus* talis, qualis Hungarus iſte eſt. Vix adeo aeſtimant plerique illud ſtudium, quod in veterum poetarum imitatione, ipſorum ſermone tentanda, verſatur, et quod ad exercendum colendumque ingenium, ad linguae Latinae facultatem comparandam et augendam, atque ad ipſos ſcriptores veteres melius intelligendos, permagnae eſt vtilitatis. Vix igitur innoteſcit noſtratibus, quidquid in hoc genere ab exteris ſubinde emittitur. Nobis vero neſas eſſe videbatur, reticere haec opuſcula diuitis vena et facilis eloquio viri, quorum indicem ſupra deſcripſimus. Prodierunt illa demum ſub anni ſuperioris finem; quod vel inde apparet, qnia multorum carminum argumenta reſpiciunt ad eiusdem anni euenta, v. c. ad Papae PII VI. iter Germanicum, METASTASII mortem, etc. Duo priores libri lucem viderant a. 1780. — Optime vero cognoſcetur indoles poetae noſtri, quem nos virum et ingenii et ſcientiae dotibus praeclaris ornatum eſſe ſcimus, addito vno itemque altero ſpecimine. Sine acri delectu igitur carmen, quod

quod primum ſe offert nobis euoluer
librum, *ad iuuenem nobilem otioſum,* adieci

Cenſus, et pleno cumulata cornu
Gaza, dum ſortis vice fluctuante
Mergitur, rurſus reuocatur auctis
Maior acerbis.

Nuper hibernos tenui ſub antro
Maetius ſoles tolerauit imus:
Nunc throni iudex opulentus altas
Temperat vrbeis.

Seruiunt gentes domino recenti,
Et graues cymbae pretio Syrorum
Prorogant regis noua fabuloſo
Nomina mundo.

At ſimul menſes, rapuitque luſtrum
Sol rota, et magnos ſepeliuit orbeis;
Nec potens caeli veteres reducet
Iupiter annos.

Tu breues frangis reſupinus horas,
Nec iuuat bellis acuiſſe telum,
Aut in ignotum procul ire doctae
Phocidos antrum.

Te ſales nudi, faciliſque riſus,
Te leuis circum iocus urget alas,
Nec ſtudes rebus patriae futuris,
Dum monet aetas.

L

s in ſponda recubas dici
am ad aetatem, cyathosque ſiccas,
dum pallens tacito laborat
Fornice caeli.

is plebis ſtudioſus emtor
rumores; et inane vulgus
tis audax obis, inde veris
Falſa remiſces.

udor! muto viridem iuuentam
arpi, et vacuam labore,
raui matris Cypriae teneri
Compede vinctam.

telo fugit hora miſſo,
pharetratus Scytha laxat arcu,
lymphis, et agente nimbos
Ocyor Euro.

uid in praeſens ſatis eſſe ponis
feſtiua bene feriari?
mus rurſumne orietur albo
Lumine Titan?

greges centum, et laqueata cedro
, non te Hermi faciet beatum
us torrens, neque purpuratae
Murice lanae.

viuetur, placidosque carpes
wono ſomnos, ubi nulla vitae

Otii

Otii denſis religata nodis
Fluxerit hora.

Addimus item aliud perlepidum odarion *morte* PETRI METASTASII, *poetae Vindob.* (ob. m. April. 1782.)

Nec mons dearum ludibrio caret,
Et luctuoſo vulnere Theſſalus?
Heu! voce plorata ſuſurrant
Flebilibusque modis cauernae;

Cantuque maeſti carminis attremunt;
Dum, Petre, fati te rigor abripit.
Heu! ſic ne ludit vate ſacro
Parca ferox, tenebrae triſtes!

Nunc plura largo non cytharae ſonant
Fletu madentes. Iam tibi luſerant
Diuine vates, cum ſub umbra
Dulce melos caneres Thereſae.

Ergo iacentem cingam hedera, et roſis,
Ne puluis vrna ſit ſine nomine;
Hic ſerpet aeternum per aeuum, et
Buſta viror recreabit umbris.

Quieſce molli ſub folio, et cinis
Decente buſto conditus, entheo
Calore vates ſuſcitatos
Vngue doce ſtimulare chordas.

Res mira! Petri degenerans chelys,
Luctus edacis victima, candidus
Olor volabit? nempe cantum
Aſſiduus moduletur vrnae.

III. *De libellis academicis et ſcholaſticis.*

Marburgi diſſertationem inaug. ad diem 27. Febr. 1783. propoſuit VOLCHARD. MEYER Bremenſis: *De iurisdictione delegata, eiusque et mandatae differentiis*; eamque dicauit, ſine praeſide defenſam, Senatui Bremenſi, modeſte pollicitus, maturiore aetate fortaſſe maturiores fructus ſecuturos eſſe has primitias, id quod confidenter ſperare licet. Noua argumenta ſe haud protuliſſe, ſed id ſolum egiſſe confitetur, vt doctrinam, quam rubrum indicat, poſitis eius principiis legitimis, breui complecteretur commentario. Et laude ſua non eſt priuandus, dum per bina diſſertationis capita, primo vtriusque, tam mandatae quam delegatae, iurisdictionis notionem atque originem, ſecundo differentiam, qua vna ab altera diſtinguitur, euoluit. Praemiſſa iurisdictionis definitione generatim ſpectatae, quam in ſenſu proprio ad cognitionem controuerſiarum ſubditorum et deciſionem illarum ad normam legum reſtringit, illam

lam in ſublimem et ſubalternam, ſubalter
in patrimonialem et adminiſtratoriam,
vero iterum in propriam et mandatam d
ſcit; tum vero codiuiſionem ſubalterna
ordinariam atque delegatam iurisdictio
addit. Quomodo circa has iurisdictionis
cies iura diuerſa, Romanum ſcilicet, Can
cum et Germanicum differant; diſtincte
dit. Formam delegatae, prout illa hodie
nitur, in iure Canonico potius, quam in
Romano, quaerit, etiamſi eiusdem in L.
Cod. *qui pro ſua iurisd. iud dare poteſt*, e
L. 5. Cod. *de iudic.* mentio quaedam occu
Summa, ſecundum notionem directricem,
redit: vt mandata iurisdictio immediat
ſuperiore nunquam concedatur, ſed ab eo
lum, qui habet iurisdictionem ſubaltern
prout mandata quoque ſpeciem conſtituit
risdictionis ordinariae, i. e. talis, quae in
vniuerſali conceſſa, ideoque ad certam ca
ſam non eſt reſtricta; quae, ſi ſpectes n
ram iurisdictionis delegatae, omnino ſe
ſeſe habent. Errant igitur, quibus ſyno
ma videntur diuerſae illae species; id q
latius a diuerſitate obiecti, ab effectu, a
ma etc. demonſtrauit auctor. In eo quid
delegatus iudex et commiſſarius conuenit
vt certus ſolummodo actus vtrique, vel c

can

ediendа ſit; ſed, vt bene monet au-
: tamen adhuc inrer vtrumque illa
, vt commiſſarius non ſemper ad
entioſae iurisdictionis, ſed non raro
alios quosuis actus, vbi nulla lis
onſtituatur. — Vnum hoc ſaltem
, dum auctor in fine §. 12. adfirmat,
i iurisdictionem, vti illa apud no-
mores fuit, per reuocationem man-
nen non finiri, nobis hac in parte
ententia neceſſario faciendum eſſe
. Quid enim impedit, quo minus
rimoniali iurisdictione gaudet, vel
iuſtitiarii, vti vocatur, operam con-
, etiamſi indeterminate mandatum
it, illud tempeſtiue reuocare inte-
eat? Lex certe non obſtat, et vſus
uctoris contrarium quotidie docet.

---

dus WIDEBVRGIVS, a. d. H.
a. quum ad publicas exercitationes
qui in Paedagogio docentur, inui-
auit quaeſtionem, quatenus caueri
ſtudiis academicis ſe dicent iuuenes,
ligni ſint: (*Unterſuchung der Fra-
ſern kann verhütet werden, daſs die-
e nicht dem Studiren widmen, die*

M *dazu*

dazu nicht taugen. Literis Kühnlini. Plagg. IV quadr.) Studiis academicis indignos non tam eos omnes cenſet, quibus natura excellentiorem vim ingenii denegauit; quippe hanc excellentiam multa publica munera, ad quae nunc per academias eundum eſt, grauitate ſua non aequant: quam eos, qui vel ingenium mediocritate inferius ſortiti ſunt, vel quorum animus et mores malitioſi remediis liberalibus non emendari poſſunt, ſed durioribus ingenuoque homine indignis coerceri debent, vel qui humili loco nati neque domeſtica inſtitutione et exemplis mature ad humanitatem informati, neque ſubſidiis ad perſequenda ſtudia neceſſariis inſtructi ſunt, ex iisque difficultatibus ſe neque ingenii neque ſtudii eminentioris vi expedire valent. Primum genus, quod ne ad qualemcumque quidem literarum ſcientiam et vſum, quibus aliis prodeſſe poſſit, facile adſequitur, et alterum, quod in quouis quidem loco conſtitutum ſocietati humanae peſtiferum eſt, in religionis autem miniſterio, ciuitatis gubernatione, iure dicundo cauſſisque tuendis maxime, omnino, ſi fieri poſſit, a ſcholis, quae iſtorum munerum cauſſa inſtitutae ſunt, arcenda eſſent; ſed, qua id fiat, ratio, dum eſt in rebus omnibus humanis difficilis optimi perfectio, non

poſſe inueniri videtur. Nam quod quidam de collegiis in ſingulis ciuitatibus auctoritate publica conſtituendis ad examinanda omnis iuuentutis ingenia moresque et ad praeſcribenda, quae quisque ſequatur, literarum artiumque aut liberalium aut aliarum ſtudia, praeceperunt, eſt in dulcibus ſomniis, quae neminem, niſi ipſos ſomniantes, iuuant, habendum. Interim ex parte praeſtandum eſt, quod non poteſt totum praeſtari. Praeceptores quidem in ſcholis inferioribus diſciplinae ſuae alumnos, quos ad ſtudia altiora ineptos iudicant, ab iisdem retinere interdum poſſunt, tum meliora diſcipulis horumque parentibus ſuadendo, tum commendationem ad aliena ſtudiorum auxilia indignis conſtanter negando. Admonendi igitur ſunt officii ſui, idque dum recte ſequuntur, de conferendis in digniſſimum quemque beneficiis potiſſimum conſulendi. — Tertium genus, quod eorum eſt, qui ex infimo ciuium ordine nati ſunt, quidam volunt legum ciuilium ſeueritate a literarum ſtudiis arceri; ſed hoc fit contra ius omnibus hominibus commune ipſiusque ciuitatis, vt et literarum vtilitatem. Quo quemque natura ducit, liceat ſequi, et haud fucata diſcendi cupiditas in nemine reprimenda eſt, ſed etiam in pauperibus, ſuſtentanda po-

tius et ſouenda. Ne autem illi, qui vllo l
iorum amore ducuntur, neque mentis ani
que virtutibus excellunt, ad altiora adſpire
muneriſque publicis inhient, aliis remed
quam interdicto, cauendum eſt. Plerumq
talis ambitio, in pauperibus quidem, ſcho
rum inferiorum culpa excitatur. Nam ſi
mnes omnium liberi facto nullo generis
ſcrimine eadem ratione inſtituuntur, omn
que etiam a teneris coguntur latinas lite
diſcere, facile fit, vt, ſi quis puer vocabula a
regulas grammaticas citius, quam alii mem
riae mandet, ſibi ſuisque adprime ſapere
ad magna natus videatur. In primis ha
culpa tribuenda eſt *choris ſymphoniacis*, q
in multis ſcholis adhuc aluntur. In hos eni
recipi ſolent pueri, vel nulla alia, quam v
cis, laude commendabiles, qui deinde ſubſ
lia ſcholaſtica per omnes claſſes premere l
lent, dum ad munus ſcholaſticum admouea
tur in agris, aut in academiam transea
Quae inſtituta quantum vniuerſae diſciplin
ſcholaſticae quantumque reipublicae noceat
et quam ſint omni ex parte a noſtrae aeta
rationibus abſona, iam ſatis grauiter a Noſt
demonſtratum eſt.

Halbe

Halberſtadii nouae ſcholae cathedralis Rector, GOTTLOB NATHAN. FISCHER, elegantis vir ingenii, *oratiunculas duas ſcholaſticas*, quas ipſe liberali conſilio, comparandi bibliotheculam ſcholaſticam, paruo pretio (IV gr.) vendit, typis exſcribendas curauit. (*Zwey Schulreden* pagg. 68. 8.) *Alteram* habuit d. IX Apr h. a. quum munus ſuum auſpicaretur, de eo, quod intelligens quisque et prudens homo nec nouum nec antiquum quidquid, ſed, quod verum et bonum eſt, vnice aeſtimat. Argumentum ſatis tritum, ſed multa arte et eloquentia hic pertractatum, et ita, vt virum agnoſcas, nulli vel antiquitatis vel nouitatis opinioni in grauiſſimo regendae docendaeque iuuentutis officio mancipatum, ſed recti vnice ſtudioſiſſimum. *Altera* ſomnium fingit, quo auctor delatum ſe eſſe in annum 2440, et vidiſſe narrat ſtatum ſcholarum Halberſtadienſium, qui tunc futurus. Hoc figmento venuſto vtitur ad effundenda potiſſimum pia quaedam in ſalutem et commodum rei paedagogicae deſideria.

Berolini V. Cl. D. IO. CAR. CONR. OELRICHS, apud Arn. Weuerum nuper edidit reliquiarum antiquitatis Germanicae catalo-

gum locupletiſſimum, quem inſcripſit: *Ma-
chia Brandenburgica gentilis*. (a pl. et dim
Illas reliquias magno ſtudio et ſumtu intra a
nos quinquaginta collegerat olim *Chriſtia
Godofr. Kitteſter*, conſiliar. aul. et dicaſte
camer. ab epiſtolis; nunc venum offeru
heredes eius, particulatim ſcilicet diuendend
d. XIX. Dec. h. a. niſi fuerit, qui totam ha
collectionem aequo pretio ſibi comparare c
piat. Aeſtimatur vero *ducentorum aureoru
(duc.)* Sunt omnis generis monumenta n
meroſiſſima, bellica, ſacrificialia, ſepulcrali
ad ſupellectilem et mundum muliebrem pe
tinentia, alia. Omnia in ſuas claſſes ſcite d
poſuit auctor catalogi, vſum ſingulorum d
ſcripſit, locum, vbi inuenta ſint, vt plurimu
adnotauit, et praeter eruditam diſputatiunc
lam, quam praefixit, multas alias adiecit o
ſeruationes antiquarias; vnde harum reru
amantibus hunc libellum magnopere co
mendamus.

Marburgo accepimus libellos quosdam m
nores, a V. Cl. MICH. CONR. CVRTI
conſcriptos, quorum argumenta recenſere m
gis e re noſtra eſt, quam de multis ſpiſſ
molis voluminibus verba facere.

I C

I. *Collectaneorum ad hiſtoriam facientium particula quinta.* (1782. pagg. 8.) Pertinent in primis ad illuſtranda belli Suecici, ſub initium ſeculi noſtri in Germania geſti, tempora, et ſunt: 1. 2. 3. Mandata *Io. Lud. a Fabrice,* legato in aula Polono-Saxonica ab Electore Brunouic. data, a. 1711. 4. *Georgii Ludouici,* Electoris Brunou. literae ad legatos ſuos Francofurti degentes, a. 1711. 5. Literae legati Hannouerani, L. B. *a Bothmer,* ad Electorem Brunou. a. 1711. 6. Mandata Elector. Brunou. legatis ſuis Francof. degentibus data, a. 1711. 7. Epiſtola legati Hannou. in aula Dresd. *Io. Lud. a Fabrice* ad L. B. *a Bernſtorf,* primarium Electoris Brunou. ſtatus adminiſtrum, Strelizii ſcripta d. 1. Sept. 1711. 8. Eiusdem ad eumdem ep. ſcripta Puttae propter Stralſundam, d. 8. Sept. 1711. 9. 10. Eiusd. relationes ad Electorem, d. 13. et 18. Sept. 1711. 11. 12. *Robethonii,* ab ſecretis ſtatus ſanctioribus in aul. Hannou. ad *Fabricium* epiſtolae. 13. Huius reſponſum, et 14. Relatio ad Electorem d. 3. Oct. 1711. 15. *Robethonii* ad *Fabr.* ep. d. 6. Oct. 16. *Fabric.* relatio ad aul. Hannou. d. 13. Oct. 17. Eiusd. ep. ad *Bernſtorf.* d. 23. Oct. 18. *Robethonii* ad *Fabr.* ep. d. 31. Oct. 19. *Fabricii* ep. ad *Bernſtorf.* d. 22. Oct. eiusd. anni. —

II. *De incerta chronologia Roma.* (171 pagg. 8.) Primo quaedam diſputat contr IS. NEVTONI ſententiam, annos, quos pri ſci Romae Reges regnando compleuerunt coarctantis, et, dum cuiusque illorum rectior vndeuiginti vel viginti annorum terminu conſtituatur, ſeptem Regibus igitur, qui, ſi veteres audias, per 244 annos regnarunt, in tantum annos tribuendum eſſe, contenden tis. Hanc rationem, etſi multis probatam a defenſam, Cl. CVRTIVS ſpecioſam eſſe ma gis, quam veram, bene oſtendit. Quod ſi enim circumſpiciamus in aliarum gentium hiſtoriis, denturne ſex vel ſeptem Principes, ſe excipientes, qui regno totidem praefuerint annis, quot Romanorum regibus adſcribun tur; omnino obueniunt eius generis exempla Haſſiam rexerunt ab a. 1509 ad 1730. ſeptem Landgrauii; et ſumto medio quodam termi no, XXXI annos quisque illorum regnauit Anhaltinas res ab a. 1551 ad 1747. moderat ſunt quinque Principes; igitur XXXIX ann medium quaſi conſtituunt numerum. Alii exemplis pluribus comparatis non patet, cu ſoli Romani longaeui eſſe vtentur. — Deind monet, multis iniuria res geſtas et annos re gum Romanorum ſubleſtae fidei videri, quo tempore antiquiſſimorum ſcriptorum Roma

noru

torum nulla exſtiterint vetuſtatis monumenta, incertae potius traditioni cuncta inniti; nam, qui ita querantur, illos licentius interpretari verba Liuii, (lib. VI. 1.) referentis, incendio Gallico, quae in commentariis Pontificum aliisque monumentis erant, interiiſſe *pleraque*, ergo non omnia; atque occurrere praeterea apud Polybium et apud Liuium veterum librorum et documentorum mentionem. Attamen oſtendit, non accurate determinari poſſe conditae Roma et regni Romani annos, et propterea quidem, quod faſti iſtius aeui a faſtis labentis reip. et Imperatorum abeant longiſſime, nulla iam ratione certa in concordiam redigendi. Romulum enim anno Romano ſpatium ſuum conſtituiſſe ex more Albanorum, quorum annus 10 menſes, 304 dies habebat, paullulum immutato; iam igitur, ſi anni Romulei ad Iulianos annos referantur, ſingulis deeſſe 61 dies cum quadrante, qui per 38 annos, quos Romulus regnauit, efficiant 6 annos et 137 dies, ex tempore igitur ab V. C. detrahendos. Numam deinde, vel quod veroſimilius facit auctor, Tarquinium Priſcum, Romuli anno addidiſſe 51 dies, eumque in 12 menſes diſpertiuiſſe; iam ſi hanc emendationem primo Tarquinii anno peractam eſſe ſumamus, praeteriiſſe poſt

Romuli mortem 100 annos, qui ad Iu
annos relati 83 tantum annos et 80 die
ciant, vt igitur tempori ab V. C. iter
ſere anni demendi ſint. Quum vero
huic qualitercuuque emendato 10 diei
quadrante deeſſent, et animaduerteretur
longitudinem cum ſolis curſu haudqua
conſentire; intercalari anno cuique
menſem coepiſſe, forte ſub Seruio T
ſed incertum, quo anno. Sub republ.
intercalationem omnem interdum per ſ
ſtitionem omiſſam eſſe, ſaepe etiam od
gratiae datam eſſe a Pontificibus. Vag
que et varios annorum terminos manſiſ

III. *De lectione Senatus Romani reipu
berae aeuo.* (1781. pagg. 8.) Primis reip.
poribus a Conſulibus, poſt a Cenſoribus
natus actum eſſe recenſum, additaque il
collegio noua Senatorum nomina, eſt in
patulo; id vero anquiritur, ſuane aucto
an iuſſu populi Senatores legerint Con
vel Cenſores. Articulatim hoc diſcuſſit
ita, vt probaret: 1. in ſenatum lectos
equites Romanos, patricios et plebeios,
tamen ſenatoris locum et honorem ad
illos protinus equitum exemtos fuiſſe n
ro; plebeios vero, in ſenatum lectos,
ante ingreſſum in curiam inter patricio

eſſe; 2. ex Equitibus eos eſſe lectos in
tum, qui magiſtratum Romae geſſiſſent;
ſules enim, Praetores, Aediles, Tribunos
is, Quaeſtores non neceſſario Senatores
e, etſi illis liceret, ſenatui intereſſe dice-
ıe ſuffragium; 3. quodſi, qui magiſtratus
erant, explendo ſenatui non ſufficerent,
od poſt Cannenſem cladem, et Marianas
lanasque caedes vſu venit) allectos eſſe vi-
de republ. egregie meritos, nullis licet
s honoribus; 4. aetatem ſenatoriam, etſi
s liquide definiri nequeat, tamen triceſimo
lo non minorem eſſe debuiſſe, veriſimile
e fieri, quod quaeſturae, inter eminentio-
honores vltimum occupanti locum, ge-
ıdae olim annus XXVII adſignatus eſſet; 5.
itatum ſenatum, h. e. lecta nomina Sena-
um eſſe, omiſſis iis, qui criminis cauſa di-
itate ſenatoria cenſerentur indigni; tum in
mortuorum locum ſuffectos magiſtratos,
i poſt proximam cenſuram honores geſſiſ-
ıt; ſi vero tot non adeſſent horum, quot
endi erant, creatos Senatores ex equeſtri
dine, ita, vt de vnoquoque in comitiis cu-
tis, ſecundum Ouiniam legem, poſtea vero
butis, auctore Sulla, ſuffragia colligerentur;
nomina igitur tantum recitata a Cenſori-
s; vt hi vel illi recitari poſſent, a ſolo po-
pulo

pulo perpendiſſe; 7. Principem ſenatus à Cenſoribus pro lubitu dictum eſſe, Romanis hac in re ſecutis auctoritatem. Haec omnia idoneis firmantur teſtimoniis et exemplis. —

Superſunt alia quaedam viri doctiſſimi opuſcula, de quibus in poſterum.

IIII. Noua literaria.

Helmſtadii d. XXII Octobr. h. a. auctionis lege diuendetur collectio librorum maximam partem antiquorum et rariorum, inter quos multi ſunt ſec. XV impreſſi, pretioſi etiam non pauci, vt Biblia polygl. Antwerpenſia, Biblia Graeca Aldi Manutii etc.

Pariſiis prodierunt: *Memoires ſur la vie et les ouvrages de Mr. Turgot.* Quod opto ne quis forte illotis manibus apprehendat ſtatim illorum hominum, qui ſordida mercede conducti in vernaculam vertunt, quidquid Gallia mittit librorum; Ill. CRELLIVS e literis, Duſſeldorfio ad ſe datis, nunciat, celeberrimum Electoris Palatini conſiliarium intimum, IACOBIVM, in eo eſſe, vt vitam et res geſtas immortalis TVRGOTI ſingulari libro illuſtret, quo Francici ſcriptoris commentarii plane

ſuperflui reddantur, multisque in locis
gentur et amplificentur. Nactus enim
IACOBIVS ab amico quodam TVR-
RI, et aliorum virorum, qui cum TVR-
RO familiariter vixerunt, cognoſcendi
ius et aeſtimandi viri merita, materiam.

Ratisbonae in lucem emiſſa ſchedula D. IO.
. KOHLHAAS indicauit, ſe iam per
iot annos otia ſua dediſſe adoleſcentibus
te chirurgica erudiendis et praeparandis,
e vero, quo magis extendat diſciplinam
, et ſuccurrat arti adhuc iacenti et humi-
iſtar opificii vulgo tractari ſolitae, editu-
eſſe opus, iſti propoſito adſequendo ido-
n, hoc indice: *Anleitung zur Bildung*
r Wundärzte, cyclopaediam quaſi omni-
artium et cognitionum, quas ignorare
urgo nefas eſt. Prodibunt illius operis
annis *quatuor particulae*, et venduntur
ripturis pretio 1 *Flor. et 36 cruciq.*

Wetzlariae m. Iul. viuere deſiit ADOLPH.
R. REINHARD, Iur. D. et dicaſterii
erae imperii Adſeſſor per triennium, an-
Profeſſor iur. Butzouienſis, librorum mul-
torum

torum theologicorum, philoſophicorum, hiſtoricorum, iuridicorum ſcriptor feraciſſimus. Vixit annos LVIII.

Vitebergae d. XXIX Iul. mortuus eſt D. IO. FRIDER. HIRT, Theol. Prof. primar. et Superint. general. Saxoniae elector. Annos vixit LXIV.

Wirceburgi intra breue tempus duo Profeſſores, alter Theologiae, THOM. HOLTZCLAV, alter Rhetorices, IOSEPH. RINGMÜLLER, defuncti ſunt. Vterque erat olim de ſoc. Ieſu.

Erfordiae d. IX Maii obiit D. HIER. FRID. SCHORCH, Comes Palatinus, Prof. iuris ord. et acad. ſcient. elector. Praeſes, anno aetatis XCI.

Baruthi d. XXI Iul. obiit HENR. ARNOLD. LANGE, conſiliar. aul. cameral. et conſiſtorial. aetatis anno LX.

Fuldae nunc etiam paratur, iuſſu Epiſcopi, noua bibliorum ſacrorum Teutonicorum editio.

Berolin

ſno Cl. ACHARDVS cum CREL-
ſtro communicauit methodum, facili
parandi vaſa e platina, quantumuis
ili. Fuſum enim cum arſenico me-
ragile redditum, in puluerem redu-
ue formulam ex argilla confectam
unque replet; quo facto fornici do-
o ſuppoſita, ignem experitur vehe-
em; difflatóque tandem arſenico,
ıe fracta vas ſiſtitur, mallei ictibus ad-
lulum perficiendum.

INDEX.

dota.

io de profeſſione fidei a Regina Sue-
e, Chriſtina, facta Oeniponti a. 1655.
p. 97

libris nouis.

ır. Meiners *Geſch. des Verfalls der Sit-
s u. der Staatsverf. der Römer.* p. 103
. Aug. Vnzer *Einleit. zur allgem. Pa-
alogie.* p. 112
'ilh. Fried. Hezel *Kritik des A. T.*
p. 114
orus, *od. aſtrogn. Endurtheil* etc. p. 118
oua biblioth. philol. et crit. Vol. I. p. 123
oua biblioth. theol. Vol. I. p. 124
uſt. Chr. Henninges *Sittenlehre.* p. 126

8.

8. Aeſchylus ed. Chr. God. Schütz. Vol
p. 1
9. Demeunier *über Sitten und Gebräuche*
p. 1
10. Onomatologia med. practica, Vol.
p. 1
11. Labat *Reiſen nach Weſtindien*, Vol. I
p. 1
12. *Berl. Taſchenb. für Freunde d. Geſund*
p. 1
13. *Taſchenb. für deutſche Wundärzte.* ibi
14. Franz May *Unterr. für Krankenwärte*
p. 1
15. Io. Ioach. Eſchenburg *Handb. d. klaſ Literatur.* p. 1
16. Franc. Cetti *Naturgeſch. von Sardinie* T. I. p. 15
17. Fried. Nicolai *Reiſe durch Teutſchl.* et Vol. I. et II. p. 1
18. Io. Chr. Frid. Schulzii ſcholia in V. T Vol. I. ſect. II. p. 16
19. Millot *Univerſalhiſtorie* — T. VII. p. 16
20. Gabr. Chr. Beniam. Moſche *Erklär.* *Evangelien*, T. III. p. 16
21. *Vollſtänd. Geſch. der Huſſiten.* p. 16
22. Io. Chryſoſt. Hannulik lyricorum li III. et IV. p. 17
III. *De libellis academicis et ſcholaſticis.* Volch. Meyer p. 175 Fr. Aug. Widebu p. 177 Gottl. Nathan. Fiſcher p. 181 I Car. Conr. Oelrichs ibid. Mich. Con Curtii p. 182
IIII. *Noua literaria.* p. 18

ANNALES LITERARII

SEPTEMBER
ANNI MDCCLXXXIII.

I. *Anecdota.*

Epiſtolae quaedam ad Martin. Chemnitium. *

I. IO. ZANGERI, *Oenipontani,* Paſtoris Brunon. ad D. Petrum.

Vir Reuerende et frater in Chriſto dilectiſſime. Nihil tam in votis nobis omnibus eſt, quam D. Doctorem [Moerlinum] Superintendentem noſtrum et Tuam Reuerentiam feliciter et ſaluos in Pruſſiam veniſſe, et ſemper meliori fortuna vti. Nos hic omnes ſatis commode valemus, exceptis fratribus D. Georgio et D. Chriſtiano, quos valetudinarios relin-

* Ex autographis deſcriptae ſunt ab E. C. REICHARD, V. Cl. nobiscum communicatae a S. Ven. WINCKLERO. Cui vſui inſeruire poſſint, in hiſtoria ſpecialiori eccleſiaſtica et literaria ſeculi XVI. verſati facile perſpicient.

relinquebatis. Statum familiae veſtrae ex litteris ab vxoribus ſcriptis cognoſcetis. Quae religionis cauſſa vos ſollicitos reddant, partim et litteris Senatus, partim ex Colloquii noſtri ſignificationibus intelligetis. Ieſuita impurus ſuas blasphemias ſub Principis edicto ſparſit commaculatis aliquot pagellis. Fratres Colloquii iſtam materiam, ſuppreſſo Principis nomine, acriter in omnibus templis hoc die taxarunt, detectis blasphemiis in Chriſtum, et mendaciis contra ſpiritum veritatis. Cancellarius Menſingerus nuper hic fuit, et diligenter ex me percunctatus eſt, vtrum tuae reuerendae dignitati fideliter ſuo nomine ſignificauerim ea, quae certiſſima T. D. per me probare voluit. Et cum cognouiſſet, ſuis mandatis ſatisfactum eſſe, tandem dicebat: bene ſe res habet. Plane enim mihi hoc perſuadeo, virum illum egregium, exque diligenti lectione antiquitatis clarum ad nos reuerſurum eſſe, ſuo tempore bene confectis ibi negotiis, quod faxit benigniſſimus Deus. Tandem quoque mihi concredidit duos tomos, in quos tamquam in diaria Salzburgenſis Secretarius collegit ſingulos actus cum ſuis circumſtantiis, et aliquot orationibus ac diſputationibus Tridentini concilii, quos nunc prae manibus habeo, euoluendos. Antwerpiae Caluiniſtae 40

mil-

llium numero ſeditionem mouerunt ad-
rſus Senatum, facta proclamatione a Cal-
iiſtis, Martiniſtas ad ipſorum partes acceſ-
e aduerſus Papiſtas. Sed Princeps de Ara-
a proclamari iuſſit, vt conuocentur omnes,
i ex partibus Regis Hispaniae, et Senatus
twerpiani pro defenſione doctrinae Au-
ſtanae confeſſionis ſtare velint. Collecto
tur ingenti numero hominum, magnis co-
s, et infractis animis indictum eſt Caluiniſtis,
bona gratia cedant vrbe; ſe quippe paratos
e, vi et armis Caluiniſtas ſeditioſos ex vr-
pellere. Res vero ad conflictum non ve-
: Caluiniſtae enim promiſerunt diſceſſio-
m. Reliqua cognoſcemus ex nuntio, quem
Paſchatis feſtum exſpectamus. — Noſter
idreas Schmidt adhuc abeſt, nec ſui aliquam
em de ipſius reditu promittere poſſunt. Li-
llos rationum defuncti officii Senatui non-
m obtulit; cauſſam vero ſuae abitionis igno-
nus omnes. Litteras ex Francofordianis
ndinis nondum accepimus. Dominus Ihe-
s, ſaluator noſter vnicus, propediem vos
luos reducat ad nos. Interea valete feliciter.
ata *am grünen Donnerſtage* Anno Dmi.
67. ex Brunſuiga.

II. IACOBI HORSTII, po
med. Helmſtadienſis.

S. Reuerende et doctiſſime vi
Spanoſkius, vir nobilis et magn
authoritate in regno Boiemiae e
numquam viſum, ſed ex ſcriptis ſ
que cognitum, amat atque colit.
commendatiſſimus eſſe cupit. Et
dium defendendae ſyncerae religi
ex praefatione opuſculi miſſi intel
ipſum per ſe tibi ſatis commenda
tanti Herois, amici mei ſummi, p
me cogunt, vt petenti morem ger
a te peto, vt des operam, vt inte
ad te litteras pondus habuiſſe ac ex
tores fidei tibi non ingratos eſſe.
Boiemi cum ſeiungere ſeſe non
Papiſticis, ſed etiam a Caluiniſtis v
plures Auguſtanae et Boiemiae conf
coniunxerunt, et conſiſtorium inſti
ius defenſores tres elegerunt, ex q
mero vnus eſt Ioannes Spanoſki
motus 21 Iulii paulo ante mediam
in Vngaria et in Auſtria et in M
ſim fuit magno terrori hominibus
pore ante annum his in locis epide
bus exortus eſt. Deus miſereatur ec
Vale et me ama. Iglauiae 9. Aug

itteras, quas R. Veſtra reſcribet, Lipſiam ad
I. Simonem Scheibium perſerri curabit.

III. BASILII FABRI, tum, vt videtur, Rectoris Quedlinburg.

S. Rogo te amanter propter ipſum Domi-
num Chriſtum, reuerende et cariſſime D. Ma-
ſter Martine, vt optimum et clariſſimum
nobilem D. Chriſtophorum a Steinberg, qua-
cunque id facere poſſis modeſtia et oportu-
tate, admoneas, vt pauperem et egentem me
ſpiciat, et reliquum pecuniae, quod libera-
er mihi recepit, mittat. Teſtor deum, eſſe
ihi inueſtes et nudiſſimos octo liberos, adeo
et morbos ex nuditate contrahant, quos
ſtire ex illa pecunia decreui, nec alia vlla
tione facere id poſſum. Obſecro te, effice
beneuolentiam tuam ea in re cognoſcam,
que illud beneficium mihi eadem qua coe-
ſli facilitate (mihi) claude. Do tibi ingenu-
n fidem, te me gratum et memorem habi-
rum. Quaeſo etiam diligenter, vt negotium
ad Reuerendo et clariſſimo D. Doctori Mor-
lo in animum reuoces. Bene et feliciter
le. 15. Febr.

II. De libris nouis.

IERUSALEM: oder *über religiöſe Macht*

 und

und Iudentum, h. e. *De ſacro imperio et Iudaiſmo.* Scripſit MOSES MENDELIS FIL. Berolini ap. Frid. Maurer. 1783. form. min. oct. Sectio I. pagg. 96. Sect. II. pagg. 141.

Iniuriarum inter maiores aliquando ſubortarum acerba recordatione ſemina plerumque ſuſpiciorum ac ſimultates mutuae ad ſeros propagantur poſteros et ad gentes vniverſas. Itaque humanorum animorum impotentiae potius, quam alterutrius inſtituti praeceptis, (manſuetudinem quippe et humanitatem redolentibus vtrisque,) tantam voluntatum discrepantiam tribuerim, quae Iudaeorum primum, paullatim Chriſtianorum etiam familias, inuicem exaſperauerat contra profeſſores internarum perſuaſionum religioſiores et innocentes. Illud autem nominis odium immane, ab alterutra parte antiquitus in orbe terrarum alteri concitatum, hodie prorſus erat abiiciendum. Sicut enim gentis infititiae intereſt, populum primitiuum, tanquam teſtem antiquorum oraculorum fidiſſimum, ſaluari; ita Iudaeorum pariter, niſi omnia me fallunt, incolumitas cum noſtra ſalute proxime coniuncta eſt. Certe Muhammedanorum, idololatrarum, atheorum, ſeu illorum quoque, qui aut quemuis naturae appetitum aut ſolam ratio-

nem

-ducem ſequi geſtiunt, cauſſam magis, ı·noſtram, Iſraelitae intelligent a ſuis voſe alienam. Quidquid igitur a prouidenüm humanorum moderatore, proli Abracae potiſſimum (ſi cui vnquam) propiexſpectari amplius ac ſperare animum ᴄerint, quatenus vaticiniis innititur popuıs deſiderium eorum; memores ſunto, em etiam Chriſtianos religioſiores perı- multos, oraculis innitentes iisdem, foexſpectationem. Nam licet interpretaneffatis noſtrates quoque magiſtri vias ıt admodum diuerſas, de veritate tamen diuinitus promiſſae in vniuerſum adbilis conſenſio Chriſtianis intercedit populo Iudaeorum.

aec praefari viſum fuit enarrationi grani libelli, profecti a praeſtantiſſimo genflictae philoſopho, cuius et in argumenɔ ſubtilitatem, et in eloquendo concinnıı elegantiamque non ſatis vnquam pous admirari, in hac autem commenta: pietatem quoque eximiam rerumque rum reuerentiam et in iudicando moam, grauitate philoſophi dignam, deoti ſumus. Scribendi occaſionem praeDOHMII humanitas, populo Iudaico er patrocinati biennio abhinc, et, de ci-

nili gentis perpolitione haud quaquam
randum eſſe, rationibus aſſerentis firmi
Vt igitur calumniarum veſtigia ex
plebeiorum animis penitus euelleret,
giam pro gente ſua ſcriptam olim ad
nos a MANASSE ISRAELIS F.
curauerat anno ſuperiore MOSES
DELIS, ſermonemque huic praefix
troductorium. In quo quum ſuam
eccleſiaſtico ſententiam pronuntiaſſet,
noſter conceſſam a DOHMIO Syn
poteſtatem a communitate ſacrorum ex
deteſtatus erat,) hinc *cenſori* librorun
tingens a principiis iuris, illinc aucto
nymo ſcripti Berolinenſis, (*Forſch*
Licht und Recht), et MOERSCHELI
pti iſtius editori, ab inſtituto Moſaico a
tulum deflectere viſus fuit. Nempe
runt iſti: omnino *ius quoddam circa*
erat et ex primis principiis iuris
poſſe et in legibus maxime per Moſ
elucere, quas tamen leges ipſe a DE
factas exiſtimet. Huiusmodi ſcrupulos

* *Bellicae* etiam *virtutis gloriam*, ce
compertam, *cohorti Iudaeorum*
menſium nuper admodum teſtat
Ephemerides litterar. Goettin
1324.

dio ſublaturus MENDELIDES nunc commonſtrare annititur, quantum differant ab iſtis iuribus, qualia noſtrarum partium homines ſibi arrogent, iura illa ciuitatis ſacroſanctae eccleſiaſticopolitica, eaque ab arbitrio DEI ſolo repetenda; etenim in iſthac ciuitate Moſaica (quam nec hierocratiam nec regimen eccleſiaſticum, nec rempublicam ſacerdotalem, nec theocratiam appellari patitur, quia res ſit plane ſingularis, quae ad nullum genus ſimilium referri queat) non tam eccleſiam et rempublicam vinculo indiuulſo copulatas, quam potius in vnum aliquod corpus ac σύστημα, conflatas eſſe. Sed antequam hanc ſuam ſententiam iudiciis approbare agrediatur, de omni iurium, aut perfecte aut imperfecte talium, principio ac fundamento ſolertius diſputare inſtituit. Iura perfecta verſari oſtendit in vſu libero bonorum noſtrorum, ſeu earum rerum, quae ad noſtram cuiusque felicitatem conducant. Harum rerum triplex eſſe genus obſeruat: vires primum cuiusque aut virtutes ſeu facultates proprias; tum, quidquid his cuiusque viribus aut induſtria noſtra efficiatur; denique ea naturae dona, quae cum viribus noſtris aut cum iſtis ab induſtria noſtra profectis tam arcte coniunxiſſemus, vt, omiſſis illis, et haec ſimul penitus deſtruerentur.

tur. Bonorum ſuorum non vnicuique noſtrum competere fructum; verum etiam, quum in beneuolentia, qualem ab aliis accipiamus identidem, retribuenda ſubinde vltroque exhibenda, partem humanae felicitatis maximam eſſe ſitam conſtet: bonorum, quibus ſine pernicie noſtra careamus, in alios transmittendorum arbitrium ad noſtram cuiusque poteſtatem pertinere. Aliis quidem in haec bona noſtra ſuperuacanea ius quodammodo, at imperfecte tantum, competere. Simulac vero, quantum illorum, cui, quo tempore, quibus conditionibus, velimus tradere, proprio animi decreto conſtituerimus, et indicio quocunque facile intelligibili liberum iſtud propoſitum alteri ſignificauerimus, isque aſſenſus fuerit acceptando, alteri illi ius abhinc exoriri perfectum, vt vel cogere nos poſſit ad pactum ſeruandum. Iuris autem ita ad alterum transeuntis rationem parum caute quaeri, putat, a FERGVSONIO, huiusque interprete, GARBIO, in exſpectatione alteri concitata, noſtroque officio, quo concitatam alteri exſpectationem fallere non liceat; etenim ſic, ait, ius enaſci duntaxat imperfectum: verum inde repeti oportere rationem arguit, quod ius illud noſtrum nullius fuiſſet momenti, nullius omnino efficacitatis, ſi irritus haberetur

vſus arbitrii noſtri in traiiciendis ad alios bonis aut iuribus quibusdam noſtris ſuperfluis. Ergo in ſtatu naturae conſideratis hominibus, bonorum ac iudiciorum ſuorum vnumquemque arbitrum fore, libertate gaudentem abſoluta, et ex alterius neminis decretis pendentem. Ipſos liberos, natura parentibus ſubiectos, cauſſam a ſe ſuppeditatam comprobare; etenim vſum arbitrii iis nondum tuto concredi, donec ad recte vtendum proprio iudicio inſtituti fuerint. (Hactenus in expedienda arguta illa problematis explicatione colloquiis familiaribus conſultiſſimi KLEINII multum tribuitur.) Vitam ſocialem ingreſſos bona quidem ſuperuacanea, docet, officiis beneuolentiae gratificari oportere atque ex pacto in commune conferre; neceſſariorum autem bonorum, quibus ſalui carere nequeamus, arbitrium alienari non poſſe aut pacto tradi. Quas ſententias vt ad quaeſtionem de iuribus ciuitatis et eccleſiae propriis applicet, fines vtriusque ſocietatis diligentius metatur. Ciuitati ſeu reipublicae omnino animorum pariter atque externae felicitatis curam, iniungit, LOCKII in hac controuerſia improbans ſententiam: etenim officia humanitatis ac beneuolentiae moribus formandis ſeu educatione quadam procreari, praeſtare monet, quam

impe-

imperio quaeri, atque aut praemiis excitari aut vi extorqueri et metu poenarum. Longe vero diuerſa eſſe, obſeruat, vtrarumque vincula: ſcilicet ciuitatis nexu homines cum hominibus et natura, religionis ligamine cum DEO naturam, homines cum auctore, copulari. Itaque in bona et actiones, vel vi adeo extorquendas, ciuitati quidem ius ex pacto competere; eccleſiae autem poteſtatem omnem, quam in ſola libera atque interna animi decreta habeat, docendo, perſuadendo, conſolando, terminari: adeoque nonniſi imperfecta iura huic tribuenda, vim iuſtam, qua cogat, ei concedendam non eſſe. Hinc, quamquam religionis doctores publicis muneribus omnino praeficiendos, et his, cum temporis diſpendio mandatum negotium obituris, damnum merito reparandum a ciuitate ex communi aerario largitur; eccleſiae tamen, vtpote quae nullum iuſtum imperium habeat in bona hominum, nec poenas infligendi poteſtatem, nec munerandi, ſalaria erogandi, aut priuilegia impertiendi facultatem competere. Religiones alias aliis praeferri, a magiſtratibus, (licet Atheorum et Epicureorum coetus ad promouendam diſciplinam peſtilentiſſimam congregatos aegre toleraturus videatur,) iniquum cenſet; neque ſine diſſentientium

iniu-

ia beneficia tribui contendit ciuibus huis
li opinionum religioſarum formulae ad-
; praeterea veri ſtudium liberale largi-
bus ac blanditiis corrumpi, identidem
iter inculcat. Conciliandorum animo-
religionibus ſeparatorum deſideria iuſto
mentius perſtringit et tectum comitate
m fanaticorum ſuſpicatur, nouos fortaſſe
s molientium. Symbolis doctrinae pro-
onem extorqueri, abſonum; iure iurando
m doctorum adſtringi, perniciosiſſimum
nuntiat. Neque ad defendenda huius-
di iura, qualia ſibi arroget eccleſia, prae-
m vllum peti poſſe exiſtimat ab inſtitu-
Moſaico. Iudaismum enim legibus tan-
modo diſtingui per Moſen diuinitus la-
quas omnino reuelatas et verbis ac ſcri-
ne ab ipſo DEO patefactas ſtatuit; ſen-
ias autem ſeu doctrinas ad credendum
poſitas illum veri nominis iudaismum
tiquam praeferre, aſſerit: itaque aeterna
religionis principia contemplationi ac
ditationi mortalium propriae et meris ra-
nis humanae viribus ſapienter pariter at-
benigne a DEO, ait, relicta fuiſſe: quam-
m caerimoniarum praecepta, non ſine ex-
cationibus ore traditis penitus intelligenda,
meditandi et docendi multiplicem prae-
buerint

buerint materiam genti ſacerdotali, a
paganda per orbem terrarum princip
aeterna a prouidenti numine deſtinat
his caerimoniis, viuum religioſarum 1
tiarum commercium excitantibus, vim
dam ſignificatiuam ineſſe credit, hierog
ce (ex qua idololatriae originem prob
deducit) et natis ex hac litteris (quaru
nificationes ſingulis fere aetatibus im
putat) longe praeſtantiorem. Quare
quidem et hiſtorias miraculis publice j
teſtificatum eſſe ſummum Numen,
ad credendum propoſuiſſe, religionis
ſententias modo quodam diuiniori ſa
re inſcripſiſſe operibus ſuis, tanquam
contemplatori vbiuis gentium lectu fac
Contra veritatem euangelicam nihil qui
ſibi innotuiſſe, aut, ſe ſcio, inter genten
circumferri, candide aſſeuerat, quo
dudum in lucem prolatum fuerit et ſ
vtramque partem ventilatum.

Sed iſta ſufficient ad excitandam libell
ta grauiſſimorum argumentorum copia
enti, ſeriam non ſolum philoſophor
theologorum meditationem, verum j
pum etiam in primis virorum ſedulam
ſiderationem. Hinc atque illinc quaeſ
perplexas felicius, quam ab aliis factu

modatas ab acumine ſcriptoris, inter noſtra-
es claſſici, exſpectabunt lectores, vel nobis
non monentibus. Pauca tamen ſubiicere li-
ceat, quae legentibus ambigua viſa ſunt aut
obſcura. Vim pacti ad efficiendum ius *abſolu-
tum*, iam in *iuſta* recipientis exſpectatione in-
eſſe, adeoque FERGVSONIVM et GAR-
VIVM defendi poſſe, crederemus. Namque
inde, quod *tu* exſpectationis illius in animo
alterius ſubortae *auctor* fueras voluntarius, is-
que abhinc boni ſeu iuris ſibi a te ſponte tra-
diti et *iuſto* modo ab ipſo occupati poſſeſſione
fretus, curam, quam caeteroquin aliis quali-
buscunque felicitatis ſuae ſubſidiis acquiren-
dis impenſurus erat, *te ſuaſore* depoſuit, *laeſio*
conſiſteret *doloſa*, niſi tute pactum ſeruaueris.
Ergo omnino *perfectum* ius alteri illi acceſſiſ-
ſe dicendum erit ab exſpectatione *iuſtiſſima*,
et te vltro ac voluntarie ablata. Turbata
nimirum fuiſſet, poſtquam *fallentem* fiduciam
excitaſſet, animi *ſecuritas* et *tranquillitas*, per-
turbata fuiſſent *conſilia* in proſequendis *iuſtis*
suis *deſideriis* ei ineunda, turbatum fuiſſet *ius*
atque *arbitrium* in ſua deſideria et conſilia il-
li ſoli competens; itaque *bonum* aliquod *prae-
cipuum*, cum *viribus* illius et ipſo *animo* falſis
promiſſis *decepti* coniunctiſſimum, ei *ſubre-
ptum* fuiſſet, niſi abhinc, ne te quidem impe-
diente,

diente, iuribus iſtis a proprio domi
traditis tanquam *abſolute ſuis* pro arb
huic liceret. Igitur ea quoque fatem
plane a nobis intelligi, quae de doctor
ligionis ex aerario *reipublicae* ſuſtentan
nuntiauit vir ſagaciſſimus. Nam quu
vtriusque coniunctionis, pro conſiliis
et eccleſiae diuerſis, varii ſint, ſimulac
ligionis cuiusdam *externae* communi
uenda inter plures conuenerit, cuilil
minum coetui, ad ſacra ex *ſuis* placitis
da ſeſe congreganti, officium incumbat
ſe eſt, in commune conferendi ſumtu
cra ex iſtis placitis adminiſtranda nece
neque perſpicimus, quo iure hi in ali
liter tantum ſecum conſociatos (h. e.
tam *rempublicam*) onus illud deuol
quamquam vbi ciuitas vniuerſa iisdem
addicta fuerit, perinde eſt, ſiue ſingula
miſtarum ſynagogae ſuis quaeque im
gis ſingulatim temporis iacturam com
re maluerint, ſiue reſpublica, quaſi *arc
goga* quaedam, pecunias aut quascunq
mum neceſſitates ex aerario permiſerit
ri. Tum vero, ni verbis abutimur, a
ſocietate religioſa eos, quibus ſacrorum
miſtratio vel gubernatio committitur, tan
collegium aliquod imperantium imagi

ſubſtituimus, non tam *ciuitas*, quam ipſa potius *eccleſia*, impenſam ſuppeditabit; hoc eſt: homines *iidem*, penes quos ex iure *perfectiſſimo*, bonorum ſuorum erat arbitrium et poteſtas, iique *duplici* nunc *reſpectu* conſiderandi, non quatenus *ciuili* vinculo copulantur, ſed quatenus *ſacrorum* communitatem ex *libero* quisque decreto inierunt, commodis *ſuis* religione in rempublicam redundantibus proſpiciunt. Quare veremur, ne iſthac ſententia (forſitan noſtra culpa a nobis non ſatis penetrata) ſuo ipſius gladio ſe iugulare dicatur aduerſariis. Etenim ſi ſumtuum ad ſuſtentanda ſacra publica neceſſariorum moleſtia *ciuitati* ſeu reipublicae, *qua tali*, incumberet, omnino eidem etiam ex onere deriuandum beneficium et iuſta competeret facultas praeſcribendi *formulam* quandam ſacrorum ab iſtis Miniſtris, *ciuili* auctoramento conſtitutis, ſequendam vel propagandam. Certe largiremur, ita ſentiendo, hominibus ad ciuitatis communitatem coactis, et de religione vel religionibus ex aerario *publico* ſuſtentandis inuicem deliberantibus (h. e. eccleſiae, quatenus *rempublicam* conſtituit,) iuſtam facultatem ſeu *ius abſolutum*, plurimorum votorum ſuffragio decernendi, praeſerendi atque eligendi, ſiue eam, ſiue eas religiones, quae fortiſſimum pietatis,

taerias, quas ex mera coniectura a
praeiudicio ſuſpectas habuerint, tanq
mina impietatis diſperſuras, religionem
cam ſcommatibus clandeſtinis ene
concordiam ſacrorum communitate
dam ſuffoſſuras, aut ſeditionem al
concitaturas. Sic etiam excuſationem
ret duplex, quam inter Chriſtianos Iud
illincque patiuntur, iniuria. Scilicet
ciuilem illam *capitum taxationem*, qua
diſcrimine (dictu pudendum!) conſan
Seruatoris noſtri plectimus, *iura* etiam
quae vocantur, poſcere interdum i
(ordini initiatus ſum, qui haec ſcrib
titulo, quia aedificium Iudaeo ex grat
miſſum alioquin habitatori patuiſſet,
las ad neceſſitatem eccleſiaſticam co
Quodſi *reſpublica, qua talis*, ad conge

alendos milites, iudices aut ciuitatis regun-
: adminiſtratores tributa aedibus aut fundis
oerat', | ſacrorum ſuſtentandorum officium
iter domibus imponeret, modo vt ex *aera-*
ſuppleri deſideria eccleſiae conſentaneum
ſet? Alterum iniquitatis genus, cuius hoc
o mentionem facturus eram, ex ſuſpicioni-
: *vulgi* meticuloſi exoritur. Scilicet non
unt, qui, Muhamedanorum aut Pontificio-
n molitionibus ſiue moniti ſiue exterriti,
ilium iurium aequalitatem non poſſe tuto
oedi putent genti numeroſiſſimae, longe
eque per orbem terrarum diffuſae, et ar-
ſſimo religionis vinculo in vnum corpus
:leſiaſticopoliticum conflatae, quamdiu
gus eius gentis Ducem ardentiſſime con-
piſcat, ex potentiſſimis regnis, armata manu
ſtruendis, ſpolia atque imperiorum poſſeſ-
nes reportaturum. Quodſi ex *aerario com-*
mi ſumtus ſacrorum erogandi ſunt, donec
irimorum votorum ſuffragio in aſſeclis do-
inae pacificae fiducia et ſecuritas publica
ior ineſſe iudicabitur, ſine vllius iniuria de-
:nent, quamuis non premendam, quamuis
iice protegendam, tamen circumſcriben-
m eſſe poteſtatem eorum, qui nimias ex-
ectationes fouere videantur, contra ea cer-
priuilegiis firmandas eſſe ſententias illas, in

O 2 qui-

quibus fortius coniunctionis ac mutu
ciae vinculum ineſſe arbitrabuntur.
ſimas dixi iſtius modi *ſuſpiciones.*
quam enim, propheticis libris confiden
factas iam ſacrorum in orbe terrarum
ſiones perpendo, atque euenta ſalu
cum vaticiniis, gentium barbararum e
nem pollicitis, diligentius comparo, d
populi, tot ſeculis miſere vexati, pro
auguſtiorique ſtatu neutiquam deſp
Chriſtianis hoc officium, vt judaeorum
nem omni modo faciliorem reddere ſtud
iungo; tamen opem illam confiden
ſpectandam *non vi humana,* ſed *ſub*
cultis et tranquillis, a prouidenti nun
dum praeparatis, tempore opportuno
iri, iſtos autem *plebeiorum* animorum
plus quam *panicos* eſſe, perſuaſiſſimun
Nollem igitur, iura, qualia neque *eccl*
quam glaucomae cuidam philoſophic
ſonam moralem vocant in abſtracto
lectiue conſideratam,) neque *epiſcopo*
eccleſiae ſingulari competunt, *reipub*
ciuitati, *qua tali,* tribui, quippe quae
imaginando tantum quaſi perſona
Potius *hominibus ipſis,* in ciuitatis co
tatem aut ex conuento aut *ſic numin*
dente coactis, *abſolutam* competere

tem, eamque ſiue plurimorum voto-
ıffragio committendam, ſiue principum
m aut iuſti rectoris iudiciis dirigendam,)
randi ac decernendi, quod genus ſacro-
aluti publicae optime conueniat, aut
eligiones (etiamſi in ſententiis quibus-
ynmiſtae aliquantulum differant) pro-
ıccedere videantur ad eam formam, in
rtiſſimum animorum coniungendorum
um ineſſe iudicent. Et licet ad hanc
lam ipſa animi humani natura ſocieta-
onſpirantem (h. e. *plurimos,* ex quibus
ſitas illa ciuilis conſiſtit,) impellat, ne-
acto ſociali omnino repugnet, eam
mum *foueri* religionis *formam, in qua*
ıe ſibi confidant plurimi, donec nemi-
npediuerint, quo minus aliis qualibus-
e coetibus ſe adiungat, diuerſae formu-
lictis, *arbitrium* de ampliandis exſur-
m nouarum ſynagogarum iuribus aut
giis penes *ipſos* eſſe apparet, qui ciui-
aut conſtituunt aut repraeſentant. Ita-
ıbis, qui ad munus eccleſiaſticum geren-
euocamur, moleſtum quidem fuerit
maxime, quod *ſymbolorum,* in tantis ho-
n *ſuſpicionibus* mutuis ad auertendas
torum calumnias inuentorum, dura
a conſcientiis noſtris iniiciuntur, vel et-

 iam

iam (ſi introducendarum nouaru rum nomine *ſuſpecti* ſimus) *iuris iu tinio* placita noſtra candide proſ mur: at vero perperam inde tyr: cuſaremus ſocietatem, de concorc tiarum, *quatenus ea ad animorum nem videatur conducere*, in eligen rum *ſuorum* adminiſtris ſolicitan hactenus ex Moſaico illo inſtituto, uis alioqui diuerſo, *ius quoddam*, eccleſiae aut ciuitatis, ſed *plurimor ciuitatis communitatem congreſſi* alia nis formam alteri praeferendam iu *circa res ſacras* haud inepte deriuari c Etenim quum Iudaeis licet, *bona* auctori tribuere legislationem po: ſiaſticam cum terra occupanda co his quoque, quibus DEVS terras ſa habitandas absque miraculo ordin: dentiae via aſſignauit, *pari iure*, li uerim, *eam potiſſimum* in terris ſuis ligionem, quam ipſi pariter DEO : ceptam referant, et miraculis antiq probatam *bona fide* ſibi perſuaſerir donec nemini eam obtrudunt nol alterius cuiusque iuribus, ſtabilire ac illis licitum erit, ſiue rationem *nat* ſpexeris, qua *fiducia* ciuitatis publi nibus *ex ipſorum* arbitrio ſancien

turbulentis *vulgi* congreſſibus aut *fluctuan-*
ir philoſophorum opinionibus permitten-
fuit, ſiue perſuaſionem *diuinitus* acceptam
origine caeleſti (qua demta leges aegre de-
ideremus Cananaeorum expulſionem prae-
ibentes) conſideraueris. Neque obiici po-
it, Moſen tantummodo leges diuinitus re-
latas pateſeciſſe, neutiquam doctrinas ad
dendum propoſuiſſe. Nam, ſi praecepta
uentu faciliora reuelare placuit DEO per
oſen, modeſtiae noſtrae parum conueniret,
praeiudicio ſententiam pronuntiare, aut
luiſſe DEVM, aut non potuiſſe, primae-
familiis ac deinceps per plures prophetas,
ncipia illa religionis aeterna *inuentu longe*
ciliora, nunc pateſacere, nunc denuo incul-
e, vel alia etiam ſcitu ſalutaria, manifeſtare.
enim, quorum aut miraculis aut vatici-
excitata fuerit fides, ſimulac *vocem DEI*
oſcunt, profecto doctrinae *arcanae* haud
orem, quam *hiſtoriae* miraculis compro-
e, moleſtiam creabunt; et illas fortaſſe
latione ſingulari digniores cenſebunt,
m has. Sicut autem Iudaeorum nemo,
redenda miracula per Moſen patrata vi
tur, niſi argumentis ſponte fidem habeat;
mnis etiam doctrina ad credendum pro-
ta perſuaſioni *ſpontaneae* de diuina au-

 ctoritate

ctoritate ſuperſtruitur. Sed plura his a abſtinemus. Namque propoſitum nobis fuit, religiones binas, amico vinculo i coniungendas, propter interpretationis d mina, quae ab humani animi imbecil proficiſcuntur, ſibi inuicem opponere. neramur potius, et adoramus Numen gniſſimum, quo prouidente per ſanctiſſi illam Abrahami Sobolem ſaluberrimo tuto tot gentes idololatrarum, quae quondam religionibus diremtae fuerunt die cum maximo *Iudaeorum* et *Christian* beneficio ad vnius DEI reuerentiam ac rum qualemcunque communitatem in quaſi agmen coactae ſunt. Et quia cu *no omine* nomen *vrbis ſanctae* huic lib tuli loco praefixum videmus toto animo Iſraelitis acclamamus:

יראו שלום!

Vom Geiſt d. hebr. Poeſie, i. e. de nat indole Poeſeos Hebraicae; intro tum eius amantibus tum cultoribu quiſſimae hiſtoriae ingenii humani pitura, auctore I. G. HERDERII.

Deſſau. 1783. in bibliopolio eruditor. 8. pagg. 450.

Magnopere, niſi fallimur, haec pars priori am laudauimus, antecellit. Nam et magis erſpicuo ſtilo auctor vtitur, et dialogicam rmam, quae toti materiae minus apta videatur, derelinquit. Etiamſi in Moſen iam comentatus erat prope finem partis prioris; hoc men argumentum ab initio huius non coninuatur; ſed retrogreditur auctor ad poeſin lebraicam generatim ſpectatam, eiusque virutes primarias primum definit. Tota pars ltera integrum potius opus haberi debet, uam prioris continuatio. Sed miſſo eius exu cum priori magnam rerum varietatem, quam A. tractauit, breuiter delineabimus. Poeſis Hebraica et imaginibus vel ſermone metaphorico conſtat et muſica, vel rhythmo, quo chori ſibi inuicem accinebant. Etſi non multis fictionibus gaudet Hebr. poeſis: iis tamen non omnino caret, quo referendi ſunt Cherubim, quorum ſimilia animalia auctori non ſolum ſphynges Aegyptiaci videntur, ſed etiam alia ruinis Perſepolitanis inſculpta. Ipſum nomen Cherub Aegyptiacae eſt originis ex Coptico χερεβ *forma* (v. cl. WOIDII Lexic. Coptic. p. 115.) procul dubio deriuandum: quod vix ab aliis occupatum eſſe putamus.

Inquirit etiam auctor in rationes, c
cerint, vt poeſis apud Hebraeos ean
indueret, qua omnes hodie in adm
rapit. Inuenit autem eas in ipſa li
tiquiſſimis temporibus formata et e
que viuendi genere paſtoritio, quod
menti ſuppeditat notiones, tandem
quam degebant, ab aliis remota et c
hominum commercio ſecluſa. P
ratius conſiderata, ipſi vates vel Prop
rumque munera diſtinctius deſ
Quaeſtioni etiam ſatisfacit, qui fiat, v
tae huius nationis proprii ſint. Cum
ſertatione conferendus eſt KOPPE,
excurſu III. ad Vol. I. N. T. quem a
qui videtur. Moſes vatum Hebraic
antiquiſſimus et praeſtantiſſimus plu
pitibus conſcribendis anſam praebui
nere, quod eo duce per deſerta Hebr
runt, confecit epinicion pulcherrimu
XV. quod in v. 18. deſinere autuma
DER. Ita etiam ſentiebat KENNICO
qui verſum 19. hemiſtichiis non diui
praecedentibus fecerat. Sed potior i
detur TELLERI ſententia, qui ele
poſtremi verſiculi egregie illuſtrauit
modo Moſes Iudaicae reipublicae c
ſimul poeſeos huius gentis auctor p

dicendus ſit, praeceptaque ab illo data tum eccleſiaſtica tum ciuilia Hebraeorum carmina formauerint, egregie docetur, Moſaicas inſtitutiones cum nonnullis Pſalmis, qui iis innituntur, comparando. Quum Deus nomine Iehoua in Moſaicis ſcriptis inſignitus ex mente legislatoris vnicus ſit, creator orbis terrarum, ſtator et auctor omnium: haec aliaque ſupremi numinis attributa in Pſalmis eruuntur, ipſo praeeunte Moſe in Pſalmo nonageſimo et maxime ſublimi et antiquiſſimo. Theocratia, quam Moſaicae leges ſpirant, non minus in carminibus conſpicua eſt. Simulacra Dei vt leges a Moſe latae reſpuunt, ita pariter poemata reiiciunt et contemnunt. Magna ſacerdotes in Moſaicis inſtitutionibus gaudebant dignitate, praeſtantia et iuribus; quin ipſis veſtimentis inferioris ordinis hominibus praelucebant, decusque et ſplendorem ſibi conciliabant. Quare ex illorum ornamentis metaphorae et imagines ſaepiſſime deſumuntur. Carmina temporibus Iudicum, e. g. Iothami fabula, hymni Deborae, Hannae explicantur et vertuntur. Sed longe praeſtantiſſima pars totius libri ea eſt, quae in Pſalmorum argumentis delineandis, et charactere auctorum horum carminum deſcribendo verſatur. Aureae ſunt regulae, quae lectoribus et

in-

interpre:ibus Pſalmorum propon
nes recentiorum imitationes et
reiiciendae ſunt; ipſi Pſalmi pe
perlegendi. Occaſiones, quandc
diligenter notandae. Lingua, q
propria eſt, inprimis ex compa
rium Pſalmorum, qui illum ſin
ctorem agnoſcunt, ſedulo addiſc
ſtudium adiuuari poſſet Idiotic
Ieſaiae clauem olim promiſit DO
NIVS, Vir S. V. Vtinam in prae
libros claues extarent; cuius g
de Cicerone immortaliter meritus
STIVS. Sententiae, quas produnt
auctores, non vituperandae ſunt
que nimio cultu proſequendae e
dae. Dauid et exul et rex cogitat
lit, quas noſtras facere non abſo
foret, ſed interdum impium.
pulchritudines non ad trutinam al
num et linguarum examinandae e
dae ſunt. Dauid, praecipuus Pſa
ctor, inprimis lectoribus ſe comi
tate; carminaque, quae conſcripl
vitae ſuae, cogitationum, tempoi
vixit, habenda ſunt. Teneram
et affectionibus facilem natura
Deo fidebat, eiusque in tutelai

mmittebat. Quare carmina interiores et ıxime abditos animi receſſus aperiunt; id igitur mirandum eſt, iniquitatem et imıtatem inimicorum, qui innocentem perſeıebantur, tanto ei fuiſſe horrori et mentis gritudinem excitaſſe. Aſſaphi character ab ıctore breuibus lineamentis adumbratur, atıe, quid ſit proprium in Pſalmis, qui Koraitarum dicuntur, vel titulo deſtituuntur, ineniofe et docte eruitur. Sed anguſtia ſpatii, uo includimur, prohibet, quo minus haec ıſius perſequamur. Per totum librum ſparı ſunt, quae Bibliorum lectori aſſiduo amıliſſimam ad meditandum materiam ſuppelitabunt. Auctor enim non tam rem peniuş exhaurire voluit, quam peritorum attenionem commouere et dirigere. Multa per ıotum librum extant carmina elegantiſſime conuerſa et notis tum criticis tum aeſtheticis illuſtrata. Horum verſionum venuſtatem qui non admiratur, nae illum omnem humanitatis ſenſum exuiſſe ſummo iure contenderes. Attamen veremur, vt nouae, quas hic illic protulit explicationes, et interpretationes criticis probentur. E. g. Pſalmum CX. de Dauide intelligit, atque ſeſſionem ad Dei dextram v. 1. comparat cum locis, quibus Deus a dextera alicuius eſſe vel ſtare dicitur

Pſ.

Pſ. XCI, 7. XVI, 11. * 8. CIX, 31. CXXI. 5. Verum non ignotum eſſe poteſt viro doctiſſ. commentatores, (neque id, vt nobis videtur iniuria) qui colloquium Iehouae cum Meſſia thema huius Pſalmi faciunt, in primis vrgere, quod ſedere iubetur, quem Iehoua alloquitur: atque iſto honore mortalium nullus dignus eſt. Corrigit deinde poſtrema verba v. 3. in לי כטל ילדתיך *ex gremio aurorae te mihi tanquam rorem genui.* Quam ſententiam ſi proferre voluiſſet vates, poſtrema duo verba permutanda erant atque efferenda ילדתיך כטל, vt ſileamus totam emendationem ex coniecturarum criticarum genere eſſe. Rectiſſime verſum, quem difficillimum habent interpretes, explicauit LOWTHIVS ὁ *πανυ* in praelectionibus, et bene vertit MOSES MENDELIDES in recentiſſima, quae prodiit, Pſalmorum verſione, non multum a LOWTHIO recedens. Puncta, quae ſubſtrauit יְלִדְתִּךָ, ob lectionem a SALOMONE NORZIO in Biblia receptam et egregiis teſtimoniis tum ab hoc doctiſſ. Rabino tum in

* Pſ. XCI, 7. et XVI, 11. plane omittendi ſunt, quia neque de homine a dextera Dei, neque de Deo a dextera hominis agunt.

Bibliis Kennicottianis confirmatam ילד vera certaque eſſe videntur. Ne l elegantiae huius libri deceſſet, auctor ertationibus, quibus diuiſus eſt, poemata im ſubiunxit a ſe vel ab aliis conſcripta. ines illi, quibus palatum eſt condimentis lapibus ad nauſeam vsque hodie oblatis idum corruptum, ad guſtum inuitantur ci- um, quos parauit HERDERVS, ſimpli- n, naturalium ſanitatique mentis et inno- tiae morum maxime ſalubrium.

Chriſtliches Sittenbuch für den Bürger und Landmann, i. e. Liber de moribus in vſum plebis ciuium in vrbibus et in agro, a IACOBO FRIDERICO FEDDERSEN, V. D. M. apud Brunouicenſes. Hamburgi in officina Bohnii proſtat. 1783. pagg. 352. oct. forma.

Hic liber ex mandato ſingulari perilluſtris ſapientiſſimi GVLDBERGII, Regis Da- a conſiliis intimis, ab auctore ſcriptus et us eſt, quo ſcilicet legendo ac relegendo ni hominum inferioris ordinis ſenſu et ore boni rectique alerentur. Non igno- enim vir ſummus, virtutem domeſticam itis publicae eſſe firmiſſimum fundamen- tum,

tum, eamque non, vt hodie quidam ſuad legibus publicis iniungi, ſed inſtituti bona et apta inculcari debere. Quapro praeter acroaſes et inſtitutiones, in aede ſ excipiendas, ciuibus rudioribus eiusmodi brum tradi voluit, qui ad captum eorum ptus manibus ſaepius verſaretur, et, ne m me ſumtuoſum iis eſſet impendium, vt ſu Regis cuilibet ſcholae et pago vnum vel exempla emerentur, impetrauit. Ipſe r mam libri auctori praeſcripſit, quam hic iam, vt profitetur, ſtudioſe ſecutus eſt. mirum capita inſcripta ſunt ita: De vir domeſtica, eiusque vtilitate et via; de off in matrimonio; parentum, infantum, do norum, ſeruorum et ciuium; de induſt caſtitate, moderatione, frugalitate, de fide benda et pace colenda; denique de offi opificum, agreſtium, militum et nautar Haec omnia ſtilo plano et ſimplici, experi tia et dictis ſcripturarum ſacrarum illuſt et confirmata, precibus etiam ad Deum intermiſta ſunt, ita vt hi, quorum in v ſcripſit A. ad bonam et felicem vitam libro manu duci facilius poſſint. Sed tamen nobis legentibus, vbi *aptius* eum bere potuiſſe putauerimus. Non enim in niri meminimus iuſtam et diſtinctam vit

domeſticae deſcriptionem, etſi vniuerſum caput ea de re agit. Verbis pauciſſimis et ponderatis ea deſcribi, et exemplis dein oſtendi debebat, in quibus quilibet, quaſi in ſpeculo, ſe ipſum contemplari poſſit. — Inter remedia pietatis priuatae recenſet quidem iure meritoque lectionem bibliorum; ſed ne verbo quidem docet, quo ordine, quo modo, et qua circumſpectione libri ſacri legendi ſint. — Occaſione officiorum erga magiſtratus, Ieſu exemplum adfert, tributum templi ſoluentis, atque de eo ita loquitur: "Quum ille adeo pauper eſſet, vt tributum dare non poſſet; libentius miraculum edere, quam fraudem committere volebat." Minus apte et indecore dictum hoc eſt, quaſi Ieſu miracula ſua noleſta fuiſſent, vel faciendo hoc miraculo mpenſa ferre debuiſſet! Praeterea iſtud non *producendo* numo aliquo, ſed eo conſtabat, quod Ieſus piſcem illum hunc ſtatera in ore habere *ſciebat*. — Inter praecepta caſtitatis initi deſideramus leges quasdam diaeteticas, quae ſaltim iuuenes et puellas hac in re adiuuant, mirum quantum. Praeſcribenda etiam pauca erant de conſuetudine vtriusque ſexus, de fugiendis carminibus obſcoenis, aliisque rebus, quae libidinem irritant. — Impudicitiae effecta nimium amplificat Auctor.

Poſſumus enim vel de vitiis homi
um mali narrare, ſi quidem horun
rariſſimum inter nos ſit exempl
autem fit, vt vitium, a quo deterrer
alios, ipſum haud ita pernicioſum
perientia refelli aſperi monitoris ſe
tur. Vellemus itaque, vt A. vel
caſtitatis laeſione malum latere oſ
Non opportune etiam [p. 187.] co
prauis miniſtris religionis dici, n
[p. 222.] excitari putamus procere
pes terrarum, vt bono hominum
conſulant. — Inter leges parſimo
cta eſt cautio de luxu in veſtitu, q
antecellere cupiunt. Et vbi de fi
tis et vectigalibus ſoluendis loqui
hoc, tamquam firmiſſimum huius
dus addere debebat; quod eiusm
ſa oneribus publicis ſint aequalia,
hac in re commiſſa, nihil aliud ſit
tum in rempublicam. Poterat e
ctioni communi, quaſi tributa nin
ſint, grauiter occurrere, adeoque
tute inculcanda ſalutem publicam
promouere. — Sine dubio bre
ſecunda libri editio prodibit, ide
mus, vt ſecundis etiam curis ei
uam addere gratiam velit.

Philoſophiſche Betrachtungen über den Urſprung des geſellſchaftlichen Lebens etc. h. e. DE LA CROIX cauſarum patroni meditationes philoſoph. ſuper origine vitae ſocialis ad emendandam legislationem criminalem; conuerſae e ling. Gall. Norimberg. ap. Ern. Chriſtoph. Grattenauer. 1783. 8. pl. 21.

Auctor huius libri iam 1778. Pariſiis conlia ſua de re criminali in Gallia emendanda ım ciuibus ſuis per partes, inſtar ephemeriım editas, communicauit, atque maximum plauſum nactus eſt. Haec mouerunt cla. Cl. LINCKIVM, vt ex illis ſex priores pars in vnum faſciculum colligeret et germace redderet, nonnullasque animaduerſiones lderet, quas reliquae alio tempore ſequentur. praefatione auctor non ſine ratione tumularium in cauſis criminalibus procedendi odum vituperat, qui in Gallia obſeruatur; emplis probat, v. c. Calaſii aliorumque, epius innocentes, ob meram ſuſpicionem lem vel plane fallacia ac lubrica indicia, deiente omni corporis delicti certitudine, torrae ſubiici, immo ad vltimum ſupplicium ndemnari ſolere; denique docet, quomoo iudices, qui ſaepius in cognoſcendo exndeſcant aduerſus eos, quos malos putant,

praecipitantiam, ſeueritatem, adſectationem aliaque vitia fugere debeant. Opuſculum in XXIV Capita eſt diuiſum. Cap. I. de delictis in genere et de eorum cauſis agit, quas introducto inter homines dominio adſcribit, quae res ex mente auctoris noſtri effecit, vt gentes barbarae, quae in primaeua communione bonorum permanſerunt, vitae ſeruandae ſuauiterque traducendae cauſa, aliorum bona ſibi vindicare, conati fuerint. Cap. II. et III. de poenis diſſeritur, ſimulque iudicibus accurata veritatis perpetrati criminis, quae vulgo corpus delicti vocari ſolet, inueſtigatio commendatur, quae omnino adeo neceſſaria eſt, vt absque ea nulla poena ordinaria locum inueniat. Iudicum certe animis infixum ſit, oportet: rem optimam eſſe, non exſtirpare ſceleratos, ſed ſcelera. Huius cauſa, auctor, eos, qui iudiciis criminalibus praeſunt, admonet, vt inprimis vitae eius, cui delictum imputatur, antea actae rationem habeant, nec nimium teſtium effatis credant, ſed de fide teſtium recte aeſtimanda ſolliciti ſint, inprimis vero disquirant, an omni exceptione maiores ſint, et de viſu deponant ac omni ex parte ſuper ipſo delicto eiusque auctore conſentiant; haec omnia exemplis, quae recentiſſimis temporibus in Gallia acciderunt, confirmat, ex quibus videre

:re licet, ſaepius inſontes ad elogia duo, teſtium falſorum vltimo ſupplicio adſe- fuiſſe. Hinc duo teſtes ad conuincendum n non ſufficere ſtatuit, ſed trium homi- n omni ſuſpicione carentium teſtimonium irit. Carcerem non ad puniendos ſed :inendos homines flagitioſos haberi et omparatum eſſe debere, vt ne ſanitati qui in cuſtodia eſt, noceatur, cap. IV. t, ſimulque Gallorum mores reprehen- qui criminis reos plerumque in loca hor- coniicere ſolent, quae eorum ſanitati um detrahunt. Cap. V. in naturam et in- m delictorum inquirit, eaque in publica et ita diſtinguit, hoc obſeruato diſcrimine, illis quilibet officio accuſatoris fungi poſ- n his vero tantum parti laeſae haec fa- s competat. Ita quoque apud Romanos uit, apud quos delicta ad laeſionem ma- priuatorum tendentia, furtum ſcilicet, a, damnum iniuria datum, perſecutio- duntaxat priuatam producebant. Sed apud nos omnia delicta publica poenae omnes legitimae ſint, aut publicae vtili- cauſſa eſſe ſaltem debeant, haec diſtin- hodie vſu forenſi fere deſtituitur. Cap. materiam de ſubornatione explicat, quam r delictum vocat, vi cuius alter alterum

 cor-

corrumpit, vt contra innocentem de
perpetrato teſtimonium perhibeat, et
tione eiusmodi teſtes corrupti punie
declarat, ſimulque varias adducit leg
A. 1531. 1535. 1585. et 1670. in Gallia, a
deprauatum morem exſtirpandum lat
et quae eos capitis damnant, ad quo
ſa effata, inſonti vitae iactura illata fu
die, vt auctor caſu, qui 1746. accidi
probat, condemnatio ad triremes in te
ruptos ſancita eſt. Attamen et aliae po
tinent. Nam quum 1755 ſubornator ce
honeſtum virum criminis aſſaſſinii arg
ad eum conuincendum duo teſtes cor
alter horum cum corruptore crurifra
ctebatur, alter vero, qui morſibus c
tiae motus fraudem mature detexit, e
fecit, vt accuſatus ab omni vlteriori
tione liberaretur, laqueo ſuffocatus ſu
Iudices admonet, vt ante omnia teſti
accuſator producit, conditionem et m
quirant, iisque poenas, in teſtes corru
tutas, ob oculos ponant. Cap. VI
vſum torturae diſputat, eamque re
lubricam ac periculoſam, quae veritate
vocat. Cognoſcimus ex auctore du
turae genus in Gallia in vſu eſſe, qu
terum ſub nomine torturae praep

venit, alterum vero ſermone gallico *queſtion préalable* vocari ſolet. Illud ad extorquendam a reo delicti confeſſionem adhibetur; huic vero poſt publicationem ſententiae capitalis ante diem, eius executioni deſtinatum, hunc in finem ſubiicitur, vt criminis ſocios, ſi quos habuerit, detegat. En morem ſaeuiendi in miſeros, quo nullus deteſtabilior excogitari potuit, et qui ſanae rationi ac bonis legibus Romanorum repugnat, quae vltro confeſſum in conſcios interrogari vetant, quia timendum, ne alienam ſalutem in dubium deducat, et tam facile alios oneret, quam facile de ſe ipſo confeſſus eſt L. 16. §. 1. D. de quaeſtion. Siſtit auctor noſter ſimul argumenta, quibus haud ita pridem TRONIVS, iureconſultus in Gallia clarus, in commentatione ſua, quae Pariſiis 1777. ſub titulo: *Vues ſur la juſtice criminelle, diſcours prononceés au Baillage d'Orleans* prodiit, torturae abuſum impugnauit. Vtrumque vero tormentorum genus nuper e foris Galliae proſcriptum eſſe p. 172 tradit. Cap. VIII. ea, quae in libro XXXIII operis, quod ſub titulo: *Repertoir univerſel et raiſonné de jurisprudence ciuile criminelle, canonique et beneficiale, ouvrage de pluſieurs juriſconſultes, pris en ordre et publié par Mr.* GVYOT, *écuyer ancien magiſtrat*, Pariſiis edi-

 tum

tum ſuit, et cuius volumen 77 et 78 ſu
periori prodiit, de virtutibus, qualitat
officio iudicum diſperſa leguntur, ſt
aſpectu ponuntur. Cap. IX. poena p
carceris improbatur, quod parum ad
dandos facinoroſos auctori videtur; v
tamen caſum excipit, ſi reus ſcriptum l
ſum in vulgus edidit, vel perſonae Reg
lum minatus ſuit, aut contra ſalutem
pis dolo malo conſilia iniit. Inſpectio
ergaſtula non monachis, vt forſan in Gall
ris eſt, ſed perſonis ex ordine militari ele
mandandam eſſe, contendit, et qua ratio
fraudationes variae, quae a commentarie
iisque qui carcerum victusque reorum
habent, committi ſolent, exſtingui poſſint
His praemiſſis auctor ſingula delicta lati
ſequitur ac Cap. X. de furto in gener
XI. autem de furto domeſtico in ſpec
Ad haec delicta penitus exſtirpanda
vt in omnibus prouinciis magiſtratus o
curam adhibeant, quo homines vag
et qui in turpi inertia voluptatem capi
agriculturam exercendam, opificia tra
pellantur, aliisque honeſtis vitae ge
operam dent, vel ad militiam amplect
cogantur. Furtum domeſticum nulla
pretii rei ablatae ratione Ludouici ſanc

tutio de A. 1270 laqueo coerceri iubet, eaque
. 1720 renouata eſt. Hanc poenam admo-
um duram eſſe auctor cenſet, ac in genere
rta, non capitali ſupplicio expianda, ſed
oenam arbitrariam nunc leuiorem nunc ſe-
eriorem in fures ſtatuendam eſſe, docet.
Cap. XII. conſilia ſuppeditat, quomodo deli-
torum frequentia impediri poſſit, quae eo
edeunt, vt omnia ludorum genera, in quibus
ortuna praeualet et quae aleae vocabuli com-
rehenduntur, prohibeantur, omnibusque pro-
igalitatis generibus, quibus homines opes
uas per luxuriam breui ſpatio conſumere ac
ffundere ſolent, modus ſtatuatur. Cap. XIII.
udices excuſat, qui ob ſuſpiciones nondum ſa-
is graues criminis reum carceribus manci-
ant, licet poſtea plane inſons repertus fuerit;
nterea qua ratione hic modus abrogari poſ-
it, varias vias proponit. Quae auctor
Cap. II. tractauit Cap. XIV. vberius illuſtrant,
imulque horrendum narrat caſum de ma-
re, quae ad falſum teſtimonium filii ſui, qui
ix annum XIV. egreſſus fuit, quod maritum
uum veneno necauerit, tormentis ſubiecta
uit, quibus ſuperatis quidem ab vlteriori in-
uiſitione liberata, filius vero ad perpetuos
arceres damnatus fuit. Cap. XV. officium
nariti erga vxorem et maritalis poteſtas, quo-

P 5 modo

modo prudenter et legitime exercenda ſit, deſcribitur. Quae in hoc capite proferuntur, auctor ex libro ſupra allegato, quod ſub titulo: *Repertoir univerſel et raiſonnée* prodiit, et cuius continuatio publici eſt promiſſi, excepta ſunt, inprimis varia conſilia haud contemnenda allata, quae ad praecauenda diuortia tendunt. Cap. XVI. de peculatu et crimine reſidui ſermo eſt, quae delicta in Gallia adeo frequentia ſunt, vt ne ſeueriſſimae quidem leges ad ea exſtirpanda ſuffecerint. Varias recenſet ſanctiones, quae, quomodo in eos, qui pecuniam publicam fidei ſuae mandatam intercipiunt, aut in vſus ſuos conuertunt, animaduerti debeat, edicunt. Cap. XVII. de doloſis, qui haud raro criminis falſi etiam rei ſunt, decoctoribus, diſſeritur. Auctor, quo debitoribus obaeratis conſuleretur et creditores ſecuri reddantur, iam anno 1774 fundationem montis pietatis, quales in Italia et aliis regnis occurrunt, propoſuit, quod conſilium quidem approbatum fuit, ſed res exitu caruit. Cap. XVIII. et IX. poenae famoſae, et corporis adflictiuae examinantur. Illas temperandas iisque eiusmodi homines tantum adficiendos eſſe, ſtatuit, qui ob turpe vitae genus, cui adhaerent, ſibi iam notam infamiae et turpitudinis contraxerunt. Quod vero ad has attinet,

inet, iudices exhortatur, vt, quantum fieri poteſt, nemini eas imponant, vbi vero neceſſitas aliud exigit, condemnato omnem occaſionem vindictae poſt perpeſſam poenam adimant; interim relegationem perpetuam diſſuadet. Cap. XX. et XXI. quae de virtutibus iudicum Cap. II et III dicta ſunt, repetuntur, ac ſuſius illuſtrantur; ſimul A. optat, vt iudicia criminalia more Germanorum veterum et aliarum gentium ſeptentrionalium ſub dio habeantur et iuſta absque cauſa in neminem aliquid ſtatuatur, quod conditionem eius deteriorem reddere poſſit; pariter, vt ſceleratiſſimis quidem hominibus defenſorem ſibi eligendi libertas denegetur, ſuadet. Maxime vero vituperat conſuetudinem in Galliae iudiciis criminalibus receptam, vi cuius rei, dum ſuper ipſo delicto examinantur, in ſedecula ſedere iubentur, quae res iis poenam corporis afflictiuam imminere, indicio eſt. Haec omnia Cap. XXII. ſuſius declarantur, ad quod lectorem ablegamus. Cap. XXIII. lex Galliae improbatur, quae iuuenes XIV. annorum ob negotiationem cum mercibus vetitis clandeſtino modo exercitam, ad triremes damnat, Cap. XXIV. demum mentio eorum fit, qui pacem ſiue publicam ſiue domeſticam violant, vel crimen ſacrorum turbatorum committunt,

qui-

quibus etiam ſacerdotes, ſeditioſc
ſacros habentes, et his plebem
excitantes, accenſet, itemque litei
b.liis vel carminibus ſamoſis a
 lficiunt, quod exemplo poetae o
taiiſſimi IO BAPTISTAE ROV
ei ismodi ſacinus exilio mactati,
Varia haec delicta in fine opuſcu
ſcribit, et quomodo vindicanda
Fatemur, multa in hoc opuſculo
offendi, quae ſi in Gallia, vt ſpe
probantur, ad exſtirpandos et dei
prudentiae criminalis gallicae, et i
in modo cognoſcendi ac decide
criminales deprehenduntur, emenda
rae poſſunt. Etſi non negandum
in conſtitutione criminali Caroli
emendatione indigent, occurrere
men, quod ad modum procedendi
attinet, Germanis laudi eſt, qu
principia ab iis ſint adoptata, vix
territorium ſit, quod legibus ſibi pı
minalibus aequis ac egregiis deſtitu
vt ipſa Nemeſis Carolina tantum
ſubſidiaria haberi poſſit.

M. HERM. FRID. KOECHERI Reuerend. Miniſt. Vinar. Candidat. *Noua Bibliotheca Hebraica* ſecundum ordinem bibliothecae Hebraicae b. IO. CHRISTOPH. WOLFII analecta huius operis ſiſtens. Cum praefamine IO. GOTTFR. EICHHORNII, linguar. ſacrar. et orient. Prof. P. O. in Academ. Ienenſi. Pars I. Ienae impenſ. haeredum C. H. Cunonis. 1783. 4. pagg. 130.

Dudum viri eruditi in votis habuerunt, vt bibliotheca Hebraica Wolfiana, quae prodiit 1715-33. emendaretur et augeretur. Optant etiam, vt accuratus et perfectus omnium, quotquot vnquam ingenii monumenta literis prodiderunt, Iudaicae gentis ſcriptorum index conficiatur, ſubiunctis librorum argumentis. Quod quidem opus ab eo tandem confici poteſt, qui non ſolum in Rabbinorum et antiquiorum et recentiorum ſcriptis euoluendis verſatus ſed etiam magna librorum et impreſſorum et manuſcriptorum copia inſtructus publicas nonnullas bibliothecas vel ipſe vel per amicos huius rei gnaros indagauit, literarumque commercium ad eruendos hebraicos libros, hic illic apud Iudaeos latitantes, cum celeberrimis Iudaeis per vniuerſum terrarum orbem inſtituit. Neceſſe etiam fo-

rer,

ret, vt vir, qui hoc negotium in ſe ſuſcip
Oppenheimerianae bibliothecae catalo
nuper editum, conſuleret, de quo in
retulimus, totumque opus differret, don
V R I, Hungarus, catalogum codicum
Orientalium, qui in bibliotheca Bodleian
uantur, abſoluiſſet. Etſi huius catalogi
quae ſpectat ad libros Hebraicos, non ſu
cura fortaſſe exaratus ſit, tamen hinc ſu
menta petenda erunt. Si vero biblioth
Bodleianam vel Oppenheimerianam, vel
torienſem Pariſiis, vel Lugdunenſem
Batauos, vel Roſſianam Parmae in vſus
vertere poſſet, qui indicem ſcriptorum I
corum edere in mentem induceret: na
multa luci reſtitueret, quae nunc ſepult
cent et minus cognita. Viri cl. T Y C H
et D E - R O S S I Wolfiano operi emend
et ſupplendo omnium, quorum ad nos
perlata eſt, aptiſſimi ſunt. Nam vterqu
primis T Y C H S E N I V S, rerum Rabbi
rum cognitione excellunt, bibliothecas m
viderunt, librorumque copiam inſignem
ſident, et a Iudaeis hodiernis facile ſu
menta impetrabunt. Quum vero ince
ſit, hos duumuiros deſiderio noſtro vnq
ſatis facturos eſſe: analecta ad bibliothe
Wolf. prodire iuſſit cl. K O R C H E R,

eti

umſi rem minime exhauriant, neque com-
ctantur, quicquid poſt WOLFII obitum
omni literarum genere a Iudaeis ſcriptum
tamen non contemnenda ſunt. Sequitur or-
iem auctorum alphabeticum a WOLFIO
iſtitutum; citatoque tomo et pagina operis
olfiani notulas ſuas adſpergit. In emenda-
nibus vero iſtis et *ſupplementis*, quo nomine
e laborem ſuum inſigniuit, aegre ferimus, ne
um quidem Iudaicum ſcriptorem occurrere,
ius non in bibliotheca Wolfiana mentio
la fit. Hos omnes Iudaeos, qui mortuo
OLFIO ſcriptis inclaruerunt, omittendi ve-
a ei neutiquam concedenda eſt, qui WOL-
IVM *ſupplere* i. e. ad noſtra vsque tempora
ntinuare voluit. Quam facile ex notiſſimis
bris de MOSE MENDELIDE, PINTO,
ERZ, HIRSCHEL, BEHR, SARAVAT,
ASANI, et multis aliis, quos hic adducere
on opus eſt, ab auctore referri et potuiſſet
t debuiſſet! Curam etſi in citandis libris adhi-
itam eſſe non dubitamus: offendimur tamen
atim ab initio operis erroribus quibusdam ſat
auibus. BVXTORFIVM accuſat, quod
entionem libri Sohar et libri Meor Enaim
uctore R. ASORIA de RVBEIS in biblio-
eca Rabbinica praetermiſerit. At prior
itatur p. 336 poſterior p. 340 in edit. 1640.
Dein-

Deinde ſi vel maxime auctor de
tum ſcriptoribus agere voluiſſet, quo
FIVS memorat: ex libris ſatis obu
additamenta proferri potuiſſent, e. g.
HVDAE T. SALOM. CHORIZ
ſeſſus de latrone transfigurato editu
VRI. Conſ. MICHAELIS Orient. I
P. VII. p. 58. Ad SALOMONEM N
WOLFIO citatum T. I. p. 1080, qui
idem eſt cum editore Bibliorum celeb
rum MINHATH SCHAI, de his Bi
ſcripſerunt KENNICOTT, TYC
alii nominandi fuiſſent. De noua editio
rarii BENIAMINI TVDELENSIS
curauit C. F. BECKIVS, docte egit
mo in *Literariſches Muſeum* Vol. II
qui quidem liber ab auctore noſtro
male omiſſus eſt. Eundem, ſi modo ir
ſet, p. 117. vbi de PETACHIA Ratiſ
agit, adducendum eſſe ſtatuiſſet. Prae
Bibliis Rabbinicis a R. IAC. BEN CH
praemiſſae, verſio latina, Diſſertationi ſe
ſuper ratione text. Hebr. a KENNIC
inſerta, perperam ſilentio praetermi
Aliam, vt hoc obiter moneamus, e
praeſationis verſionem, a BVXTORFI
factam, BRVNSIVS noſter pro KI
COTTO deſcripſit, poſt ſata huius vi

e cum reliquis manuſcriptis Kennicottianis liothecae Radcliuianae Oxonii illatam. terum hac opportunitate vſi non poſſu, is non errorem a WOLFIO, vbi de hoc o egit, admiſſum corrigere. Ait enim III. Nro. 1045. Rabbinum iſtum Bibliis mbergianis a. 1516 a mendis operarum liandis praefuiſſe: quod vnde acceperit, n liquet. Nam primo nulla extánt Biblia mbergiana huius anni, deinde Bibliis, quae nti WOLFII, credo, obuerſabantur, a. 1518 penſis BOMBERGI editis, non CHAIM, FELIX PRATENSIS praefuit.

Vermiſchte chirurgiſche Schriften. h. e. Miſcellanea chirurgica, edidit IOH. LEBER. SCHMVCKER. Vol. III. Berol et Sedin. ap. Nicolai. 1782. 8. 334 pagg.

Inſunt XXXVII obſeruationes frugis plenae, la ſcituque iucundae; ſed potiores ſunt 1) *vſu ſem. ſabadillae in vermibus necandis, au- re ipſo* SCHMVCKERO. Docet, illud et vermes valere, et ad epilepſiam, cum pi- a copulatam, nuſpiam nocere, ne infanti- quidem, dandum eſſe ſemel, bis, ter, hac npoſitione: Rc. Pulu. ſem. ſabadill. gr. v. ll. deſpum. gr. vij. M. Pil. vna Conſp. ſem.

 Lyco-

auctor, quam fallax et periculoſa ea
ſit, quam Franco-Galli *à deux te*
lant. — In his, quas alii viri cu
communicarunt, eminet FRITZII
ctione caeſarea feliciter peracta p. 59.
de aſcite per vacuationem veſicae cur
IASSER *de otalgia et ſurditate a*
pedis dextri vlcere p. 113. vbi profui
proceſſus mammillaris et iniectio a
reſtituendum, et p. 138. *de apoplexia*
pedibus manantibus balneo ſtillatitio
p. 169. *de ſcabie curata;* eſt quodda
cum, cuius haec eſt compoſitio: R
alb. Fl. ſulph. Pulu. bacc. laur. aa.
oliu. q. ſ. M. F. vnguent. fluid. D
et veſperi palmae inungendum. P. 2
STOPH *de amputatione genitalium,*

abdomen rel. — Vtinam boni viri bene
taedio explicarent ſua ſenſa! Quanto
or foret harum obſeruationum lectio!
enim mihi HENCKELIVM *quen-*
tiuiuum legere.

---

e Beyträge zur Natur- und Arzney-
iſſenſchaft. h. e. Nouae ſymbolae ad
hyſicam et medicam artem; edidit E.
. SELLE, Prof. Berol. P. I. Berol. ap.
Iylium. 1782. 8. 220 pagg.

at huic libro: SELLII et HERZII
itiones medicae; KLAPROTHI hi-
incturae neruoſae BESTVCHETI et
iurati LAMOTHI; MEYERI inqui-
ide caeruleus color cobalti veniat, ab
, an ab adhaerente quadam terra; de-
uaedam de libris nouis iudicia. Illas
re amplius non lubet, (legant artis pe-
c repetere nefas putamus, cum, quanta
vis ſit in hominum animis, abunde
nt. Conſtant enim guttulae illae au-
lutione quadam martiali per acidum
um ſpiritu vini largiter attenuata. Ad-
o, quibus talia arcana medicamenta
et legite p. 145. compoſitionem *tin-*
eruino-tonicae flauae, at vero p. 148. ſq.

faciliorem breuioremque miniſterio napl
vitrioli.

Abhandl. von den Mitteln wider die L
der Pocken. i. e. MARETI exerc
de remediis peſtis variolosae, e
conuerſa. Ienae ap. Cunon. hered.
8. 173 pagg.

Res et ratio ſcribentis eo fere redit, vt
ſidium peſtis variolosae auertendae vel
cendae vnicum vberius recenſeat atque
mendet, puta inſitionem. Noua ſi qu
lector, abi et res tuas age feliciter: ſin
nota, eaque veluti pauculis paginis com
henſa et perſpectu facilia, huc adſis.
inuenies vtilia et lectu iucunda. Verſio
germanicam cl. HELD, medico Geranc
acceptis referendam eſſe aiunt.

Nouum Teſtamentum graece, per
annotatione illuſtratum a IO. BENI
KOPPE, Theol. P. P. O. et ad
acad. eccleſiaſt. prim. *Volumen*
complectens epiſtolam Paulli ad R
nos. Gotting. ap. Dietrich. 1783.
288. 8.

H

Habemus duo tantum adhuc volumina huius librorum N. T. editionis: alterum, quod epiſtolas ad Gal. Theſſal. et Epheſ. complectitur, et ante triennium lucem vidit; alterum, quod nunc indicamus, et quod *quartum* inſcribere auctori placuit, quia nunc, obſecuturus multorum voluntati, eo ordine libros N. T. collocabit, quo vulgo leguntur in editionibus reliquis. Itaque, quod adhuc *primum* erat, in poſterum *ſextum* erit in tota ſerie voluminum octo, quibus integrum opus abſoluetur; *tria* priora vero euangeliorum et actorum apoſtolicorum explicationi deſtinata ſunt.

Iam, ſi dixerimus, eadem prorſus ratione, eadem diligentia perſecutum eſſe Ven. KOPPIUM illud, quod multa cum laude bonorum doctorumque omnium arbitrorum coeperat, propoſitum; commendatione nulla amplius eget noua illa acceſſio, quam lucri fecimus. Dedit epiſtolae, ſane quam difficillimae et grauiſſimae, ad Romanos, in qua multum omni tempore ſeſe exercuit interpretum diligentia, explicationem ad legitima iſta interpretandi praecepta, quae ſibi ipſe ſcripſerat in praefatione tomo priori praefixa, compoſitam, hoc eſt vere *grammaticam* et *perpetuam*; id quod ſane magnum opus erat in

hoc libro, in quo maxime omnium inter
ſere quisque ad ſui ſyſtematis theologici
firmandam et defendendam rationem e
rauit. Largam inuenimus meſſem bon
animaduerſionum, vel ab aliis nondum
patarum, vel ab auctore noſtro clariu
ciusque conſtitutarum; in primis vero
tos difficiliores locos conſtanti ingenii l
ni ac popularis familiarisque ſtili obſerua
egregie explanatos, ac totam ſenten
ſummam earumque connexionem vbi
lucide declaratam. Videamus iam ex
quantum lucis acceſſerit egregii inte
ſtudio locis obſcurioribus; admiſcere
liceat pauca, in quibus ab illius ſenter
cedimus.

Cap. I. ſtatim, quae ad verſum 3 et
putauit non omnino omnia probamus.
σαρκα, ait, apud Paullum *communem*
num conditionem ſignificare; de qua,
alii velint, *de ignobili et humili vitae, i*
mines a Ieſu actae, ratione decernit h
etiam formulam iſtam intelligenda
idque e verbis γενομ. ἐκ σπ. Δαυ. a
Iam quidem vocabuli σαρξ vt plurin
in ſermone Paullino illum, quem po
ſum, nemo quidem negauerit; e
eum per ſe illud admixtam habere

tur notionem, vel inde patet, quod pro-
ſignificatione *naturam animalem, corru-*
atque morti obnoxiam deſignat, tum ve-
antitheſi *πνευμα* intelligitur. Igitur quo-
hominum *σαρκι* ſermo eſt, ſane non
communis illorum natura, ſed, *excluſa*
τε τȣ πνευματος dote, illa pars, quam
ſua communem habemus cum reliquis
ntibus, oſtenditur. Quando autem in
loco adiecta eſt diſerta *τȣ πνευματος*
; ex indole et vſu antitheſeos apud He-
vocabulum *σαρξ deprimendi*, vt *πνευ-*
tollendi, vim habere, multo clarius eſt.
ro reſpondere ſibi in hoc loco, de quo
, *κατα σαρκα* et *κατα πνευμα*, ipſo
nente, nemo non videt; nec modo
vocatur illud, quod *σαρκι* opponitur,
clarior eſſet vtriusque rei, inuicem
ratae, differentia, ac magis deprimere-
s rei, quae *σαρξ* vocatur, notio, *τα*
citur: *ἁγιωσυνης*. Quod autem ad-
or; Ieſum *κατα σαρκα γενομενον ἐκ*
dici, natales vero, quos e *genere regio*
, ipſos nihil profecto commune ha-
um *humili et ignobili vitae genere*, illo
n conficit; viciſſim enim *regia ſtirpe*
eſſe nihil commune habet cum *vniuer-*
num natura; nec de regum filiis vel

 poſteris

hoc libro, in quo maxime omnium interpres ſere quisque ad ſui ſyſtematis theologici confirmandam et defendendam rationem elaborauit. Largam inuenimus meſſem bonarum animaduerſionum, vel ab aliis nondum occupatarum, vel ab auctore noſtro clarius feliciusque conſtitutarum; in primis vero multos difficiliores locos conſtanti ingenii Paullini ac popularis familiarisque ſtili obſeruatione, egregie explanatos, ac totam ſententiarum ſummam earumque connexionem vbique dilucide declaratam. Videamus iam exemplis, quantum lucis acceſſerit egregii interpretis ſtudio locis obſcurioribus; admiſcere tamen liceat pauca, in quibus ab illius ſententia recedimus.

Cap. I. ſtatim, quae ad verſum 3 et 4. diſputauit non omnino omnia probamus. *Κατα σαρκα*, ait, apud Paullum *communem hominum conditionem* ſignificare; de qua, non, vt alii velint, *de ignobili et humili vitae, inter homines a Ieſu actae, ratione* decernit hoc loco etiam formulam iſtam intelligendam eſſe, idque e verbis *γενομ. ἐκ σπ. Δαυ.* apparere. Iam quidem vocabuli *σαρξ* vt plurimum eſſe in ſermone Paullino illum, quem poſuit, ſenſum, nemo quidem negauerit; enimuero cum per ſe illud admixtam habere aliquam

contemtus

'us notionem, vel inde patet, quod pro-
ɀnificatione *naturam animalem, corru-*
ıtque morti obnoxiam deſignat, tum ve-
ıntitheſi πνευμα intelligitur. Igitur quo-
hominum σαρκι ſermo eſt, ſane non
communis illorum natura, ſed, *excluſa*
'e τȣ πνευματος dote, illa pars, quam
ſua communem habemus cum reliquis
ıtibus, oſtenditur. Quando autem in
loco adiecta eſt diſerta τȣ πνευματος
; ex indole et vſu antitheſeos apud He-
vocabulum σαρξ *deprimendi*, vt πνευ-
ollendi, vim habere, multo clarius eſt.
ro reſpondere ſibi in hoc loco, de quo
, κατα σαρκα et κατα πνευμα, ipſo
nente, nemo non videt; nec modo
: vocatur illud, quod σαρκι opponitur,
ı clarior eſſet vtriusque rei, inuicem
ˀatae, differentia, ac magis deprimere-
s rei, quae σαρξ vocatur, notio, τα
citur: ἁγιωσυνης. Quod autem ad-
or; Ieſum κατα σαρκα γενομενον ἐκ
dici, natales vero, quos e *genere regio*,
, ipſos nihil profecto commune ha-
um *humili et ignobili vitae genere*, illo
n conficit; viciſſim enim *regia ſtirpe*
:ſſe nihil commune habet cum *vniuer-*
num natura; nec de regum filiis vel

 poſteris

poſteris *generatim* ſermo eſt, ſ
quodam, in quem cadit hoc, quod
inhonoratam vitam egerit. Has ig
ſas, et praeterea ob aliorum locoı
bus de Chriſti σαρκι et πν. ſermo
1 Petr. III, 18. 1 Tim. III, 16. Ebr.
litudinem, vtramque vocem de
duplici interpretandam, et hanc p
mentem Apoſtoli: — de filio ſ
ſtatu ſuo humili tamen iſtud hab
(Meſſiae) criterium, quod e Da
natus erat, luculenter autem filius
iſto glorioſo declaratus eſt, eo, qu
chro in vitam rediit etc.

Ib. verſ. 5. putat verba: ὑπερ τ
τȣ, paullo durius ad ὑπακ. τ. πις
ἂν. facilius referri ad χαρ. κ. ἀπο
ſit: nactus ſum honorem Apoſtc
ſcimus tamen, quid magis durum
μὰ pro αὐτὸς poſitum putes cu
offendit omnino, quod illud: ı
αὐτȣ interpoſitis verbis: εἰς ὑπ
πασι τοις ἐθνεσιν, ab iſtis ἐλαβομ
ſeiungitur, et ſtructura orationis
Sin referas ad ὑπακοην, et ὑπερ
accipias ita, vt 2 Cor. V, 20:
πρεσβευομεν, ſenſus aptus et facilis
gati adeptus ſum, vt *loco ipſius*

on ſecit, vel etiam: *eius auctoritate et* ʒentes ad fidem ei praeſtandam addu. — Ib. rectiſſime ſuſtulit comma, in aliis edd. verſum 9 et 10. inepte dis. — Verſ. 14. verba: ὀφειλέτης εἰμὶ etc. ita interpretatur: *multum gaudii minis debeo illis, dum nimirum contigit ſe teſtem ipſorum fidei;* optimam vocat ... versionem: *Ich bin ein Schuldner der Griechen und der Ungriechen;* ... lulari hanc loci ſententiam cenſet tum ...mmatica ipſa, tum a nexu cum verſ. 13. ad grammaticam attinet, non dari pot... ctori, ὀφειλέτης εἰμὶ TINI ſemper *debeo alteri aliquid. ſ. bene de me meritus* *r*, quum ne vnum quidem habeat ex...m ſcriptoris *Hebraeo-Graeci*, quo il...nfirmet. Nam quod prouocat ad Rom. 2. ὀφειλέται ἐσμὲν ȣ τῇ σαρκὶ, et ibi *ne vlla quidem re de vobis merita eſt veſtra;* per circulum, vt aiunt, rem du...am hoc etiam in loco ſimpliciorem et aptiorem ſenſum dat conſueta interpre...: *Non amplius ſubiecti eſtis imperio τῆς* ...; reſpicit enim ſcriptor ad *liberatio*... uae Chriſtianis contigit, *ab iſto imperio*, celebratam, cap. VII, 23. ſqq. Fruſtra prorſus ad alium locum, Rom. XV, 27.

prouocat; ibi enim de debitore qui(
teri *propter meritum vel beneficium* eiu
cto, occurrit voc. ὀφείλεται, at caſu
do, non tertio iunctum. Ita nemp(
λεται ΑΥΤΩΝ εἰσι. Neque vide(
vulgaris loci I, 14. interpretandi ratio
eſt docere (melius: *debeo memet ipſum*
et Barbaris,) neceſſario requireret infir
nam quod Gal. V, 3. infinitiuus additu
pterea fit, quia ὀφειλέτης ἐστιν ibi pon
ὀφείλει. Quod autem ad nexum ſen
ſane ille multo magis fert communem
nouam hanc cl. KOPPII interpreta
Nam narrat Apoſtolus multis, ſe diu ia
ſtituiſſe ad Romanos venire; iam ſi
multum enim gaudii debeo illis, quorum
adhuc ſpectaui, cur tandem relinquere i
pit et Romam tendit? Sin vero ait:
meum ad omnis generis gentes, cultas i
que, pertinet; patet, etiam Romanis e
cia non inuidenda eſſe.

Verſ. 18. ait κατέχειν τὴν ἀλήθειαν
κίᾳ verti poſſe tum: *cohibere, verae cog*
vim improbitate, vel etiam *iniuſte* (quo
frigidius videtur) *ſupprimere,* tum ſic, (
ἔχειν proprie, pro ἔχειν ſumatur, ac tota
reſoluatur hoc modo, ἔχειν τὴν ἀληθ(
ὅμως ἄδικον εἶναι. Haec poſterior in

e dubio praeſtat alteri, et confirma-
uctore exemplis idoneis, locorum Iac.
Tim. I, 13.; forſan autem concinnius
s idem ſenſus eliceretur, ſi ἐν accipe-
o μετα: *cum improbitate veritatem*
Verſ. 19. το γνωϛον τȣ θεȣ φανε-
ἐν αὐτοις ita explicat: φανερον ἐϛι,
-ȣ θεȣ εἰναι ἐν αὐτοις, rectiſſime, pu-
itemque conſentimus, a verbi γνωϛον
ſignificatione non recedendum eſſe,
s hic ſit: *quantum quidem ſcire et co-
homines de deo poſſunt, idem edoctas
e poterant gentes.* Attamen de Deo
nihil quidquam ſcire poterant! —
eſt ad verſ. 24. obſeruatio, perpetuam
raeorum ſcriptorum opinionem hanc,
n cultum adeo inuiſum eſſe Deo, vt,
ei indulgeat, eum in omne flagitio-
nus, perque haec in ſummam miſe-
calamitatem Deus proſternat; nec diſ-
n quidem eſſe, per idolatriam, maxi-
, qualis Apoſtolorum tempore fuit,
nem ſuppeditari viamque muniri fla-
numeris, quibus caritura videri poſſet
i ſuperſtitione non contaminata; enim-
ntra etiam in eo caute eſſe agendum,
e Apoſtolus partim accommodate ad
iae genti propriam, eamque ad ſer-
uandum

uandum vnius Dei inter Iudaeos cultum, in primis ſalutarem opinionem, partim apte ad iſtorum temporum, quibus potiſſimum haec ſcripta eſſent, cum idololatria coniunctam, (etſi non ex idololatria ſola profectam) omnis generis improbitatem ſcripſerit, vniuerſe accipiamus, et hanc flagitiorum ſeriem, quam mox recenſeat Paullus, *omni tempore locoque* inter gentes deprehendi arbitremur; quod profecto, vt ab huius loci contextu magnopere alienum foret, ita partim rectae rationi, quae vitiorum inter homines genteſque origines, non in vna quadam, ſed pluribus cauſis quaeri iubeat, partim omni de humano genere hiſtoriae plane repugnaturum eſſet. — Verſ. 28. δοκιμαζειν cum infinitiuo iunctum ſaepius ſimpliciter verti poſſe: *velle*, KREBSIO concedit; hoc tamen loco propriam verbi poteſtatem, qua pro δοκιμον ἡγεισθαι ponitur, et valet: *dignum iudicare*, retinere mauult, quia ad verbum reſpiciant, quae ſequantur: *αδοκιμος νους*, et hanc paronomaſiam etiam in vertendo non negligendam videri, putat: *Sie würdigten Gott nicht zu verehren, darum gab er ihnen auch einen unwürdigen Sinn, zu thun, was nicht taugt.* — Verſ. 29. cum aliis viris doctis excludendum vocabulum πορνειᾳ, idque, ſi vel nulla auctoritas veterum adeſſet, tamen

ab

ıi huius loci, qui flagitia cum venere
: plane non coniuncta tractat, contex-
ſſe alienum cenſet, vt vel ſic temere in
irrepſiſſe videri debeat. Codicibus,
:em omittunt, adnumerandus iam eſt
loſquenſis, a Cel. MATTHAEO col-
videmus autem, nusquam Ven. KOP-
viri huius ſtudia critica in vſum ſuum
'tiſſe, vel editionis N. T. ab illo emiſ-
:ntionem feciſſe.

. II. verſ. 13-15. in plerisque edd. par-
:os ſignis incluſi, a Ven. K. aliter con-
tur, ita, vt verſum nempe 12. plena ſen-
finiat, verſus 13. parentheſi includatur,
. nouam periodum incipiat, et 15. cum
verſus 16. mutata interpunctione ſic le-
οιτινες ενδεικνυνται το εργον του νομου
'ον εν ταις καρδιαις, συμμαρτυρουσης
της συνειδησεως, και μεταξυ, αλλη-
ων λογισμων κατηγορουντων και απο-
ενων εν ημερα, οτε etc. quam ſenten-
ic explicat: *ipſi ſuis moribus vitaque ho-*
indicant (forte: *ipſi cognoſcere poſſunt,*
ceri et conuinci) *eſſe in eorum animis*
am leges quasdam, quibus obſequantur,
tas; iam enim in his terris conſcientia
: eo perſuadet; olim vero, ſuae quemque
eſto et turpi ſententiae vel accuſabunt vel
defen-

defendent, iſto tempore ſcilicet, quando etc. Per quam facilis et accurata haec interpretatio eſt ſecundioremque ſententiam parit, quam, ſi cum aliis formulae συμμ. αὐτ. της συνειδ. et και μετ. ἀλλ. τ. λογ. κατ. κ. ἀπολ. ad vnam rem referas. Neque etiam Graeca, ſed ex Germanico idiomate ficta eſt dictio κατηγορειν μεταξυ ἀλληλων; neque vel ſic deeſſe poterat ἑαυτους vel ἑαυτων. Μεταξυ igitur aduerbialiter de *tempore*, pro μετεπειτα, aut *quando*, (quod pluribus, quam iſto Ioſephi loco, B. Iud. 2, 11. 4. exemplis confirmatum volimus) et λογισμους de *ſententiis*, νοημασι accipiendum cenſet. — Cap. III, 8. ſuppleri vult τι ante μη, praetereaque vel poſt μη intelligi λεξωμεν (*quidni dicamus, quod aiunt per calumniam nos dicere*) vel και (τι) μη ποιησωμεν iungi, reliquis καθως — ὅτι parentheſi incluſis, ὅτι autem pro mero ἀνακολουθῳ. ex interiecta parentheſi orto, accipi. Sic multae difficultates tolluntur, nec opus eſt coniectura WALLII, pro ὅτι reponentis ἔτι. Ceterum ὧν το κριμα non ad τους βλασφημουντας refert, ſed per ταυτα μεν λεγοντων και πραξαντων explicat. — Verſ. 25. prae multis vocabuli ἱλαστηριον explicationibus illi maxime fauet, quam S. Ven. SEMLERVS amplexus eſt, et qua eſt (non tam *ſymbolum expiationis*,

quam)

poſitum pro *ἱλαςης*, *ἱλασκομενος*:
autem *προεθετο* non ex vulgari verſio-
opoſuit (mallem: *palam exhibuit, decla-*
ſed interpretari cupit ſic: *voluit Deus,*
uerat apud ſe inde ab antiquiſſimis tem-
s, vt expiarentur olim per I. C. homi-
ırius videtur. Nec velimus iungi inſo-
prorſus *δια πιςεως ἐν τω αἱματι*, ſed
le *doctrina Chriſtiana* ſumi, *ἐν τῳ αἱματι*
ad *προεθετο* referri facilius, putaueri-
vt ſenſus ſit: *quem morti traditum,* (vel
ı *morte*) *Deus in doctrina noſtra pacifica-*
palam exhibet. Verſ. 26. *ἐν τη ἀνοχῃ*
nodo cum plerisque ad *προγεγον. ἀ-*
aut cum Ven. K. ad *την παρεσιν* re-
ıoteſt, ſed etiam ad *ἐνδειξιν*, et ad *προε-*
— Verſ. 31. *Νομον* intelligit de *oracu-*
T. et ita Paulli ſententiam circumſcri-
Vum vero pugnat haec mea doctrina cum
uae libris veſtris ſſ. hactenus tradita acce-
? Imo vero amice cum iis conſentit, va-
e horum ipſorum librorum locis egregie
matur. Arcte dein iungit huic ſenten-
ıitium capitis IV. quippe quo Abrahami
plum ad illam illuſtrandam afferri cen-
t quod ita reddit: Vt enim Abrahami
plo vtar, num quid ei contigiſſe dice-
externa quadam natalium generisque di-
gnita-

gnitate. — C. IV, 17. κατεναντι non, vt vulgo fit, cum ȣ iunctum, *propterea quod*, ſed ex Hebr. לפני יהוה explicat, ȣ vero pro ᾧ poſitum accipit, et κατεναντι Θεȣ, ᾧ επιϛευσε iungit his: ὁς ἐϛι πατηρ: *Abrahamus noſtrum omnium pater eſt vi atque poteſtate* (mallem: *iudicio, teſtimonio*) *eius Dei*, etc. Τȣ ζωοποιȣντος τȣς νεκρȣς non vult ad Abrahami hiſtoriam reſpicere, nec tamen accuratius explicat, monens tantum, eſſe deſcriptionem maieſtatis diuinae, petitam a rebus vim omnium mortalium longiſſime ſuperantibus. Nobis non quidem vnice ad Abrahamum, filium ſuum e periculo mortis reportantem, referendum videtur illud ζωοποιειν, ſed generatim eo indicari reſuſcitatio mortuorum. Quae vero quum non modo notionem inuoluat rei magnae et ſuperantis vires humanas, ſed in primis etiam prorſus *inexſpectatae*, (vt ζωη ἐκ νεκρων Rom. XI, 15.) idem etiam hoc ipſo loco (v. 18.) verbis: παρ' ἐλπιδα ἐπ' ἐλπιδι ἐπιϛευσεν, exprimatur, et quum Hebr. XI, 19. etiam Abrahamus, filium ſuum immolaturus, λογισασθαι dicatur, ὁτι και ἐκ νεκρων ἐγειρειν δυνατος ὁ Θεος; apparet, Paullum in iſta deſcriptione Dei, omnino cogitaſſe *de Iſaaco patri praeter ſpem reddito*; vt autem ſecundior eſſet ſententia, ambigue eam extuliſſe

lam

m enim, ſi Abrahamus Deo credidit, *tam-*
uam mortuos in vitam reuocanti, ſane eo ma-
is ille dicendus πατηρ ἡμων παντων, quo
milior eſt in eo nobis, τοις πιϛευουσιν ἐπι
'ον ἐγειραντα Ιησουν ἐκ νεκρων. (verſ. 24.)

Cap. VI, 13. ὁπλα cum reliquis, ni fallor,
omnibus interpretibus *de inſtrumentis* genera-
im explicat; *potuit tamen*, inquit, *ipſa arma*
bellica in animo habere Apoſtolus! Non mo-
lo potuit habere, ſed certo habuit in animo,
quod patet ex multorum verborum in hoc
oco delectu, veluti praeter ὀψωνιον, quod ipſe
K. etſi dubitanter huc trahit, etiam βασιλευ-
ειν, κυριευειν, δουλευειν, ὑπακουειν, ἐλευθερω-
θεντες et paullo inferius (VII, 23.) ἀντιϛρα-
τευεσθαι, αἰχμαλωτιζειν etc. quibus verbis
omnibus translata ineſt a *militia* notio. Paul-
lus enim fingit quaſi duo reges, Θεον ſ. Δι-
καιοσυνην et Ἁμαρτιαν, perpetua inter vtrum-
que geſta bella, ſuos cuique ſeruos et milites
tribuit, et his ſua ſtipendia, etc. Hic orna-
tus ſermonis non eſt negligendus. — C. IX,
18. σκληρυνειν τινα non vult cum ERNESTIO
verti: *durius tractare*, ſed *obſtinatum* aliquem
fieri permittere, vt poenas luat, multisque hoc
argumentis defendit non ineptis. Enimuero
prior illa interpretatio et multo ſimplicior eſt,
et accommodatior ad oppoſiti ἐλεειν pote-

 ſtatem.

ſtatem. Praeterea, vt ab illa recederet, au- ctor permotus eſſe videtur eo, quod σκλη- ϱυνειν illud ad *Pharaonis* vnice exemplum, quemadmodum ἐλεειν ad Moſem referret; quum tamen ſimul ſcriptor ad Iacobum et Eſauum reſpicere, et illam ſententiam, quae verſu 13. per ἠγαπησα et ἐμισησα exprimi- tur, repetere nunc, atque ex adductis antea ex- emplis locum quemdam communem colli- gere videatur. — C. XV, 19. ſingularem in verbo πληϱȣν pro κηϱυσσειν loquendi mo- dum ſemel adhuc occurrere Col. I, 25. reli- qua, quae ſoleant conferri, loca Act. XII, 25. XIV, 26 e genere longe alio eſſe, monet. Attamen occurrit iſto ſenſu etiam 1 Macc. IV, 19. ἐτι πληϱȣντος αυτȣ, vt recte legitur pro vulgari: ἐτι λαλȣντος, quod interpreta- mentum eſt librarii. —

Sed haec hactenus, ne modum exceda- mus. Excurſus duplex accedit; alter diſqui- rens accuratiſſime, loca V. T. quomodo ci- tauerit Paullus? num ex cod. Hebr. an ex verſ. Graeca Alexandrina? num memoriter, an librum euoluendo? quibus formulis, qua varietate? alter ſententiam SEMLERI de conſilio capp. XV. et XVI. enarrat, diiudicat, et idoneis argumentis confutat. — Typo- graphi et correctoris ſollertia laudanda vide- tur;

t; quamuis occurrant praeter errata in tex-
, ad calcem libri notata, in obſeruationibus
iam nonnulla, e quibus erant ſaltim in-
candae quaedam traiectiones, quae pertur-
nt facile legentem. Pag. 26. col. 2. lin. 5.
erba: ὀφειλετης etc. pertinent ad pag. 25.
ol. 1. lin. 3. a fin. ante voc. Βαρβαροι. Pag.
13. col. 2. lin. 7. ἀπολυτρωσις vsque ad pag.
14. col. 1. lin. 14. omnia ponenda erant p.
73. col. 1. lin. 17. Pag. 276. col. 1. lin. 18.
καινον ἑξεις — col. 2. lin. 3. συν νομῳ ad-
enda verbis: *quod eum metuas* p. 275. col. 2.
in. 9. a fin.

Predigten, Homilien und Reden, h. e. Ora-
tiones, homiliae et ſermones de rebus
ſacris, auctore I. C. VELTHVSEN,
Deſſauiae et Lipſiae in bibliopolio eru-
ditorum. 1783. II alph. 3 pl. 8.

Sermones hoc volumine, *Reginae M Brit.*
cato, continentur XXVI: introductorii duo,
er virtutes a concionatoribus et paſtoribus
is exſpectandas ſocietatibus chriſtianis defi-
ens; alter in cauſſas inquirens, quibus effi-
citas diuina religionis in ſacris litteris tradi-
impeditur: in conclaui Reginae dicti quin-
e, de clementia DEI paterna; de animi

tranquillitate, qua hi, qui in proi
mentis numinis ſibi confidunt, ſu
ſuarum exitus opperiuntur; de
quae ad conſeruandum amicis D
ſentiſſimo periculo verſantibus a
mum et tranquillum conducunt
animi ſacra coena vtentium; de
optimo Seruatore exantlatis. I
ditationibus amor vitae ac patria
datur; officia cuiusque vitae con
pria deſcribuntur; oſtenditur inc
mno conuenientia; Ieſaiae capu
ſtratur; beneficii cum auditu et l
minibus a DEO tributi magnitu
tur; demonſtratur reſurrectionis
ritas. Sequuntur exhortationes
nes in confirmandis catechumi
orationes de fide chriſtianorum a
virtutes efficace; de Abrahamo
dum filium vnicum parato; de
Gen. XVII, 1; de lege ciuitatis chi
maria; contra eos, qui certis finil
chriſtianorum circumſcribunt;
iudicio; de praeſentia Chriſti inl
conuiuali foedere corpore et ſan
ſancito fidem ſuam DEO adſtr
loco mortalibus deſtinato ex redi
coelum aeſtimando.

Eiusd. *Grundriſs zu Vorleſungen über die chriſtl. Sittenlehre.* h. e. primae lineae diſciplinae chriſtianae praelectionibus academicis accommodatae. Helmſt. typis Schnorr. 1783. 8 pl. et dim. 8.

Eiusd. *Doctrina chriſtiana primis tantum lineis adumbrata in uſus auditorum.* ibid. eod. 4 plagg. 8.

Vtroque ſcripto conſpectum duntaxat ſententiarum auditoribus exhibere propoſitum fuit auctori. Interea loci de cauſſis officiorum, quae ſpecie quadam inter ſe collidi videntur; de ſeptenario feriarum ſacrarum numero; de veritatis natura et neceſſitate; de inceſtu; de angelis; de iuſtificatione; de negotio Spiritus ſancti continuo; de ſacra coena; vberius reliquis explicantur. Poſteriori libello, qui decem capitibus vniuerſam doctrinam complectitur, praefixae ſunt duae ſectiones introductoriae: de veritate atque origine religionis chriſtianae; et de libris ſacris. Virtutes DEI peruestiganti amor primo loco apparere viſus eſt, tum ſapientia proximum, potentia autem poſtremum demum occupare locum; itaque ex amoris potiſſimum fonte omnis vera numinis cognitio deriuatur. Praedeſtinationis quaeſtio tota ad doctrinam de

prouidentia refertur, et appendicis nomine huic ſubiungitur. Corporum reſtituendorum proprietas ex ſenſu potius diiudicatur, quam ex particularum ſibi inuicem ſuccedentium incolumitate.

V.

Vollſtändiges Pflanzenſyſtem. h. e. LINNEI ſyſtema plantarum, ex editione XIII. et ductu operis Houttuyniani transl. cum explicatione copioſa. P. IX. cum V figg. Norimb. ap. Raſpe. 1783. 8. 630 pagg.

Iniurii eſſe videremur in lectores noſtros, ſi hoc magni LINNEI opus pluribus efferre auderemus, vel multi eſſemus in explicanda huius verſionis bonitate: Haec enim ſatis nota ſunt. Incipit haec pars ab genere 1032. et pergit vsque ad 1095. Quae reſtant, ſpondet humaniſſimus bibliopola, breui editum iri. Figuris exprimitur *Prenanthes laciniata lanceolata, iaponica, denticulata, Cnicus pygmaeus, Atractylis anguſtifolia, Ethulia paniculata, Gnaphalium aureum, arenarium, Tuſſilago iaponica, Arnica Gerbera, Conyza pſilla, Erigeron capenſe, Chryſanthemum atratum, Cotula pumila.*

I

Ueber das Studium des Homers etc. i. e. De ſtudio Homeri in ſcholis inferioribus et ſuperioribus. Lipſ. ap. Cruſium. 1783. pagg. 348.

Auctor nomen ſuum in fine praefationis poſuit, ANDR. HENR. SCHOTT. Liber iuuenem prodit, amore Homeri vehementer captum, eiusque ac veterum omnino ſcriptorum ſtudio politum. Summam tradit literaturae Homericae; de legendo poeta, et optima ratione legendi, et explicandi ſubſidiis exponit; multa adoleſcentibus vtilia ſcitu monet; multa ex aliis ſcriptoribus de ingenio temporis Homerici, de lingua Homeri et natiuis carminum eius veneribus transfert in rem ſuam; ne multa, talis eſt liber, vt et perlegi mereatur a bonarum literarum ſtudioſis, lectionem poetae inchoaturis, et virum promittat, aliquando ſcite verſaturum in antiquitatis monumentis explicandis, ſi demum ad maturum ingenii robur peruenerit, atque eruditionis opes et plures comparauerit et bene digeſſerit. Iam enim adhuc feſtinantius multa effundit, quae olim nolet ſibi excidiſſe; iudicis ſaepe perſonam agit, quam aliquando virilis modeſtia deprecabitur; veris falſa, certis incerta, probabilibus dubia miſcet, quae omnia mox rectius diſcernet acies

exercitata; ſermonis quasdam elegantias, nuper demum a quibusdam vſitatas, captat, atque in deliciis habet, quas ſtilus ad meliora exempla conformatus olim retractabit.

Abhandl. über den beſten Schuh, h. e. PETRI CAMPERI comm. de bono calceo, e ling. Belg. transtulit IOS. FRANC. *Nob. de* IACQVIN. Vienn. ap. Wappler. 1782. 8. pagg. 56. c. figg.

Profeſſus quondam erat cl. CAMPERVS, medicum medice poſſe vel de ipſis calceis ſcribere, cum ſecundum HORATIVM *calceus pede maior ſubuertat, minor vrat*; negarant auditores, ſe hoc facturum; fecit ergo more ſuo, i. e. docte ac conuenienter rei, vt eum quidem ſutrinum non inueniſſe, attamen vſui magis aptaſſe exiſtimes. Praeuia explicatione pedis, eiusque forma et greſſu, perſequitur dotes boni calcei, qui ita comparatus eſſe debet, vt longior ſit pede, et ſolea latior, vt ſuus cuique pedi aptetur, apex rotundetur, ac paululum inſurgat, finis humilior ſit et ſub calce veluti elongatus, denique corii partes eam habeant proportionem, vt ſuperna vinctura arcte inſideat oſſibus cuneiformibus. Id quod figuris vberius expreſſit. Quae

qui

qui legit, cl. CAMPERO (puto) non ſuggeret illud: *ne ſutor vltra crepidam;* at vereor, ne ſutores talis iudicii auctoritatem negligant atque ſpernant. Mordicus enim tenet id genus hominum, quae imberbes didicere, et nolunt ſenes perdenda fateri. — Alia verſio, eaque melior, ex officina librarii Nicolai Berolinatis prodiit.

Abhandlungen zur Geſchichte der Inſekten. h. e. CAROLI L. B. DEGEERII commentationes entomologicae. E Gall. vertit, et notas adiecit EPHR. GOEZE. Vol. VII. et vltimum. c. 49 figg. aen. Norimb. ap. Raſpe. 1783. 4. 275 pagg.

Iam ſatis nota eſt DEGERII hiſtoria inſectorum, eiusque in perſcrutandis minimis accuratio, nihil vt amplius ad laudem gloriamque eius vberiorem accedere poſſe videatur. Inſunt vero huic volumini pulex, lepiſma, podura, termes, pediculus et ricinus, acarorum familia, araneae, ſcorpio, cancer, monoculus, ſquilla, oniſcus. Inde a pag. 210. ſequitur appendix, inſtar ſpicilegii, quod deſcribit *ſphingem filipendulam L. ichneumonem catatorem et rufum, phalaenam claviped. fuſco-nebuloſam, perlam cylindricam* cet.

et praeterea quaedam inſecta promo bonae ſpei propria et a SPARMA miſſa. Speramus non ſolum, verum (fidimus, fore, vt hiſtoriae naturalis ſl gratias habeant cl. GOEZIO ob imp diligentiam, et bibliopolae ob larga man catos ſumtus.

III. De libellis academicis et ſcholaſ

Ienae a. d. 16. Aug. doctam et magn diligentia conſcriptam Diſſ. *de aeris fi medico nuper celebrato*, 39 pagg. edidit IO. NYBERG, Reualia-Liuonus. In oemio nominauit potiores ſcriptores; haec egit in ſect. I. *de aeris fixi natura candi viis et viribus*, ſect. II. *de morbis, i bus profuit aer fixus*, quae complectit ductum VOGELII *morbos internos* ci 33. *externos* vero 4. denique in ſect. I *cautionibus in aeris fixi vſu vel defen vel reiiciendo adhibendis*. Hicce libellus continet, quicquid medici ſcire intereſt (ris fixi virtutibus, quas nuper quidem in ſius collaudarunt; ſed iudicium ſcriben redit, non adeo certas eas eſſe, ſed maxi partem limatiori egere vſu atque experi et fore aliquando, vt vileſcat iterum I diuinum medicamentum ſcilicet.

I

Regiomonti nuper egregia diſputatio ven-
a eſt: *Animaduerſiones nonnullae anato-
o-phyſiologicae in doctrinam neruorum,*
uſ. IO. DAN. METZGER, *reſp.* SAL.
LIGO. 1783. d. 15. Mart. 50 pagg. Notae
it nuperorum anatomicorum, DELLA-
)RRAE, PROCHASKAE, MONROI et
)NTANAE, diſceptationes, vtrum globu-
ſa ſit cerebri neruorumque ſubſtantia, an
ris conuolutis conſtet. Illud priores affir-
ant, hoc poſteriores; medius, tanquam e
bunali ſedens iudex, intercedit cl. METZ-
ER, et poſt ſex experimenta ingenue profi-
ur, ſe magis a FONTANAE partibus ſta-
debere, diſſenſum tamen facile tolli, certo
nui poſſe. Deinde multis docet, neruo-
m vim in ſenſu eſſe poſitam, infirmam et
labilem eſſe eorum vibrationem, ſpiritus
imales nullos, quia adſpectus repugnat, nec
isfacit rei, neque ab analogia, ab phaeno-
enis poſt ligaturam, preſſionem ac caeſu-
m, ab ſanguinis ad cerebrum aditu, aliquid
peti oportere; neruos ergo eſſe ſubſtantiam
ilpoſam ſenſiliſſimam, et nutrici ſanguine
uc delato. CAMPERI colliſionem neruo-
um ingenioſam magis, quam veram eſſe;
ondum tamen liquere, vtrum ſucco nerueo
lectricitas, an magnetiſmus animalis MES-

MERI,

MERI, an vis vitalis GAVBII iure attrib
tur, eaque duplex appelletur, vis neruea
irritabilis. Hactenus bene ac lucido ordi
vt ab tali tantoque anatomico deſideres.
Eiusd. proluſ. inſcribitur: *de controuerſa*
brica muſculoſa vteri diatribe, 8 pagg. et
experimenta naturae conſentanea docet,
bras illas muſculares, quas nuperrime cl. L
DER viderat et tabulis aeneis expreſſas de
rat, non eſſe reuera tales, ſed mere cellu
ſas, neque vero deſperandas prorſum vid
illas, cum et res, et actio tales ſperare
beant. — Idem vir cl. ſcripſit proluſione
de pulmone dextro ante ſiniſtrum reſpirante
ſeruatio; qua oſtenditur, pulmonem dextru
vere primum ſpiritum attrahere, ſerius ſi
ſtrum. Quae quanti interſit ſcire in medi
na forenſi, per ſe intelligitur.

Diſſ. *de plethora*, *praeſ.* ANDR. IO. O
LOVIO, *reſp* ALEX. MAGNVS, a. d.
Mai. 15 pagg. Ieiuna repetitio huius capit
vt in pathologia explicari ſolet a magiſtris
triuio ſumtis, quae niſi plenior et vſui aptio
eſt in praelectionibus cl. ORLOVII, dol
mus iure noſtro audientium patientiam et i
ritam diligentiam. — Proluſionem ſcripſ
cl. METZGER, *de non negligendo lingu*
latinae et bonarum literarum ſtudio, ſatis b

na

et eleganti profeſſore dignam. Sed ſur-
aribus narratur fabula.

ſſ. chem. ſiſtens *docimaſiam concretionum*
nnullis oleis aethereis obſeruatarum, praeſ.
. GOD. OFR. HAGEN, *reſp.* CAR.
ISTOPH. HOFFMANN, a. d. 17. Iul.
igg. Ventrem libellus habet, non ani-
i. Quicquid vero boni ineſt, et lippis ac
oribus notum eſt ſcilicet, et ex GOETT-
GIO atque WIEGLEBIO ſuintum
:. Magnus ergo auctor eſt, qui nomen
mam ex alienis meritis quaerit, vt tan-
ad exemplum implumis hominis Plato-
nudus appareat. Nam pharmacopoea
tota, quanta quanta eſt, WIEGLEBIVM
t. — Proluſ. dedit cl. ORLOVIVS, *de*
ce peruuiano rubro, 8 pagg. Si quis velit
ex ſcriptione penitius noſſe corticis rubri
s ac vires, vehementer fallitur. Plura in-
de cortice generatim, praetereaque nihil
parum.

---

ipſiae MICH. WEBER, V. Cl. orationi,
munus Prof. theol. extr. menſe Febr. h. a.
icatus eſt, proluſit diſputatiuncula *de in-*
tiua ac nimia lectionis emendandae cura,
. 22. in qua id ſe egiſſe profitetur, vt
non-

nonnullis virorum doctiſſimorum et criticae artis intelligentiſſimorum, ERNESTII, CAPPELLI, BENGELII, SEMLERI, *peccatis commemorandis, futuros interpretes a peruerſitate iſta critica, quae libidinem potius fortuitumque impulſum, quam certas atque idoneas leges ſequitur, vel integros retineret, vel errantes reduceret, et vt paucis exemplis iisque exquiſitioribus illos, qui ſtudium criticum non ſine laude recte moderari cupiunt, doceret, quid in primis eſſet vel vitandum vel ſeruandum.* Agite igitur, accipite arrectis auribus peruerſitatem iſtorum Criticorum, quos ſuperſtitioſe admirari merito detrectatur Cl. A.; neque apud doctos opus erat, pluribus hoc excuſare, niſi ſatius fortaſſe fuiſſet, eorum in locis feliciter ſanandis laudes et virtutes grata mente aemulari. Disiunxit vero exempla peruerſae critices in duas partes. Primum enim intempeſtiuae ſ. plane non neceſſariae emendationis allegat duo *exempla humana* et vnum *diuinum*: ſic nempe βραχυλογως vocare ſolet loca e *ſcriptoribus profanis* aut *ſacris* deſumta. In his laudat primum Ciceronis verba, Tuſc. Quaeſt. l. I. c. 13. „Quis eſt igitur, qui ſuorum mortem non eo lugeat, quod eos orbatos vitae commodis arbitretur? Tolle hanc opinionem: luctum ſuſtuleris. Nemo

enim

moeret *ſuo incommodo.* Dolent *for-*
et anguntur: ſed illa lugubris lamenta-
letusque moerens ex eo eſt, quod eum,
a diliximus, vitae commodis priuatum
ramur, idque ſentire." — Hic ſubo-
it ERNESTIO, v. *fortaſſe* eſſe vitioſum,
in re minime dubia ſit additum, neque
en corrigere audebat, deſtituentibus libris.
quidem docuit Cl. A., *fortaſſe* non ſem-
inuoluere dubitationem, ſed quibusdam
ocis ſignificare *quidem,* germ. *freilich wohl.*
d vero pro *ſuo incommodo* legendum eſſe
et *ſuorum commodo,* re ipſa, vt ait, atque
ione poſtulante, ERNESTIVMque ideo
t, in hoc nobis contra ſua ipſius praece-
peccaſſe videtur, cum recte ſtatuat, „*ſi quis*
non ſatis intelligat, non praecipitanter de
udanda lectione eſſe cogitandum." *Moe-*
m plus ſignificare quam *dolorem,* conſtat.
erorem minui, Cic. ait alicubi, *dolorem non*
ui. Hoc igitur voluiſſe Cic. videtur: „ne-
in ſuorum obitu ob id ſolum *moeret,* quod
e ipſe patiatur aliquid incommodi; hoc
e talem moeſtitiae gradum requirere non
etur, qualem conſpicimus in iis, qui ſuo-
mortem lugent: *dolent* fortaſſe et angun-
, ſcil. ſuo ipſorum incommodo, cum ſe
rum conſuetudine priuatos vident; ſed

illa

illa lugubris lamentatio, illud vehementiſſimum doloris genus inde oritur, cet. Hanc opinionem ſi tollas, ſi non dolorem, luctum ſaltem ſuſtuleris.„ Pergamus ad alium locum e Cic. Tuſc. Qu. l. I. c. 31, quem parti ſecunda Diſp. allegat Cl. W. vbi nimiae, lectionis emendandae, curae exempla profert. Verba Cic. haec ſunt: „Tantum abeſt, vt malum mors ſit, quod tibi dudum videbatur, vt verear, *ne homini nihil ſit non malum aliud certe ſed nihil bonum aliud potius*, ſi quidem vel Dii ipſi, vel cum Diis futuri ſumus.„ E. ſubiecerat: „hoc non capio, nec incorruptum puto„ Hic itidem nimium fuiſſe E. in emendando, aſſerit Cl. A. cum ille tamen nihil emendet, et modeſte potius fateatur ignorantiam; W. vero ipſe locum ab omni corruptione liberum eſſe negat. Nempe mutata verborum interpunctione, ab editoribus perperam turbata, ſic reſtituit locum: „vt verear, ne homini nihil ſit non malum aliud, certe ſed nihil bonum aliud potius.„ Vertit: „*vielmehr fürchte ich, daſs der Menſch gar kein anderes Gut habe, wenigſtens doch kein gröſſeres*.„ Quae ſententia quomodo ex his verbis fluat, equidem non video, niſi forte novo more iungas *non-malum*, vt inde eruas *bonum*. *Sed certe* apud Cic. coniungi, meminiſſed

utato ordine *certe ſed* pro *certe tamen*,
nemini, neque exempla attulit W. Nil
faciliori ratione verba ſic diſtingui et
ari poſſunt, vt comma poſt *certe* ponas;
non per *quoduis*, vt vulgo, *potius* ad
que comma referas. Sententia tunc
naec: Vereor, ne mors omnium, quae
mines cadunt, malorum *certe* (i. e. ſi
malum cenſendum eſt) ſit minimum,
oduis aliud malum maius ſit et grauius,
contrarium potius ſtatuendum ſit, ne-
mpe nullum eſſe praeſtantius bonum,
lem, cet. —

Sch.

---

irceburgi d. XVI. Aug. *De eo, quod cir-
ſam parochi audiendam iuſtum eſt*, prae-
D. ANTON. IOSEPH. ROSSHIRT,
onſequendo licentiatus theologici hono-
putauit PETRVS LVDWIG, Phil. D.
104. 8.) Materiam diſciplinae eccleſia-
non leuem, ſed multis veterum docto-
e conciliorum ſententiis, in primis vero
i Tridentinae decreto Seſſ. XXII. cap.
nobilitatam, auctor erudite pertractauit.
agit de primaeua *diſciplina miſſae paro-*
et ex paroeciarum origine et notione

bonis Epiſcopis et conciliis renoua
commendatum, vsque ad ſec. XII
diendo, enarrat. *Secundo* capite
rum geſtarum et diſcordiarum cir
parochi in Germania refert. Nimi
ceſſa monachis, Praedicatoribus
nonnullis Pontificibus priuilegia p
temporis interuallum in variis prou
parochorum et veterem diſciplin
perturbarunt, multisque per varias
querelis, et controuerſiis, deliberati
legibus, quibus iſti malo ſuccurrere
ſionem praebuerunt. Capite *terti*
canda mente concilii Tridentini
eamque iniungere parochialibus
di ſuae parochiae miſſas, eruit prin
bis ipſis, dein e literis paſtoralibus

arburgi proluſionem priorem: *De di-
ra Romana* (pl. 3. 1783.) prodire iuſſit
H. CONR. CVRTIVS, V. Cl. eaque
argumentum, etſi a multis varie perſcri-
ı, ex integro et pro ampla, qua pollet,
uitatis Romanae peritia, rectius diluci-
que diſputauit. Exemplum huius digni-
primum Romanos petiiſſe ab Halicar-
ıſium αἰσυμνήταις, vel Theſſalorum ἀρ-
, vel Lacedaemoniorum ἁρμοςαῖς, quip-
mnibus his tyrannicam poteſtatem hone-
e nomine circumuelatam tenentibus; Dio-
o Halic. (Ant. lib. V. p. 337.) non credit,
ſub dictaturae initia nulla aut rara Ro-
ı inter et Graeciam intercesſit conſuetu-
aut ſimilitudo et aemulatio morum, ne-
petenda res erat e longinquo, quae in
ıia omnium obuerſabatur oculis. Apud
ıños, Fidenates, Tuſculanos, aliosque Ita-
populos, Dictatorum viguiſſe imperia, ca-
dubio. Ab Albanis igitur eam Romanos
mutuatos et Licinii Macri (ap. Dionyſ.)
toritate et origine Albana nobiliſſimarum
tium Romanarum, Seruiliae, Cloeliae, alia-
ıque, Romam traducentium patrios mo-
ititur. Nec Suffetes Carthaginenſium
ı Dictatoribus comparandi ſunt; illi enim
erant, annui, ideoque ordinarii magiſtra-

 tus,

tus, nec Aſiarchae Aſiae minoris; hi c
ludorum ſacrorumque curam tantum g
bant: nec Achaeorum Demiurgi vel Cre
ſium Coſmii; vtrorumque enim decem c
ri mos erat. Hinc egreſſus, cur introd
primum haec dignitas fuerit, breuiter, et c
ſequior aetas a dictaturae origine abhor
tia inuexerit, prolixius tradit, apte poſita
ferentia inter Dictatores adulta republica
indefinite, vel ad certum quemdam et de
minatum finem creatos, velut clauo fige
ludis faciendis et mappae mittendae, com
habendis, quaeſtionibus exercendis, lege
ſenatui. Hinc factum, vt duo aliquando
poſſent ſimul Dictatores. Indefinite cr
latius pedetentim conceſſum eſt arbitri
non tamen plane nullis circumſcriptum l
tibus. Ius vitae et necis eos habuiſſe, tam in
ſtris quam in vrbe, et ius conſulere, quod
debant, et faſcibus inſertae ſecures argum
ſunt; bellum ſuo quidem conſilio et
gerebant, non autem pro arbitrio indi
nec pacem et foedera, niſi auctoritate S
tus, pangere poterant; aerario pro arbi
vti, leges conſtituere, honores mandare
haud licebat; prouocationi ab illis locum
ſe, Pomponius negat; verum et lex, poſt c
damnatos Decemuiros lata, ne quis vl

agiſtratum ſine prouocatione crearet, et ex-
npla quaedam, etſi rariſſima, interceſſionis
: prouocationis, Feſti ſententiam contrariam
onfirmare videntur. Vulgo addunt, ne ni-
nios ſpiritus duceret Dictator, nec Italia ei
kuiſſe egredi, nec equo vehi. At primis
Dictatoribus ſane nihil rei extra Italiam agen-
lum, lege igitur, ne exirent, opus non erat;
oſtea autem non potuerunt, niſi hoc ipſo
onſilio, vt extra perdomitam iam Italiam
ella gererent, creari; quare Dionem Caſ-
um, apud quem Catulus Dictatori nullum
ſe dicit imperium extra Italiam, deteſtabili
iterum hiſtoricorum more ex ingenio hanc
rationem finxiſſe, apparet. Equo inſiden-
ius haud fuiſſe Dictatori, Plutarchi teſti-
onio nixi multi contendunt; inepte ſatis,
um in primo de dictatura S. C. huius rei
illa fit mentio, et primi Dictatores equis vſi
ſe leguntur. Interim coniecturam promit
.. CVRTIVS haud improbabilem, etſi nul-
veterum teſtimonio ſubnixam, nimirum,
tum equo vehi equeſtris ordinis decus eſſet,
endentibus autem Patriciis C. Martius Ru-
us de plebe legeretur Dictator, eum fortaſſe
.populum tuliſſe, vt ſibi dignitatis cauſa e-
uo vehi liceret; obtinuiſſe eundem hono-
m poſtea alios plebeios; hinc fortaſſe mo-

rem inualuiſſe, vt et alii originem rei ne
tes iſti ſe attemperarent conſuetudini.

IIII. Noua literaria.

Pariſiis regia inſcriptionum et bon
literarum academia numiſma aureum, *L*
aequans valore, deſtinauit optime diſc
hanc quaeſtionem: *Qualis erat ſtatus*
turae Romanorum a bello primo Punico
ad imperium Conſtantini magni. Mitt
ſunt commentationes, in cenſum ventur
cl. DACIERVM, acad. ab epiſtolis, ant
Iul. 1784. Eodem anno menſe Nou. ſe
tia feretur a cenſoribus.

Viennae IOSEPHI ſapientia curam
erae euangelicorum per Auſtriam inferi
Stiriam, Carinthiam et Carniolam com
titulumque Superintendentis gratificat
FOCKIO, coetus euangelici, qui Vien
congregat, paſtori primo; viro non
doctrinae et facundiae eximiae, verum
virtutibus animi egregiis, modeſtia, p
tia, pietate, induſtria, dudum nobis p
ctiſſimis, ad graue illud munus prae
maxime idoneo.

Berolini Cl. BERNOVLLI editurus eſt *Geographiam Indiae,* (h. e. Indoſtaniae) accuratiſſimam, perfectiſſimamque et in ipſa India conſcriptam a IOSEPH. TIEFFENTHALERO, olim Soc. Ieſ. latine, nunc in vernaculum ſermonem translatam, et multis aliis commentariis, ad eamdem materiam ſpectantibus, locupletandam, ac tabulis geographicis exornandam. Duplicis generis exempla huius libri ſimul prodibunt; alterum enim formae quadratae, chartae Hollandicae, circiter XL figuras; alterum octuplicatum, chartae et pretii vilioris, tres quatuorne ſaltem continebit.

Deſſauiae edentur: *Zeitungen aus der mittlern Welt,* ad modum rationemque *ephemeridum hiſtoriae antiquioris,* ſatis iam cognitarum. Incipient auctores hanc narrationem ſynchroniſticam ab A. C. 1165. Pretium annuum (h. e. plagularum LII.) eſt *duor. imperial. thaler.*

IACOBVS PRICE tentaminibus Chryſopoetias et libello hac de re edito celebris anno aetatis XXVI ſubita morte extinctus eſt. Dicunt ex vitae taedio ob irritos puluerem ſuum producendi labores orto virum praeclaris ingenii dotibus et doctrina excellentem opibusque affluentem fatum, epota aqua *Pruni laurocerafi* L. deſtillata, acceleraſſe.

Wirceburgi munus theologiam profitendi ordinarium, nuper vacuefactum, nactus eſt D. ADAM. ONYMVS, vir doctiſſimus. Orationem auſpicalem habuit *de Iudaeorum ſuperbia nationali.*

Mitauia Petropolin conceſſit Cl. IO. IAC. FERBER, vocatus ad mineralogiae docendae munus.

Leodii ſub finem Iunii viuere deſiit LOYDIVS, Anglus, olim cohortis Auſtriacae tribunus, famam nactus edita belli tertii Sileſiaci hiſtoria, in patriam linguam nuper translata a TEMPELHOFIO.

Muhlhuſae obiit d. XVIII. Iul. meritiſſimus gymnaſii Rector, GODOFR. CONR. BÖTTGER, annum aetatis LXXVIII. iam egreſſus. Succeſſorem eſt nactus BENIAM. GODOFR. STÜLERVM.

V.

Stricturae in S. R. DOEDERLEINII notitiam de Bibliorum Kennicottianorum Tomo altero atque eiusdem KENNICOTTI diſſertatione generali in V. T. recuſa a BRVNSIO. v. *Bibl. Theol. 2. Band. 7. u. 9. Stück*

Eſſ

Etſi inutile fortaſſe multis videatur, aliorum iudicia de libris nouis lata fuſius examinare, erroresque commiſſos caſtigare: tamen et libri, de quo agitur, dignitas, et cenſoris fama, quae facile aliis imponere poſſit, vt nimis ſecuri ei fidem habeant, et deſiderium, quaedam rei criticae capita illuſtrandi, meque contra nouos impetus defendendi, effecerunt, vt libere, quae mihi in libellis Doederleinianis ſupra citatis reprehenſione maxime digna videbantur, notarem. Mihique ipſum auctorem gratiam habiturum eſſe ſpero, quod abſterſis maculis magis nitidos reddiderim libellos, dignosque, qui hominum manibus terantur.

P. 486. DOEDERLEINIVS falſo KENNICOTTVM opinionis poſtulat, Keri et Chetib varias eſſe lectiones ab Ezra ſociisque ſynagogae magnae corrogatas et in exemplaria relatas. Iterum, rogo, legat §. 20. diſſertat. gener. perſpicietque, KENNICOTTVM non ſuam, ſed aliorum, referre ſententiam. P. 487. *quis, quaeſo, definire audet, num Samaritanus interpretando textum corruperit an Iudaeus abbreuiando?* Huic quaeſtioni viri rei criticae periti dudum reſponderunt. P. 489. de diſcrepantiis codicum Orientalium et Occidentalium loquitur, quas maximam partem

in punctis vocalibus occupatas eſſe vult. A
tantummodo ad literas ſpectant. P. 498. contr
KENNICOTTVM, qui Symmachum a
ctorem habet corruptionum textus Hebrai
in Chronologiis, diſſerens interrogat, qui fi
ctum ſit, vt Symmachus Samaritanus Iudaei
in ſuas partes traheret. At notum eſt ex hi
ſtoria, Symmachum ad Iudaeos tranſiiſſ
priusquam ad vertendos libros Biblicos a
mum appuliſſet. P. 512. Kennicottianam n
tionem, quam in diuidendis hemiſtichiis ſ
cutus eſt, non aſſequitur, eamque arbitraria
et temere factam pronunciat. Melius ſan
egiſſet KENN. ſi vel textum plane non ſt
chis diuiſiſſet, vel rationes diſtributionis ind
caſſet. Sunt enim ſaepenumero eiusmodi,
erui nequeant, quia emendatio textus hic ill
ex mera coniectura praecedere debet. V
rum ſi KENN. Iud. V, 13. lineam finit ve
bis לאדירים עם facile coniici poteſt ex KEN
mente legendum eſſe לאדירי עם, quam l
ctionem in textum, quia Hooghtianum v
que exprimere promiſerat, recipere meri
veritus eſt. P. 526. ſatis infeliciter, vt vi
tur, ſuſpicatur, LXX in codice ſuo Hebrai
inueniſſe יקחת, cui reſpondeat προσδοκια ε
νων, *Eum gentes recipient.* Linguae et H
braicae et Graecae vis infertur. Nomen en
יקחת a rad. לקח monſtri quid alit, et πρ

ἐκκεια exſpectatio vertenda eſt, non *receptio*. P. 527. recte mendas quasdam typographicas textus Samaritani expiſcatus eſt; at fallitur, dum Ex. II, 23. ויאנחו inter operarum errores refert. P. 338. a KENN. codicem 207 in notis ad Pſalmos citari queritur, etſi hunc librum Biblicum non contineat. At continet omnino. Vid. KENN. diſſ. gener. p. 460. edit. recentiſſ. P. 644. ſignificationem הבב *profectus eſt*, a ſe confirmari non poſſe affirmat. At adi Caſtellum, qui vertit הבב Ar. *venit, prodiit alicunde*. P. 657. magnam auctoritatem tribuit codici 9. Sed eſt certiſſime triobolaris, *πονηρȣ κομματος*, nulli frugi, maxime ſordidus. Ipſe eum contemneret DOEDERLEIN. ſi vidiſſet: quod quouis pignore certare auſim. Omiſſiones, quibus abundat, ſcribae ſunt *παροραματα*, qui vel ipſis literarum ductibus bipedum ſe negligentiſſimum et abſurdiſſimum prodidit. Mens meminiſſe horret faciem huius codicis. P. 659. KENNICOTTO aſſentitur, qui codicem 30 *praeſtabilem* appellat. Vocem כל in hoc codice 2 Reg. III, 6. perperam omiſſam eſſe, auctoritate mſti Syro-Hexaplaris probaui *Repertor*. P. IX. p. 162. Quas ex hoc codice laudat varias lectiones DOEDERL. mendae mihi potius videntur, quam lectiones textu recepto meliores. Ieſ. XIII, 2. באפי ſcribitur pro ויאפי.

אֹשֶׁר, quoniam illud in Bibliis ſaepe, hoc ſemel occurrit; et XLIII, 19. מים pro impre דרך, quia מדבר מים haud ſemel extat Ieſaia, מדבר דרך non niſi citato loco. XCII, 16. inſeritur דבר ante יהוה, quia h locus permutatur cum Pſ. XXXIII, 4. Pro XXI, 6. מבקשי בית, vel ex XIII, 14. XIV, vbi haec φρασις occurrit, (מבקשי מות ſem tantum in vniuerſis Bibliis legitur) vel ex ſcho lio Iarchiano, quod memorat ARNOLD in 1. Beytr. z. Kr. u. Ex. p. 142. ortum e Idem ſcholion extat in edit. Norziana, atqu mea αἰθλειψίας, quam mihi ignoſcant veli DOEDERL. aliique, factum eſt, vt code 300 ad h. l. in Bibliis Kennicott. omiſſus ſi En notam Norzianam: שון ר"ש פעל צרות להרבות הון ברשין שקר דבר נדף כגון מוקשי מות עד כאן · דומה שהיה כתוב בספרו מוקשי במקום מבקשי. Ait R. Sa lom. Iarchi ſtudium theſaurorum ad augend opes ſermone mendaci eſt halitus agitati et laqueos mortis. hucusque Iarchi. Veriſimile in codice eius ſcriptum fuiſſe מוקשי laqui pr מבקשי quaerentes. Proferat aliquis vel e hoc vel ex quocunque alio codice lectionem quae cum vetuſtis verſionibus conſentien non ad omiſſiones referenda ſit, neque ex lo corum parallelorum mutatione orta, neque Rabbinorum commentariis vel allegorii

el literalibus deſumta; meque facile ceſſu-
rum eſſe ſpondeo grauitati et dignitati iſtius-
modi lectionis. P. 660. parum veriſimile
videtur DOEDERLEINIO, Saadiam Gao-
nem Iobum Arabice vertiſſe. Sed conſulat
velim *Repert.* T. XI. p. 110. P. 661. me male
intellexit. Scripſi in diſſ. gen. p. 354. No. 39.
et 206. *nullius pretii Simonio, recentiſſimus
Houbigantio habitus conſentiunt* etc. Satis,
credo, patet, iudicia Simonii et Houbigantii
de cod. 206 afferri. At ad cod. 39 traxit Vir
S. R. P. 666. quae de cod. 96 ſcripſeram,
poſtquam plus vice ſimplici Doederleinianas
animaduerſiones perlegi, nondum mihi in-
ducenda videntur. Iudicent alii. P. 667. co-
dicem 109 ſingularem perhibet, cum Sama-
ritano textu valde conformem, et ſupplemen-
tis ſcatentem. Retuli in ſchedis meis de hoc
codice, Germanicae originis eſſe, et paraphra-
ſin Chaldaicam minuſculo charactere He-
braico textui iuxta poſitam eſſe. P. 669. con-
tendit, codicem 155 e ſeculo XII. eſſe. Sed
hoc non elicitur ex ſubſcriptione, quam in-
tegram exhibui p. 402. nouae editionis diſſ.
gener. P. 672. nimium a me laudari putat
codices a Iudaeis Hiſpanis ſcriptos, quos ſo-
lum antiquiores eſſe nemo contenderit. Hos
a textu recepto raro recedere, inter omnes
conſtat. Atque Maſoretico textui, non co-

dicibus

dicibus Germanicis concinunt mſſi Hexapla-res, vti in notis Hexaplaribus Repertor. T. IX vel X. multis et memoratu digniſſimis exemplis demonſtraui, omnes, quotquot extant, codices Hebraicos aetate multum ſuperantes. Deinde, quum obſeruationes meae in edit. Soncinenſem a. 1488 curatam a DOEDERLEIN. impetrauerint, vt eam ob multa, quibus ſcatet, vitia typographica (typographica equidem non dixerim) plane inutilem pronunciaret p. 671. neſcio quare mecum de codicibus Hiſpanicis et Germanicis certet. Illi enim his praeferendi ſunt, quia maior ſcribarum cura et diligentia in iis conſpicua eſt; nam Germanici fere omnes tot tantisque vitiis vbique paginarum ſcatent, vt, ſicut hominum teſtimonia reiicienda ſunt, quos ſaepe mendacii reos peregiſti, ita etiam codices in infimo teſtium loco ponendi vel plane tollendi ſint, qui apertiſſimis vitiis abundant. P. 673. me ipſum auxiliumque, quod KENNICOTTO praeſtiti, accuſat. Breuis eſſe laborabo, quum de me res agitur, quem, etiamſi multis DOEDERLEINIVS perſuaderet, conſcia mens recti ſatis tueretur. Falſum igitur eſſe teſtor homines Deosque terram caelumque, me non tanta animi contentione pro KENNICOTTO laboraſſe, quantam omnes illae rationes a DOEDERLEINIO citatae,

t quotquot excogitari poſſent, flagitauerint. Cum doctrina ſatis inſtructus communem um KENNICOTTO laborem ſuſceperim, eſtes ſunto, quae reuera praeſtiti. Vtinam omnes, qui de meis qualibuscunque meritis et ſcriptis iudicent, cura, doctrina, humanitate praeſtantes huic negotio ſe accingant!

P. I. Bruns.

INDEX.

I. Anecdota.

Epiſtolae quaedam ad Martinum Chemnitium. p. 193

II. De libris nouis.

1. Moſ. Mendelsſohn *Ieruſalem* etc. p. 199
2. Io. Geo. Herder *Geiſt der Hebr. Poeſie*, T. II. p. 216
3. Iac. Frid. Fedderſen *Sittenbuch.* p. 223
4. De la Croix *über den Urſpr. des geſellſch. Lebens.* p. 227
5. Herm. Frid. Koecher noua biblioth. Hebr. P. I. p. 237
6. Io. Lebr. Schmucker *chirurg. Schriften*, T. III. p. 241
7. E. G. Selle *Beytr. zur Natur- und Arzneywiſſenſch.* P. I. p. 243
8. Maret *von Mitteln wider die Wuth der Pocken.* p. 244

9.

9. Nou. Teſtam. ed. Io. Beni. Koppe, Vol. IV. p. 244
10. I. C. Velthuſen *Predigten, Homilien* etc. p. 258
11. Eiusd. *Grundriſs der chriſtl. Sittenl.* p. 261
12. Ei. doctrinae chr. primae lineae. ibid.
13. Linné *vollſt. Pflanzenſyſtem*, Tom. XIII. p. 262
14. *Ueber das Studium des Homers.* p. 263
15. Petr. Camper *über den beſten Schuh* p. 264
16. Carl Degeer *Geſch. der Inſekten.* p. 265

III. De libellis academicis et ſcholaſticis.

1. Io. Nyberg. p. 266 2. Io. Dan. Metzger. p. 267 3. Andr. Io. Orlow. p. 268 4. Car. God. Hagen. p. 269 Mich. Weber. p. 269 Petr. Ludwig. p. 273 Mich. Conr. Curtii. p. 275

IIII. Noua literaria. p. 278

V. P. I. Brunſii ſtricturae in Doederleini cenſuram etc. p. 280

Legendum: Pag. 198. lin. 8. ſuſpicionum, l. 23. ſeruari. p. 199. l. 4. humanarum. l. 6. exſpectare. l. 13. licet in interpr. p. 201. l. 15. ſententiam lectorum iudiciis. ib. aggrediatur. p. 202. l. 1. non ſolum vnic. p. 207. l. 19. oblata. l. 21. excitaſſes. p. 210. l. 15. qua nullo diſcr. p. 211. l. 9. Muhammed. p. 214. l. 15. liceat.

NALES LITERARII.

OCTOBER
ANNI MDCCLXXXIII.

I. *Anecdota.*

De editionibus M. T. Ciceron. Offic. Mogunt. a. 1465. et a. 1466.

Differre binas iſtas editiones DAVID. CLEMENT. *Biblioth. curieuſe* T. III. p. 135. ſte monuit; atque in eadem eſt ſententia ONRADVS HEVSINGER V. Cl. in praeione nuperrimae editioni Ciceroniani libri offic. praemiſſa, P. XXVI. ſecus ſtatuente AITTAIRIO. Tegumenta librorum biiothecae publicae Helmſtadienſis pro more oſtro attentius conſiderantibus nobis ſe oblit folium membranaceum, cui impreſſa unt poſtrema verba libri prioris de officiis, itiumque ſecundi ad c. 2. *aut haec ars eſt aut illa* in binis prioribus paginis, atque in bis poſterioribus c. X. *conſtet a meque ipſo,* ad XI. *qui vendunt, emunt, conducunt.* Hoc lio cum editione Moguntina a. 1466. cuius

elegantiſſimum exemplum Helmſtadii
tur collato, typorum ſimilitudinem,
rumque initium et finem eundem de
dimus. At orthographiae varietas ſ
mero occurrit e. g. edit. 1466. *multis* :
mltis. *afficiutur*. *afficientur*. *inſtitutio*. i
eſt. *e*. *ſpem*. *ſpecie*. etc. Deinde lin
vbique eodem modo deſinunt et inci
g. edit. 1466. HA - BEAS alia: HAB
p - *ſequar*. *perſequar*. *Sequitur*. *Se*
Hinc ſatis patet, etſi lectionis varietat
lam deprehendimus, non bina exem
dem editionis, ſed diuerſas plane e
collatas eſſe. Fragmenta vero ad e
a, 1465. pertinent, ſi vera eſt obſerua
mentii, hac re editiones 1465. et 1466.
ſtinguendas eſſe, quod illa literam M
mam Graeci Omega inductam in v
Marce referat, haec ordinariam form
neat. Nam litera M figurae Omega
eſt in folio illo, quod bibliopega in
ſuum vſum adhibuit, hodierna vero
gaudet in edit. 1466. Obſtat tamen l
nioni, quod CLEMENT affirmat,
Panaetius in edit. 1465. per *p* minuſcul
bi, ſiquidem in fragmento nomen
maiuſculo exaratum eſt. Sed forta
res tantum editionis paginas inſpexit.

utem fortaſſe, qui hac diſcrepantia inducti putent fragmenta nuperrime detecta non a. 1465. ſed a. 1466. typis excuſa eſſe. Quorum ſi vera eſt ſententia, ſiquidem argumenta nobis non praeſto ſunt, quibus eam refellamus: collatio ſupra memorata argumento eſt, rectiſſime cl. LANGERVM (v. HEVSING. in cit. praef. p. XXVIII.) affirmare; Moguntinas antiquiſſimas editiones eiusdem anni a ſe diſcrepare, quod de editionibus a. 1465. diſertis verbis aſſeruerat CLEMENTIVS l. c. Vt farragini lectionum ex Moguntina editione ab HEVSINGERIS excerptarum leuidenſem aliquam adiiciamus, monemus vtramque prae oculis poſitam editionem l. II. cap. X. pro *pertinent* praeferre *pertinerent;* quae lectio in textum Heuſingerianum recepta eſt.

II. *De libris nouis.*

Almanach für Aerzte und Nichtärzte etc. i. e. Calendarium anni 1784. in vſum Medicorum et Non-Medicorum, editum a D. CHRISTIANO GOTTFRIED GRVNER. Ienae ap. Cunonis heredes 1784. 8. 288 pagg.

Ecce tertium huius calendarii et pernecepti

pluribus, et lectu iucundi annum! Nam
hic vtilia iucundis, vera probabilibus, ea, q
placent omnibus, iis, quas diſplicent ſingu
apte inter ſe commiſcentur, vnde varia et ſ
uis lectio putanda eſt. Sed lubet argume
quam fieri poteſt, breuiſſime percenſ
Praemiſſa eſt, more ſolito, *chronologia med*
ſed nouis partibus conſtans, et *calendari*
nomina viuentium in Germania medicor
continens. Iam ſequuntur reliqua. 1. *I*
graphia continuata. Incipit ab litt. P. et c
littera R. deſinit. 2. *Conſpectus litterat*
medicae. Ad viuum expreſſa imago eſt,
multis non ſatis arridebit, qui veritatem o
runt. 3. *Praeceptum diaeteticum.* Script
eſt ſec. XV. ab archiatro, nec ſine volupt
legitur. 3. *Tabulae mortalitatis.* Habent
non leuem vtilitatem, ideoque peritis pla
bunt. In his adumbratae ſunt *Iena oppid*
et *inſpectio Ienenſis, Apolda, Gotha, Alteb*
gum et omnis ducatus, *Coburgum* rel. et ſi
gulis pagellis expreſſae. 4. *Recenſus profeſ*
rum medicinae. Continet ſupplementum cu
epicriſi. 5. *Biographiae.* HALLERI et D
BOVRGII vitae hic leguntur, ex ſcriptis ſ
cietatis medicae Pariſinae deſumtae. 6. *D*
mus peſtilentialis. Auctor eſt cl. GRVN
RVS, vt talia aedificia, quae inde a peſtil
... t

tia priſtini ſeculi vacuefacta ſunt, iterum ciuium vſui tradantur, quippe prorſum innoxia. 7. *Multitudo adiutorum in noſocomiis.* Ridetur. 8. *Lux in tenebris.* Eſt fabula, ſed non ſine ſale ac acumine conſcripta. 9. *Iusiurandum doctoris medicinae.* Oſtenditur, quam multa vaga et inutilia formulae ſuetae contineant, et noua eaque valde probabilis ſubiicitur formula. 10. *Supplementum tabulis mortalitatis deſtinatum.* Erfordia intus eſt. 11. *Tentorium militare.* 12. *Reſponſio ad quaeſt. propoſitam.* Vide de his a. praet. 13. *Praxis aurea.* 14. *Rara et noua medica.* 15. *Inuenta medica.* 16. *Inſtituta med. et iuſſa principum.* 17. *Quaeſtiones medicae.* 18. *Candidati matrimonii.* Cauere ſtudet cl. GRVNER, ne quis morbo haereditario vel habituali aeger matrimonium ineat, cauendae vel inſanabilis morbi luis gratia. 19. *Docimaſia pulmonum.* Suaſor et auctor vir cl. eſt, vt, cum dexter pulmo prius reſpiret, ſecundum nuperas cl. METZGERI obſeruationes, talia in capite de infanticidio quam diligentiſſime attendantur. 20. *Aquae Bilinenſes.* Commendantur et praeferuntur aquae Selteranae. 21. *Doctor mirabilis.* Scriniarius eſt, qui ſolum nomen chartulis inſcriptum requirit, de reliquo per ſuffimenta curat. 22. *Hiſtoria morbi venerei.* Ferit proxi-

me libellum cl. HENSLERI, qui tecte quidem, at contumelioſe tamen eos habuit, qui de luis venereae origine aliter ſentiunt. Modeſte hinc, ſed ſatis vere docetur, multa inesse precario ſumta, multa falſa, multa denique a vero aliena, in ſumma, magis ſpecioſe, quam recte dicta, eamque ob rem adhuc ſupereſſe ſpicilegium haud contemnendum. 24 *Excerpta ex litteris* rel. Non eſt, quod multis depraedicemus librum, mole paruum, et materiae vbertate inſignem, quem legiſſe poenitebit (putamus) neminem.

Deutſche Uebersetzung des A. T. etc. i. e. Veteris Teſtamenti in linguam Germanicam verſi, et annotationibus in vſum indoctorum illuſtrati, *Pars XIII.* quae comprehendit libros Ezrae, Nehem. et Eſth. opera IOANNIS DAVID. MICHAELIS. Goetting. ap. vid. Vandenhoeck. 1783 4to. pagg. 96. et 130.

Properat ad finem verſio Vet. Teſtam. ante decem et quod excurrit annos a cel. MICHAELIS incepta, quae cum volumine, libros Regum et Chronicorum complectente, abſoluetur. Verſio accurata eſt et fida, ſenſum auctoris repraeſentans, et textui, hinc il-

:x interpretationibus antiquis et Mſſis He-
is correcto accommodata. Margini E.
et Nehemiae duplex aera, Nabonaſſaris
et et ante Chriſtum natum adſcripta eſt.
ım Ezrae refertur ad annum a. C. 536. fi-
ıe ad a. 477. Primo Nehemiae capiti
s a. C. 444. allitus eſt. Reperitur igitur
Ezram et Nehemiam ex mente auctoris
ualluın annorum 30. Quid hoc tempore
ım ſit, ex Ioſepho diſci poteſt, licet pau-
eque ſatis limpidis fontibus, ſi libros ca-
cos Ezrae et Nehemiae excipi..s, in tota
hiſtoria vſus eſſe videatur. Vltimum Ne-
iae caput, iudice ill. MICHAELIS, res
rat, quae anno a. C. 431. acciderunt. Ho-
librorum argumenta tum ex Ioſepho il-
antur, licet huic ſcriptori in rebus poſt
:um Babylonicum ad tempora Maccabaeo-
geſtis parum fidei et auctoritatis MI-
ΛELIS tribuat, tum ex libro apocrypho,
vocatur tertius Esdrae. Liber autem iſte
, vt noſter perperam bis affirmauit p. 4. et
antum graece exſtat, ſed etiam latine, (et-
i ex decreto Concilii Tridentini inter li-
:Canonicos non relatus ſit) et Syriace.
ra ſex libri Ezrae capita, quae ad tempora
cedentia ſpectant, a ſcriptore huic viro
ıali fortaſſe ſcripta ſunt. Annales iſtos

Ezras continuauit a VII, 27. ad finem libri. Caput II. catalogum praeſert hominum, qui Hieroſolyma redierunt, in libro Nehemiae et apocrypho Ezrae pariter deprehendendum. Has tres eiusdem catalogi editiones, quae numeris valde diſcrepant, contulit etiam KENNICOTT. ad calcem Tomi II. Bibliorum Hebr. qui numerum virorum in Ezrae libro canonico memoratorum eſſe ait 29829. MICHAELIS habet 29818. Quisnam horum duumuirorum recte calculum ſubduxerit, alii diſpiciant. Ad VI, 3. ſuſpicatur longitudinem noui templi culpa librariorum omiſſam eſſe. Eadem deſideratur in apocrypho VII, 25. vbi latina verſio pro altitudine cubitorum 60, exhibet *decem*. Quae de ſtili Moſis et Ezrae diſcrepantia paſſim annotauit vir doctiſſimus ad VIII, 24. 35. et alibi, ingenioſa ſunt et ad αὐθεντίαν Moſaicorum librorum defendendam, et vanam neotericorum opinationem, Pentateuchum ſcilicet ab Ezra compilatum eſſe, debellandam inprimis conducunt. Fini Ezrae ſubiungitur pericopa ex apocryphi libri cap. IX, 37 55. deſumta, argumento haud diſſimilis Nehem. VIII, 1 - 12. iudice MICH. in textu Hebraico iniquo loco inſerta. Hunc ordinem ſequitur etiam Ioſephus, qui, teſte MICH. in contexenda hiſtoria non tam libro Ezrae,

qui

inter canonicos vulgo refertur, vtitur,
m apocrypho. Obſtare tamen huic ſen-
tiae videtur, quod Ioſephus Ezrae aetatem
empora Xerxis, regis Perſarum, incidiſſe
tendat, quum ex apocryphi libri auctori-
regnante Artaxerxe coloniam in Iudaeam
uxerit. Sed forte MICH. reſpondebit,
ephum non Graecam apocryphi libri ver-
nem adhibuiſſe, ſed textum Hebraico-Chal-
cum, qui nomen ארתחשסתא eodem mo-
ac liber canonicus facit, praeferebat, atque
nomine ex Ioſephi ſententia Xerxem in-
itari. Artaxerxes ille, quo regnante Ne-
nias Hieroſolyma petiit, auctori noſtro
axerxes cognomine Longimanus habetur.
at tamen, ſi quis Artaxerxem II. priori poſt
rium II. ſuccedentem intellexerit, hunc ido-
s argumentis refelli non poſſe. Ioſephi,
in hiſtoria ſcriptoris medacis et ieiuni,
ſeret interpretem noſtrum, qui tamen ipſe
rum accurate Ioſephum inſpexit, quum ad
h. II, 1. affirmat, annum *triceſimum quintum*
gni Xerxis a Ioſepho memorari Antiq. Iud.
, 5. 7. Diſertis enim verbis ibi legitur:
μπτον και εικοςον ετος ηδη βασιλευοντος
ερξȣ. Etſi librum Nehemiae a viro, cuius
e fertur, conſcriptum putat: tamen capita
II. IX. X. ab aliena manu interpolata eſſe

 vult

vult noſter, atque fini Ezrae ſubiungendi. Totum Nehemiae librum multis ſcribarum vitiis inquinatum ad noſtra tempora perueniſſe non ſolum paſſim coniicit, ſed idoneis argumentis confirmat. Capita XII. et ſequentia, quae vulgo ſupplementa Nehemiae temporibus longe poſteriora habentur, auctor Nehemiae vindicat, argumentaque ex Ioſepho contra eorum *αὐθεντίαν* petita contundit. Opinatur enim binos Iohannes et binos Iaddu a Ioſepho commixtos et perturbatos eſſe; atque non regnante Dario Codomanno, vt vult Ioſephus, ſed Dario Notho ſchiſma inter Iudaeos et Samaritanos ortum eſſe, quod aedificando templo in monte Garizim anſam praebuit. Eandem ſententiam iam dudum protulit HVMPHR. PRIDEAUX. De auctoritate libri Eſther doctiſſ. MICH. diſertis verbis nihil certi ſtatuit, liberum cuique iudicium relicturus; at notae, quas adiecit, ſatis demonſtrant, totum libellum non dubiae ab eo originis haberi, ſed ſuppoſititium, falſum, Iudaicisque et anilibus fabulis repletum. Quisnam Ahasuerus ſit, cuius temporibus Eſther vixit, diſputatur; auctorique probabile videtur, ſub hoc nomine Artaxerxem Longimanum latere, quo etiam interpres Syriacus inclinare videtur, qui reddidit *Achſchirach filium*

Ach-

ſchirach. Cap. IV, 17. ויעבר auctori val. obſcurum videtur, qui arbitratur praeeun. is Rabbinis, Mardochaeum, neglecto prae. to de celebrando Paſchate die XIV. menſis ſan., ieiunium per triduum obſeruandum ſſiſſe. Quae quidem explicatio an coacta dura commentatoribus ſe probatura ſit, id ſcio. Non derelinquenda videtur vſitata bi vis. *Tranſiit* Mardochaeus per forum plateam, vbi dum haec agebantur, erat, ndatis Eſtherae obſecuturus. Supplementa ſionis Graecae huius libri ſuo quodque lo. theotiſce inſerta et annotationibus illuſtra. ſunt.

SAL. THEOPH. DE MEZA, M. D. et Poliat. Hafnienſ. Compendium medicum practicum per faſciculos diſtributum. *Vol. III.* tres vltimos faſcic. ſc. VII. de tumoribus et vlceribus, VIII. de vulneribus, IX. de venenis continens. Hafn. ap. Proſt. 1783. 8.

Eſt ſcriptor noſter eorum ex numero, qui ibiilandi animum non, niſi cum vita po-re cupiunt. Hoc enim compendium ha-:o confuſum et tralatitium opus, in quo id laudes, non facile inuenias, quid repre-hendas,

hendas, quanis in linea videas. Ecquis in tractatu *de tumoribus et vlceribus* q cap. *de lactatione, de nutricis delectu*, in *de vulneribus, ſtymatoſin, raucedinem et r a ſuppreſſione oriundos*, et in tract. *de v* cap. *de idioſyncraſia?* Neque ordo c naturalis eſt, neque tractatio ipſa comn bilis, neque orationis genus ita compa vt, qui diurna nocturnaque manu ve dignus ſit. Id vnum in votis eſt, vt cum noua religione quieſcere ab ſcri opere incipiat. His enim ferendis arn par omnino eſt.

Fragmente über die Literatur - Geſ der Perſer; i. e. Fragmenta hi literariae Perſarum; deſumta ex ſculo latino REWITZKI a REV NIE, L. B. legati Caeſarei in au rolinenſi, cum adnotationibus e poetae Perſici SAADI; auctore FRIEDEL. Viennae ap. Ioſ. Kurzl 1783. 8. pagg. 273.

Perſicas literas dignas eſſe, quae vn ceteris Orientalibus etiam in Germania lantur, nemo inficias ibit. Nam non l Perſicae linguae Germanica valde affi

: vocabulis et verborum conſtructionibus; ɔd Germani et mercatores et milites, quin lerici ordinis in Indiam Orientalem traiici. nt; neque deſunt hinc illinc codices manu. ripti e. g. Goettingae, Hamburgi, Guelpher- yti, qui huius linguae ſtudium excitare poſ. nt. Laudabili igitur conſilio ſpecimen poe- ɔs Perſicae a generoſiſſimo REWITZKI litum a. 1771. latine reddidit cl. FRIEDEL, ıbiunctis notis et appendice. Etſi libellus ronibus linguam Perſicam addiſcere cupien- ɔus inutilis eſt, quia carminum textus non ſtat: verſio tamen ita comparata eſt, vt de. lerium ex ipſis fontibus has venuſtates per- ɔiendi facile ſuſcitet. Verſioni 26 odarum uani Haphyzi, inter poetas Perſicos cele- rrimi praemittitur eius vita. Natus eſt ſe- lo octauo ineunte Sirazi, magnoque animi dore ſe totum Muſis conſecrauit. Patriam ıtores, puellas carminibns celebrauit, quae iuerſo Orienti in ore et deliciis ſunt. Fuit genio foecundiſſimo, ſeuerusque principum ınonachorum caſtigator. Vitae huius poe- : obſeruationes quaedam in originem eru. tionis Perſicae, quam Arabibus victoribus ceptam referunt, praemittuntur, quam ıIEDEL notis illuſtrare ſtuduit. Sed haec ſtoria imperfecta et manca eſt, atque ex

multis

multis triobolaribus libris melius addiſci pot-eſt. REWITZKII veſtigia ſecutus FRIDELIVS vitam SADI, cuius poemata cura et diligentia GENTII atque OLEARII Europaeis dudum innotuerunt, breuiter narrauit ex his ipſis carminibus potiſſimum deſumtam. Sunt autem bina ſcilicet roſarium et arboretum, quorum ſententias, narrationes et acute dicta primaria libello ſuo ſubiunxit.

Diſſertationes medicae ſelectae Tubingenſes oculi humani affectus medico-chirurgice conſideratos, *Vol. I.* ſiſtens, denuo in lucem editae cura et ſtudio D. CHRIST. FRID. REVSS, M. Prof. Tubing. Tubing. ap. Cottam 1783. 8. pagg. 370. *Vol. II.*, pagg. 392.

Non vltima profecto laus eſt, in tanta libellorum academicorum copia comparare multo cum labore vndiquaque et ſumtibus magnis potiores, praeſtantior vero ceteris cum delectu quodam rariores prelo committere. Sua ergo cl. REVSS habenda eſt gloria, quod hiſce in voluminibus MAVCHARTI, clariſſimi quondam profeſſoris Tubingenſis et medici ocularii, diſſertationes et proluſiones complecti voluerit. Ita enim non habe-

habebunt amplius docti viri et talium cupediarum amantes, cur iſtam penuriam aegre ferant. Inſunt 20 opellae, reſtant plures. Ecce titulos, cum, qui de earum pretio diſputet, reperiatur nemo! Agunt vero *de ophthalmoxyſi nouantiqua ſ. Woolhuſiana - Hippocratica, de hypopio, de vngue oculi, de vlceribus corneae, de empyeſi oculi, de fiſtula corneae, de ſetaceo nuchae, auricularum ipſiusque oculi, de maculis corneae, de Tobiae leucomate, et paracenteſi oculi in hydrophthalmia*, praeter haec: *de hydrophthalmia et hydrope oculi, de mydriaſi, de pupillae phthiſi et ſynizeſi, de ſynechia, de coniunctiuae et corneae veſiculis ac puſtulis, de ſtaphylomate, de oculo artificiali, de palpebrarum tumoribus cyſticis, de corneae examine anat. phyſiologico*, et *or. in Taylori merita et famam*. Neque vero hasce commentationes ſine viatico dimiſit cl. editor, ſed notulas litterarias adſperſit, paucas quidem, at non prorſum ſpernendas, ideoque eam rogamus etiam atque etiam, vt proxime reliquas Tubingenſium diſputationes nobiscum communicet.

Idem ille vir cl. ni fallimur, etiam edidit eodem redemtore:

Beobachtungen, Verſuche und Erfahrungen, über des Salpeters etc. i. e. Obſeruationes,

nes, tentamina et experimenta d
mo modo conficiendi nitri quib
locis ex materiis facillime parat
praemiſſo indice omnium hacten
torum ſcriptorum de nitro. T
1783. 8. 462 pagg.

Non cuique datum eſt, ſcire ac leg
ſcripta, quae *de nitro* agunt, quippe
et hinc inde in ſcriniis bibliophilorum
tia. Ecce iterum bonus dux et nomen
Nam praeter tabulam, in qua potior
ptores expreſſos videas, continentur
RVS, GLAVBERVS, WALLERIV
IVSTI, WOLFIVS, GRVNI
PROWS, WATSON, aliique; colleg
mina plurium librorum huc pertinenti
quid in quoque boni contineatur, p
docuit.

Neueſter Zuwachs etc. i. e. Nouiſſi
crementa cognitionis linguarum G
nicae aliarumque, quin vniuerſal
lecta ab I. C. C. RÜDIGER.
II. Lipſ. 1783.

Prior huius libri pars anno ſuperior
diit: binaeque partes lectorem poſtula
notus eſt eiusdem auctoris libellus inſc

rundriſs einer Geſchichte der menſchl. Sprache, :. primae lineae hiſtoriae linguae humanae ꝛundum dialectos characterumque genera iectis ſpeciminibus optimorumque librorum ɔtitia. Pars I. Lipſ. 1782. 8. Omnium quotiot in orbe terrarum exſtant linguarum breſſima eſt enarratio, ſpeciminaque conſtant imeris ab vnitate ad mille, et vocabulis 16 gnificantibus *Deum, caelos, terram, aquam* c. Grammaticae et lexica cuiusuis linguae adcuntur. In horum librorum catalogo linarum peritus facile alios immerito adductos periet, alios perperam omiſſos queretur, e. p. 31. loco Lexici Syr. a CRINESIO conſti laudandus fuiſſet SCHAAFIVS vel poS CASTELLVS. Diſſertatio BARTHEIMI de lingua Palmyrena, quae a Syriaca n differt, male laudatur p. 33. vbi de Phoeia et Punica ſermo eſt. Inſtar omnium his egit BOCHARTVS in Phaleg et Caan, opere celeberrimo. Pag. 87. Grammai Perſica auctore IONES et lingua Anglionſcripta deſideratur. Inter linguas Germnicas etiam mentio fieri debuiſſet, quum Batana vel Hollandica dialecto agitur, finre Flandricae, (*Flämiſch*) quae ab Hollana parum differt. Sed hi aliique naeui fine bio in auctiori, quam propediem preditu-

 ram

ram eſſe ſperamus, editione ab auctore tolle-tur, qui pariter auctoritates, quibus in enar-randis linguis Africanis et Americanis innititur, accuratius recenſebit. Incrementorum prima pars ad linguam Germanicam ſpectat, et eam, qua Zigeuni vtuntur, per vniuerſam Europam disiecti. Hanc eandem cum Indoſtanica eſſe cl. BÜTTNER pauciſſimis affirmauerat, no-ſter ex collatione vtriusque linguae probare ſtudet. Sed haec conuenientia certiſſime non adeo magna eſt, ac auctori videtur, vt cuilibet ſpecimina ex vtraque lingua prolata compa-ranti clariſſime patebit. Deinde optandum fuiſſet, vt auctor non SCHVLZII tantum Grammaticam Indoſtanicam adhibuiſſet, ſed etiam *Alphabetum Brammhanicum ſeu Indo-ſtanum Vniverſitatis Kaſi*. *Romae* 1771. 8vo. Vocabula, quibus numeros a *decem* ad *viginti* Indoſtani indicant, a numeris Zigeunorum valde differunt. Hi enim *decem* cum *vnitate* componunt e. gr. *deſchijek* pro *vndecim* ex *deſch*, quod valet *decem* et *jeck*, *vnitas*, quum illi nouis vocibus vtuntur, quibus cum priori-bus X numeris nihil commune eſt, e. g. *igaras* pro *vndecim*, *barah* 12, *terah* 13 etc. Pars in-crementorum altera in controuerſia circa lin-guam Germanicam occupata eſt, quam cl. ADELVNG primus mouit. Putat enim vir

cele-

celeberrimus et de lingua Germanica meritiſſimus, linguam, qua noſtrates vernacule ſcribentes vtuntur, dialectum Saxoniae ſuperioris vocandam eſſe, quum alii, inter quos RÜDIGER non infimum occupat locum, ſtrenue et maſcule defendunt, hanc linguam male dialecti nomine inſigniri, ſed ex omnibus dialectis conflatam, et a viris ingenioſiſſimis politam. Adiecit Idioticon Saxoniae ſuperioris, inprimis tractus Miſnienſis, quod cultoribus linguae vernaculae gratum erit et vtile. Deinde ad alias delabitur linguas, docetque, quid ad illas excolendas intra biennium elapſum a viris eruditis praeſtitum ſit. Diſputat contra auctores anonymos, qui linguarum ſciagraphiam in nouis literariis Ienenſibus, Erfurtenſibus, Halenſibus, Goettingenſibus, etſi debitam laudem ei non denegauerant, tamen hic illic caſtigauerant. Optat rogatque non cenſores tantum, ſed omnes lectores, vt ſtudia ua de linguis bene merendi adiuuent et pronoueant, atque varios libros, quorum indiem ſuppeditat, nanciſcendi copiam ſibi dent. nter hos citatur *Grammatica maraſta, Rom.* 78. Quaenam illa ſit, plane ignoramus. Num *maratta* vel *marattica* eſt? In catalogo lphabetorum typis Collegii de propaganda ide editorum apud ADLERVM in *Ueber-*

ſicht ſeiner Reiſe nach Rom, 1783. p. 169. haec deſideratur. Etſi multos libros laudat, quibus linguarum cognitio intra biennium amplior eſt: tamen viri, qui in huius vel illius linguae ſtudio excellunt, facili negotio, quid ſyllogi Rüdigerianae addi poſſit, inuenient. Profeſſor ille Arabicae linguae Oxonienſis, qui p. 214. laudatur, non FORDYCE appellatur, ſed FORD. Quod ibi de eo narratur, auctoritate nititur Annalium noſtrorum, qui hic non praetereundi erant. Lis de Chaldaeis minus accurate narratur p. 216. Hos enim nemo, qui ad Repertorium *für bibl. und morgenl. Liter.* ſymbolam contulit, pro Slauis habuit; ſed tuetur hanc opinionem vir et factis et ſcriptis longe celeberrimus FORSTER in epiſtola, quam cel. MICHAELIS Spicileg. Geogr. Tom. II. inſeruit. SCHLÖZERI de Chaldaeis diſſertatio Tomo VIII. Repertorii inſerta eſt. Roſſianae lucubrationes, continuatio Repertorii, ſcripta MICHAELIS, editio capitum Daniel. et Ezr. prius Chaldaice tantum obuiorum, nunc Hebr. et Mſtis erutorum, multaque alia in hiſtoria, qua quid incrementi cultura L. L. Oriental. nuper ceperit, narratur, perperam omittuntur.

ANDR.

ANDR. IOH. RETZII, Prof. M. Lundenſ. Prolegomena in pharmacologiam regni vegetabilis priuatarum inſtitutionum vſui deſtinata. Lipſ. in bibliopol. Müller. 1783 8. pagg 78.

Non ignobile RETZII nomen inter noates eſt, neque minuit hic liber, quem indiadum curamus, praeclare factis partam oriam. Diſſentiunt auctores, qua via et ratne pertractanda ſit materia medica, vt ceret ſtabilis euadat. Neglecta prorſus eſt *armacologia chemica*, i. e. partibus conſtiantibus plantarum, ſiue, vt cl. viro placet, ncipiis effectiuis ſuperſtructa. Habent erpharmacologiae, quam vulgo materiam edicam appellant, ſtudioſi hoc in libello, ıui quidem quoad molem, at graui quoad ateriam, vnde diſcendi ardorem exſtinguant. ituit enim RETZIVS *principium effectim ſalinum, oleoſum, gummoſum, reſinoſum, tinſum, amylaceum, cauſticum*, et *materiam orantem*, et ſic omnia docte, perſpicue ac te recenſuit, poſt a pag. 51. ſubiecit *princiı quaedam ſingularia*, v. c. *camphoram*, *cem* et *gummi elaſticum*, tandem a p. 65. adlit quasdam regulas *de forma, ſub qua proari debent vegetabilia*. Hinc iterum, vei in tabula expreſſa, vides, quae in faciendo

ſucco herbarum, infuſione, decoctione, extracto, deſtillatione aquae, tinctura et eſſentia, conſerua et puluere, ſcitu neceſſaria ſunt, et habebunt (ſpero) medici cl. LESKIO gratias, qui hancce ſcriptionem nobiscum communicare voluit.

Die Iagdluſt etc. i. e. Deliciae venationis, vel ars venatoria maior et minor, ſecundum omnes eius diſcrepantias tribus partibus deſcripta et tabulis aeneis illuſtrata a IOH. CHRISTOPH. HEPPE, philoſ. et oeconom. ſtud. *Pars I.* Norimb. ap. Raſpe. 1783. 8. 496 pagg. 10 tabb. *Pars II.* 636 pagg. 6 tabb.

Huc adſis, venationis amice, et te nec curioſitatis, nec lectionis poenitebit. Ineſt enim huic operi, quicquid vllo modo huc pertinere videatur. Adſunt venatores et ruſtici, docentur artes et officia, retia, inſtrumenta, modus venandi, clamor, aucupium rel. vt, ſi quis hisce myſteriis rite imbui velit, hoc carere nequaquam poſſit. An omnia bene ac apte dicta ſint? Puto, ſed nihil definio. Dauus ſum, non Oedipus.

Ent-

Entwurf einer vollſtändigen Geſchichte der deutſchen Bibelüberſetzung D. Martin Luthers etc. h. e. M. GEORGII WOLFGANG PANZER, Eccleſiaſt. primar. ad S. Sebaldi Norimbergae, hiſtoria verſionis ſacrorum bibliorum a MARTINO LVTHERO perfectae, editionumque illius ab a. 1517. vsque ad 1581. vulgatarum. Norimb. in officina Bauerio - Biſchoffiana. 1783. pagg. 533. oct. mai.

Immortale illud et incomparabile opus, ıod magnus veritatis vindex, MARTINVS VTHERVS, translatis in patrium ſermo-:m oraculis Dei ſanctiſſimis perfecit, et quod l reuocandas in lucem, ad propagandas lon-: lateque, atque ad conſeruandas doctrinae hriſtianae ſententias, praeceptiones et ſpes ılciſſimas, profecto non ſine Numine, tan-m contulit, quantum nullum aliud, prae in-ımeris aliis merito digniſſimum eſt, cuius ima initia, incrementa, ac fata a viris doctis rueſtigentur et memoriae tradantur. Et-im quum in multorum ſcriptorum leuioris ıge momenti, futilium etiam et ſpurcorum, ıe antiquitas nobis reliquit, hiſtoria, et ex-plarium vel editionum variarum notitia raria et critica illuſtranda multi diligentiam

ſuam exerceant; mirum ſane eſſet et indignandum, niſi hoc opus tam praeclarum, et, ſiue ex difficultate laboris, quam auctori ſuo fecit, ſiue ex effectis ſuis rem aeſtimes, tam graue et magnum, curam longe acriorem demereri peritis videretur, atque eamdem etiam experiretur. Sed laudandum eſt omni iure inſigne ſtudium, quod in hiſtoria Lutheranae ſacrorum voluminum verſionis exploranda, collocarunt viri doctiſſimi ac diligentiſſimi, MAYERVS, KRAFFTIVS, GIESIVS, PALMIVS, KNOCHIVS, et nuper inprimis LORCKIVS et GOEZIVS; quibus vero nunc accedit vir laudem iam promeritus eximiam in hoc genere, et ampliſſima Germanicarum ſacri codicis verſionum et editionum cognitione inſtructus, atque illas dignoſcendi et deſcribendi cura ſpectatus. Neque vero PANZERVS iam hoc ſolum egit, vt, quemadmodum ipſe aliique multi fecerunt hucusque, vel partem aliquam huius hiſtoriae, ac ſingulorum tantum, quae per aliquod temporis ſpatium, aut in vrbe aliqua, prodierunt, recenſionem perſcriberet, vel ſymbolas et auctaria daret ad confectos ab aliis huius generis libros; ſed de integro rem totam reſumſit, atque, etſi aliorum laborem in vſum ſuum adhibuit, tamen multa ab illis omiſſa

addi-

dit, obſcura illuſtrauit, erronea correxit.
rimis autem, quum alii fere narrationem
n de LVTHERI bibliis in anno 1533. fi-
ent, quo nimirum totum illorum volu-
1 primum lucem vidit; ipſe vlterius illam
ecutus eſt, atque ad annum 1581. perduxit,
idem intra hoc temporis ſpatium verſioni
THERI acciderunt memorabilia non
ca.

n *quatuor* autem *periodos* perquam apte
iem hiſtoriam hanc diſtribuit. Prima in-
t ab anno 1517. et enumerat atque deſcri-
particulas ſingulares ſacri codicis, a LV-
ERO ſeparatim Germanice redditas et in
m emiſſas, antequam totum opus a. 1534.
eciſſet. In *octo* capita redit haec perio-
. Minutior quidem haec cura videri poſ-
quam Reuer. PANZER in *capite I.* mi-
is etiam fruſtulis bibliorum, veluti pſalmis
usdam, precum formulis, praeceptis, ac
icopis ſingularibus, a LVTHERO vsque
annum 1522. foras datis, colligendis, recen-
disque, et diuerſis etiam illarum exempla-
is ac repetitionibus enumerandis et deſcri-
dis impendit; at partim hinc perſpici pot-
luculenter, mature admodum operam de-
e LVTHERVM, vt ad limpidiores reli-
nis Chriſtianos fontes populum reduceret,

nec ſegniter vel contemtim haec eius ſtudia a multis excepta fuiſſe; partim vero cognitis accuratius primis hiſce magni laboris periculis, iisdemque cum perfecto tandem opere vniuerſo comparatis, clariſſime ſimul intelligitur, quibus initiis coeperit interpres noſter, quo modo profecerit, quanto meliorem ſucceſſu temporis adſecutus ſit facultatem idiomate Germanico exprimendi ſanctorum ſcriptorum ſententias, quam denique prorſus alius factus fuiſſe videatur, poſtmodo comparata ſibi et ſenſim aucta, firmataque linguae Hebraicae et Graecae ſcientia. Quod quo certius appareat, haud quidem nuda ſufficit enumeratio priorum ac viliorum quaſi tirociniorum LVTHERI; ſed, quia multa huius generis opuſcula paucis viſa ſunt, atque in inſtructiſſimis tantum ſuppellectilibus biblicis, diligenter ab auctore noſtro nominatis (niſi quod collectionem illam celeberrimam, quae olim *Brunouici* in palatio ducali *Grauehof* exſtructa erat, dudum *Guelpherbytanae* bibliothecae indita eſt, vbique adhuc *Brunouicenſem* vocat,) adſeruantur, optandum omnino fuiſſet, vt plura amplioraque ſpecimina primarum interpretationum transſcripſiſſet auctor, atque in vniuerſum non modo *de* LVTHERI verſionibus variis, ſed etiam *ex* iisdem diligenter omnia

ınia retuliſſet, quae ad peruidenda maiora
tutis ac praeſtantiae operis incrementa fa-
'ent. Praeterea quo magis titulum *hiſtoriae*
ıreretur hic liber, nec tantum eſſet *biblio-
ca* quaſi ſeu *catalogus criticus*, vel *notitia
liographica* ſacri codicis Germanici; opus
t, vt de fontibus etiam, e quibus LVTHE-
s interpretationes ſuas deduxit, de biblio-
n Hebr. et Graec. exemplaribus, quibus
s eſt, de commentatoribus, verſionibus an-
ıioribus, aliisque praeſidiis, item de ſociis
ımicis, quorum operam, doctrinam et con-
ı in ſuſcepti laboris vſum et ornamentum
ocauit, expoſitum eſſet ex inſtituto. At
etur iudicaſſe PANZERVS, has et ſimiles
ıeſtiones iam occupatas et confectas eſſe
aliis; et maximam partem ſunt etiam,
ıntum fieri potuit, ad liquidum perductae,
ſim etiam ab auctore noſtro illuſtratae;
ı quis tamen de titulo libri noſtri ſpecioſio-
contendere velit. Nos interim lubenter
ıuieſcimus in eo, quod magno ſtudio per-
it auctor. — Primae vero periodi, vt re-
ımus, vnde egreſſi ſumus, *cap. II.* agit
translatione N. T. eiusque variis editio-
ıus, et quidem primum illis, quae ab a.
2-1533. ab ipſo LVTHERO Vitebergae in
em datae, deinde quoque multis illis, quae,

illo

illo inſcio, in aliis vrbibus per typog
repetitae ſunt intra hoc tempus. Cap
cenſentur tres priores V. T. partes,
nempe prima Pentateuchum, ſecun
quos libros hiſtoricos, tertia Iobum, l
et Salomonis ſcripta comprehendit, i
nos 1523 et 1533. iterum partim Viteberg
tim alibi ſingulatim et frequentiſſime
g is miſſae. Cap. IIII. pſalterii, cui e
curam LVTHERVS impertiit, eius
quodam et ſtudio prorſus ſingulari ca
huc monachus, verſionibus, harumque
nibus, quae ab a. 1524 - 1533. prodieru
dem modo et ordine enumeratis a
ſcriptis, deſtinatum eſt. ZEIDLERV
xiſſe illud pſalterii exemplar, quod in
LVTHERI tomo Halenſi dedit, pri
umque vere il'ud eſſe, quod Viteberg
ma octaua ſeparatim typis impreſſum
KNOCHIVS iam exiſtimarat, noui
mentis confirmatum eſt a PANZER
V. recenſum exhibet prophetarum, ve
culatim vel coniunctim omnium per
1526. et inſecutos vsque ad 1532. Germa
preſſorum; cap. VI. apocryphorum,
gulorum tum V. tum N. T. librorum,
nique VIII. integrorum ſacri codicis
num, et editas antea vel a LVTHER

liis, partibus eius, antequam ille ipſe to-
opus anno 1534. demum abſoluiſſet, com-
itorum, vel *bibliorum combinatorum*, vt
10 vocantur. *Periodus ſecunda* ab anno
. pertingit vsque ad annum 1541. hoc eſt
tim, LVTHERI biblia vniuerſa, a prima
rum editione, quam ipſe accurauit, vsque
reuiſionem poſtea inſtitutam, partim vero
nulli libri ſacri, ſeorſim per hoc ſeptem-
m a typographis iterati, percenſentur.
riodus tertia ab illo tempore, quo, ab ami-
adiutus, vltimam praeclaro operi manum
nouit LVTHERVS, vsque ad annum il-
s emortualem ducitur. *Quarta* denique
nprehendit narrationem de infecutis poſt
i LVTHERI vsque ad annum 1581. variis
atibus biblia illius Germanica vel corrigen-
vel priſtinae integritati reſtituendi. His
im, vt in reliquis periodis, primum agitur
bibliis vniuerſis, deinde de partibus illo-
n; atque in vtraque claſſe commode ſepa-
itur Vitebergenſes et primitiuae editiones
eliquis, quae ex iſtis deriuatae ſunt. Nam
eo vbique multum operae poſuit auctor,
fontem cuiusque editionis accurate inueſti-
ret, et genealogiam quaſi omnium oſten-
ret. Nullam praeterea omiſit editionem,
ae aliquantulum certe momenti habere poſ-
ſet

ſet ad amplificandam et ſtabiliendam notitiam criticam et librariam, latiſſimo ſenſu intellectam. Plurima, quae deſcripſit, exempla librorum vel ipſe poſſidet, vel manibus verſauit; quorum, quae, aliis adhuc incognita fuerunt, ea vberius ac ſtudioſius pertractauit; quae non ipſe vidit, in illis adducendis ſecutus eſt teſtes idoneos; quae autem vel conficta eſſent citra dubium, vel modo ſuſpecta et incerta, ea notauit, vt viri harum rerum periti vlterius inquirerent. Quamquam vero, vt decet inprimis virum vaſta librorum cognitione inſtructum, nolit contendere, a ſe iam demeſſas eſſe has ſegetes, et ſpicilegia nulla relicta; vix tamen, perluſtrato hoc libro, et collato cum ſimilibus ſui aliis, qui praeceſſerunt, ſperamus fore, vt magna quaedam, vel modo mediocris acceſſio fieri poſſit.

Diaetetiſches Wochenblatt etc. i. e. Ephemeridum Diaeteticarum in vſum omnium conditionum, hominum, vel diſſertationum popularium conſeruandae ſanitati deſtinatarum *Vol. II.* editum a F. B. C. GRAVMANN. Roſtoch. apud Müller. 1782. 8. pagg. 380.

Liber nec malus eſt, nec adeo bonus, nullam

m vt maculam detegas. Huc ergo adſis, ni natura palatum tam delicatum et molle edit, et inuenies quaedam de maſticatione, arne vitulina, piſcibus, oleribus, ranis cet. icta more diaeteticorum ſcriptorum i. e. coioſe ac ſeniliter. Fruere ergo hiſce cibariis, uousque libuerit.

Pharmacopoea Roſſica. Petropoli 1782. 8. 156 pagg.

Serius quidem, ac opinati eramus, accepimus hanc pharmacopoeam, ſed intactam et ndictam omnino relinquere noluimus. *Simplicia* enarrantur more ſolito, ita tamen, vt atio habeatur, ſi qua planta Roſſiae indigena ſt, *praeparata* vero et *compoſita* multa hic ontinentur, quae vulgo hic non quaeras, v. . *aqua aeris fixi*, *axungiae ſeuique curatio*, *rei medicati*, *decoctum hordei*, *infuſum rhei*, *raſſamentum martis* cet. multa, quae alienum t nouum nomen habent, v. c. *acidum muriaticum* pro *Spir. acido ſalis comm. Acidum nitri* pro *Sp. nitr. acido Glaub. Cauſticum lunare* pro *Lap. infernal. Merc. corroſ. alb.* pro *Merc. ſublimat, Oxytartarus* pro *Terra fol. art. Salſilago oxytartari* pro *Liqu. terr. fol. art. Saturnus acetoſus* pro *Pulv. extract. Sat.*

Soda

Soda tartariſata pro *Sal. polychreſt. Seignett.* *Soda vitriolata* pro *Sal. mirab. Glaub.* rel. In quo quid vtilitatis lateat, prorſum ignoramus. Praeſtat enim, vetus nomen retinere mordicus, quippe omnibus notum, quam temere nouaturire, quia ſic tyronibus tenebrae offenduntur, non diſpelluntur. Sin vero mutanda videantur nomina, mallemus praemitti ſueta, poſtponi noua, donec lectores veluti penitius norint talia verborum monſtra. De reliquo haec pharmacopoea ceteris eſt perquam ſimilis.

Gegengifte des Arſeniks etc. i. e. PETRI TOUSSAINT NAVIER antidota arſenici aliorumque venenorum. E Gall. vertit et annotat. auxit D. CHRIST. EHRENFR. WEIGEL. Gryph. apud Röſe. 1782. 4. *Vol. I.* pagg. 194. *Vol. II.* pagg. 197.

Nefas foret, hunc librum claſſicum in doctrina venenorum metallicorum et cuique medico commendabilem ſilentio praeterire, neque vero opus multa explicatione, cum et auctoris nomen celebre, et materiae dignitas nobis iubeant ea ſuperſedere. Grata enim et perutilis cuique erit lectio.

IO. G. ROEDERERI et CAR. G. WAGLERI Tractatus de morbo mucoſo, denuo recuſus, annexaque praef. de trichuridibus nouo vermium genere editus ab HENR. AVG. WRISBERG, c. tabb. aen. Gotting. ap. Boſſiegel. 1783. 8. pagg. 331.

Non eget docta haec *de morbo mucoſo* diſſertatio laude noſtra, quippe per ſe commendabilis omnibusque bonis medicis notiſſima et utiliſſima, neque mala comes eſt cl. WRISBERG *deſcriptio trichuridum* ſatis accurata et lectu digna.

D. Ioh. Iac. Reiskens Lebensbeſchreibung; i. e. D. IOHANNIS IACOBI REISKII vita a ſe ipſo conſcripta. Lipſ. in bibliopol. eruditor. 1783. 8. pag. 816.

Eadem mentis ingenuitate, qua olim AVGVSTINVS, nuper ROUSSAEVS confeſſiones et retractationes ſcripſerunt, REISKIVS, quo Europaeorum nullus Graece et Arabice doctior fuit, vitam enarrauit, mores, ingenium, merita, quaeque ipſi male vel bene ceciderunt, deſcripſit. Hanc ad vmbilicum auctore non perductam vidua, mariti memoriam multis ingenii et virtutis monumen-

tis, quae reliquit, edendis aeternitati con
daturus, non edidit ſolum, ſed etiam ſ
uit, adiecto epiſtolarum commercio.
vtitur REISKIVS, etſi Germanica vti
in ſcriptis ſuis non conſueuerat, purc
ſpicuo, atque animo hilari mentequ
conſcia ſe huic labori accinxiſſe videtu
tus erat a. 1716. Zorbigae, quod oppidum
procul Lipſia diſtat, patre vſus coriari
orphanotropheo Halenſi eruditionis
poſtea excelluit, fundamenta iecit. Do
mum, doctores, etiamſi non plane i
nactus fuerit, explicando Ciceroni in
fuiſſe; inde factum eſſe, vt MVRE
BVCHNERVM, et alios recentiores i
dos ſibi proponeret; deinde, ſe ad
fundendas coactum fuiſſe, qua quidem
conſuetudine pietatis religionisque ſe
poſterum refrigerata adeo eſſe, vt pa
abeſſet, quin plane exſtinguerentur. Li
ſem academiam a. 1733. adiit, nullis do
bus et familiaribus vſus, inſtitutiones aſ
tus et proprio, vt aiunt, Marte literis o
nauans. Subito exardeſcebat deſideriu
rabicam linguam addiſcendi, Lugdunu
Batauorum petendi, vt theſauros bibliot
publicae Orientales euolueret. Iter in
a. 1738. opibus deſtitutus, neque, quia l

; vitam ab humana ſocietate remotam et bratilem cum libello in angulo degerat, s homines ſibi deuinciendi gnarus. Hamgi REIMARVS aliique fautores ſumtus iter faciendum erogabant. Quum primum ›RVILLIVM Amſtelodami conueniret, a WOLFIO, Paſtore Hamburgenſi, litecommendatitias attulerat: offerebat ille ISKIO annuum ſtipendium florenorum . vt amanuenſis munere apud ſe fungeır. Abnuit vero, quia Lugdunum adire, ue Mſtos Orientales peruolutare ſecum ſtituerat. Hoc tamen viro per octenni, quod in Hollandia transegit, familiariter ; fuit; multaque amicitiae et beneuolendocumenta, inter quae, iudice REISɔ, (vide viri probitatem et candorem!) d poſtremum locum hortationes et vituıtiones, quibus eum coram ſaepenumero ſcidit, tenent, ab eodem retulit. Tanı metam itinerum laborumque, Lugdunum cet, REISKIVS pertingens parum abquin ſpe, quam animo conceperat, prorexcideret. Mſti bibliothecae non facile ris domum auferendi impertiebantur, at, vt victum ſibi pararet, ſchedas librorum relo madidas corrigere, et Graecae lin; inſtitutiones tradere cogebatur. A. 1740.

X 2 edidit

edidit Moallacah Tharaphae, poema A
cum, et indicem librorum Arabicoru
bliothecae publicae Lugdunenſis co
Burmannianam editionem PETRON
ſe, inuito editore, paſſim vitiatam eſſe
re ſatetur, neque ſe purgare audet. Me
arti tanto ſludio operam dedit, vt a
ſummos in ea honores capeſſeret. E
anno Hollandiam reliquit, et huic region
pietatis pleniſſima nuncupat. In patria
dux primum inops et egenus vixit, quu
nuum ſtipendium 100 thalerorum, qu
lus Profeſſoris in eum collatus honeſta
ſumtibus faciendis eo minus par erat,
non integrum ſoluebatur, et a. 1755. p
auferebatur. Libros edendo et corrig
in alias linguas vertendo, et nouos p
ſendo tantum ſibi pecuniae parauit, qua
ad vitam ſuſtentandam neceſſe erat. E
STII in ſe fauorem non laudat, ſed
magnum virum clandeſtinae inuidiae in
lat. Ab eodem tamen viro in conuict
miliaritatem ſe accitum eſſe bellicis tem
bus, non negat; addit tamen, quod in h
rem REISKII deletum vellemus, f
forte coactum ſe fuiſſe, vt hoc benefi
non detrectaret. Et haud ſcio, an de e
p. 79. loquatur, eundemque ſed praeter
no

omine carpat p. 84. Tandem a. 1758. munus Rectoris ſcholae ad aedem S. Nicolai ei emandatum eſt. Anno 1764. vxorem duxit, ingenio, virtutibusque, quae ſexum muliebrem ornant, praeſtantiſſimam. Alphabeticum amicorum doctorum indicem, quibuscum commercium epiſtolicum interceſſerat, conſignauit, virorumque iſtorum nonnullorum vitam et mores breuiter delineauit. Iniurius eſſe videtur in ill. MICHAELIS huiusque viri de proferendis etiam Arabicae literaturae finibus merita. SCHNVRRER et SCHWEIGHÄVSER exſpectationi, quam in REISKII mente iuuenes commouerant, abunde ſatisfecerunt. Suam ipſius mentis indolem et naturam morte interruptus non deſcripſit. Sed qui vitam attentius legerit: et virtutes et vitia hinc facile colliget. Vidua ſuperſtes narrat, qua animi fortitudine viuere deſierit a. 1774. Sequitur catalogus librorum REISKII, vel eius manu exaratorum, vel typis excuſorum. Priores Suhmianae bibliothecae, quae Hafniae eſt, illatos eſſe, et poſſeſſorem in viduam annuum ſalarium generoſe contuliſſe, notum eſt. Optandum reſtat, vt idem literarum munificentiſſimus patronus ſumtus his manuſcriptis vulgandis neceſſarios impendat, inter quos notae philologicae ad Abulfedam, cete-

ris palmam praeripere videntur. Epiſtolae ad REISKIVM a viris doctis ſcriptae maximam totius libri partem conficiunt. Omiſſae vero ſunt a foemina prudenti et modeſta, quae curam huius editionis in ſe ſuſcepit, epiſtolae a viris ſcriptae, qui adhuc dum vita fruuntur. Etiamſi non omnes editae epiſtolae neque argumento neque ſtili perſpicuitate et elegantia ſe commendant: tamen lectio illarum vtilis erit et iucunda iis, qui ingenium auctorum harum epiſtolarum (ſunt autem inter illos nomina clariſſima et celeberrima) penitius inſpicere velint. Dolendum eſt, paucas hactenus inuentas eſſe epiſtolas a REISKIO conſcriptas. Illa enim, quam ad FABRVM, Prof. Kilonienſem, dedit, ita comparata eſt, vt aegerrime iacturam ceterarum feramus. KLOTZIVS narrat, ſe gloſſarium Graecum Helmſtadii vidiſſe, quod ineditum ei videbatur, deſcribendumque promittit. Bene eſt, quod addat in ſumma velocitate Mſtum iſtum a ſe perluſtratum eſſe. Nam reuera eiusmodi codex Mſtus Helmſtadii non extat.

Obſeruationum Anatomicarum Decadem Imam ſiſtit D. GVIL. FRIDER. CAP-

PEL

PEL, Ser. Br. ac Lun. Duc. a Conſil. au-
lic. Medic. atque Anatom. P. P. Ord. —
Helmſtadii 1782. typis Schnorrianis. 4to
pagg. 23.

Illuſtriſſ. DE FLOEGEN, Ser. Br. ac Lun.
tci a Conſil. intim. huncce libellum, qui
uentia continet, auctor dicauit. In prae-
one paucis recenſet A. talium obſeruatio-
m fructum experientiaque probat, tenebras
is medicae obſeruationibus in cadaueri-
s rite inſtitutis disiectas eſſe, medicinae
dediſſe lucem, ac artem ſalutarem conti-
atis ac repetitis obſeruationibus ſtabiliri.
bſeruatio agit de frigoris phoenomenis in
lauere eiusque inteſtino ileo a lumbrico
forato. II. de pulſitie verminoſa hepate-
e pergrandi. III. de omenti ac inteſtino-
n mala conformatione, cholelitho cryſtal-
rmi. IV. de puerperae anatome, cuius
rdi pericardium arcte accretum erat. V. de
ri orificio praeternaturali ac polypoſis con-
tionibus in pectore ac cerebro. VI. de
ſenterii et pancreatis obſtructione cum in-
nmatione coli, pulmonum vomicis. VII.
vaſorum ſanguiferorum mira conditione
inieſtionem cerae detecta. VIII. de in-
inis praeter ventriculum ab omento denu-
is. IX. de phimoſi et viſceribus abdomi-

 nis

nis auctae magnitudinis; ac X. de Hydrocephali inueſtigatione. Obſeruata haec, quoniam quaedam ad rariora pertinent, continuabit, nouisque A. locupletabit.

MICH. IGNATII SCHMIDT — *Geſchichte der Deutſchen etc.* i. e. Hiſtoria Germanorum. *Tomus V.* a primordiis regni Caroli V. vsque ad annum MDXLIV. Vlmae 1783. pagg. 493. exc. praef.

Hiſtoriam ſcribenti et patriam, et religionem, cui addictus, obliuiſcendam, atque omnino nullius plane rei, quae animum a caſta veritate alienare atque vel ad ſimultatem et inuidiam, vel ad amorem et ſtudia componere poſſit, rationem habendam eſſe, saepenumero iam dictum, atque identidem ab ipſis hiſtoricis, vel partium ſtudia vere abiicientibus, vel certe idoneae fidei exiſtimationem ſectantibus, diſerte profeſſum atque iactitatum eſt. At ſi quam ſibi ſumunt hiſtoriae ſcriptores rem peculiariter enarrandam, aut ſi quem in locum incidunt, vbi iam debeant ac poſſint hanc ſuam fidem, veritatemque, nec praeiudicatis opinionibus, nec animi affectionibus, metu, et ſpe corruptam, oſtentare; tum in pri-

primis aſſolent aureum hoc praeceptum vrgere, et, quam ſibi illud curae cordique fuerit, gloriari, nec quidquam a ſe proditum eſſe, quod non ipſi, conſultis operoſe fide dignisſimis teſtimoniis, et vtrimque ponderatis omnibus, quae pugnent inuicem, religioſe exploratum ac perſuaſiſſimum habeant, adſeuerare. Et quod ad ipſas res geſtas, quae memoriae produntur, pertinet; pauciſſimi forte illorum tam ſunt abiecti, vt gratia et odio ducti vel temere fingant, quae non facta ſunt, vel praetereant ea, quae liquida ſunt et memoratu digna; certe ne quandoque poſtliminio reſtituatur ſuppreſſa veritas, ac mendacia redarguantur, ideoque ne ipſe ſuae famae apud poſteros male conſulat, fallaci ſcriptori metuendum eſt. Itaque in rebus ipſis, vt quique diuerſae partis ceteris probabiliores et prudentiores hiſtorici inueniuntur, ita in vniuerſum fere magis conſentiunt; valet hic etiam, quod philoſophi aiunt: ῥᾳδιον το ἀληθες. Verum ſicubi a narratione nuda ventum fuerit ad ſententias ferendas de rebus geſtis, ad cauſas eorum, quae vel feliciter vel ſiniſtre acta ſunt, coniecturis adſequendas et ſpecioſe exornandas, ad hominum, qui res geſſerunt, virtutes aeſtimandas, ad eorum animi morumque indolem depingendam, ad

meritorum illorum modum dimetie
conſilia, quibus regerentur, perueſt
explicanda; tunc ſane planiſſimum
vere dictum illud: Οὐ ταρασσει τι
πους τα πραγματα, ἀλλα τα
πραγματων δογματα.

Certius hoc numquam cognouit
perlecto libri laudatiſſimi *hiſtoriae*
rum Schmidtianae tomo quinto. I
ad aeuum iſtud perlatus, quo religi
ſidia patriam noſtram vehementer
runt ſub Imperatore Carolo quint
quem omnes adhuc hiſtoricum adn
gacem, veri tenaciſſimum, ac libe
iudicarunt, ita munere ſuo ſunct
ipſe praeuideret atque praediceret
eſſe, vt, quamquam ſuae ſibi dex
fidei conſcius, tamen non modo
pliceat lectoribus, ſed etiam vt o
ptoris iuſti, aequi, et a partium ſtu
parum ſatisfeciſſe videatur. Alia
faciem eſſe vniuerſae de rebus a L
ſuſceptis, et effectis narrationis in
quam in illorum, qui vel ex inſti
rum a LVTHERO *emendatorum*
hiſtoriam, vel aliorum, qui, his ſac
addicti, in hiſtoriae catholicae et G
perpetuitate ad iſta tempora deferu

facile quisque, modo peruoluens illum
·luſtrans, intelliget. Haud quidem com-
dum eſſe SCHMIDIVM cum MAIM-
GIIS, nedum cum COCHLAEIS,
ɔus eſt confirmare; deferbuit enim ille
ſanctus, quo iſti olim in ſuis de LV-
RO libris agebantur, iam dudum inter
ɔ politiores et doctiores, qui in lucem
eniunt, Romanae eccleſiae ſcriptores;
MIDIO autem iniuriam fieri crediniſ-
ſi quis non admodum diſſimile quid-
ı ab illius ingenio liberali et doctrina ex-
aſſet. Immo vero talem ille ſe praebuit,
:ri non poſſit, quin multorum ſuae etiam
ſiae hominum vehementioris naturae
ıam reprehenſionem incurrat, quod non
ıius in emendandae eccleſiae conſilia in-
tur; quod perditum valde religionis, cle-
rei monaſticae ſtatum ante LVTHERI
ıora fuiſſe, profiteatur; quod, niſi ho-
ice certe leniter, de LVTHERO, ac per-
is viris principibus et doctis, cauſam eius
tibus, ſentiat etc. At iſtos procul dubio
curabit. Enimuero, quamquam haud
: quisquam eorum, qui huc vsque, a Pro-
ntium communione ex profeſſo alieni,
llorum origine et progreſſu perſcripſe-
; minus cupide et feruide rem illam ſuſ-
cepe-

ceperunt, quam SCHMIDIVS noſter; tamen ſperandum credidiſſem, IOSEPHI SECVNDI hiſtoricum, qui, quum poſſit libere eloqui ſenſa animi, etiam voluiſſe videtur, magis iuſtum fore et idoneum rerum arbitrum, atque inprimis de toto reformationis eccleſiaſticae opere, longe aliam lectoribus ſuis informaturum eſſe ſententiam. Negare enim non poterit, quamquam id minime profitetur, hoc opus in vniuerſum permagnis ac fortunatis grauidum euentis, atque feracem fuiſſe cauſam multorum, quae eccleſiae vniuerſae, quae rebus publicis, quae moribus hominum, quae literis et artibus intra hoc CCL fere annorum ſpatium acciderunt, beneficiorum et incrementorum. Quod ſi concedere nolit, ſane velim, vir ſagaciſſimus mihi oſtenderet, praeclarum illum, qui in vniuerſa Europa ad omnem excellentiam interea factus eſt, curſum etiam ſine conatuum illorum, vel ſi malit ita vocare, — nihil prohibeo, — *tumultuum* ac *turbarum* LVTHERI interuentu, inſecuturum fuiſſe. Sin vero concedat omnino, cur tandem tam inuitus fatetur? cur aegre fert, ab hiſtoricis noſtris, (e quibus nominatim hac de cauſa perſtringit in praefatione HAEBERLINVM) diuinae prouidentiae attribui totam illam felicioris

rerum

rerum conditionis, quam reformatio eccleſiaſtica parauit, procurationem? cur mala tantum crepat illa, quibuscum coniuncta fuerunt coepta LVTHERI, et quae non abfutura ſunt vmquam a magnis rerum conuerſionibus, omniumque minime abeſſe poſſunt, quando perditiſſima quaedam rerum conditio plane abroganda, et inſtauranda melior? cur minime quaerit, vnde et a quibus potiſſimum illa mala venerint, effectumque, vt non poſſent non violenter agi et atrociter, quae alioquin pacate et moderate acta fuiſſent? Indignabundum apparet ſcriptorem noſtrum ad hanc hiſtoriae ſuae partem acceſſiſſe; aſpere vbique de LVTHERO et amarulenter loquitur; ſiniſtre ſaepe et inique mentem illius interpretatur; culpae ei non merenti multa vertuntur, quae et ipſe improbauit; commiſſa ab aduerſariis vitia vel facinora aut plane reticet, aut benigne excuſat, ac temporum infelicitati adſcribit; Principes, qui Euangelicis praefuerunt, inprimis Saxo et Haſſus, vix memorantur citra acerbas reprehenſiones, atque non alio fere loco habentur, ac rerum nouarum ſtudioſiſſimi, ſuae poteſtati ſolum amplificandae, ac totius imperii Germanici labefactandae conſtitutioni intenti, religionis autem purioris tuendae et propagandae titulo

in

dici, aliaque acta comitialia, epiſtolae am-baeae Caroli V. et Ferdinandi fratris, relatio-nes de legationibus etc.

Symbolae litterariae Haganae, ad incrementum ſcientiarum omne genus a variis amice collatae. Claſſis ſecunda faſciculus tertius et vltimus. Hagae Comitum apud C. Plaat, bibliopolam. 17..

Frugiferam hanc animaduerſionum criticarum inprimis philologicarum et hiſtoricarum ſyllogen, quia non ſatis innotuiſſe videtur inter noſtrates, ſemel certe iuuabit commemorare. Praefuit ei hucusque congerendae et edendae idem vir doctus, qui et *Muſei Hagani* curam geſſerat, NICOLAVS BARKEY, Theologiae D. et Prof. ac V. D. M. Haganus, nunc emeritus, qui vero nunc finem impoſuit vtrique operi, omnemque ſuam ſuppellectilem, continuandis *ſymbolis Haganis* deſtinatam, genero ſuo tradidit, IO. PETRO BERG, Prof. Theol. Duisburgenſi, *collectionem nouam* huius generis edituro. Vt *muſeum Haganum* commentationes vulgatas iam antea, ſed exquiſitioris argumenti, theologici, critici, philologici, neque crebro obuias continet; ita *ſymbolae* inedita eiusmodi

viro-

virorum doctorum vel vita iam defunctorum reliquias, vel etiam ſuperſtitum opuſcula, epiſtolas, etc. quibus et editor ſua quaedam obſeruata inmiſcere ſolitus eſt.

Faſciculi igitur poſtremi haec eſt materia. Primo loco leguntur CARPZOVII noſtri, cui et totum faſciculum editor honoris cauſa inſcripſit, *Animaduerſiones ſuper aliquot voces Graecas ex literis Π et Ρ in ſupplementum theſauri Bieliani ſ. lexici in LXX interpretes etc.* quae conſcriptae erant ad reſarciendas plagulas quasdam illius operis deperditas, poſtea vero inopinato inuentas. Carpzouianae verborum Graecorum explicationes Bielianis multo ſunt vberiores; accuratius illorum cum diuerſae poteſtates in Graecis interpretibus obuiae diſpiciuntur ac dinumerantur, tum in ſingulis locis ad exprimenda Hebraica conuenientia exploratur; inprimis in v. πυρος, πυρoω, πυρωσις, πωλεω, ῥαβδος etc. — Sequitur b. IO. CHR. BIELII *fragmentum diſſertationis de Potiphara, ſacerdote Heliopoleos, cuius filiam Pharao in matrimonium dedit Ioſepho* ad Gen. XLI, 45. Quum alii כהן און de *principe* vel *praeſide Heliopoleos* intelligant; mauult auctor de *ſacerdote Heliopoleos* explicare, propterea maxime, quod, ſi כהן de *miniſtro regio*, vel *ſatrapa* vſitetur, nomen

Regis, non *urbis*, addi ſoleat. Ad firmandam hanc interpretationem plura attulit cum de vſu vocis, tum vero potiſſimum de dignitate muneris ſacerdotalis apud Aegyptios. Adiecit editor primo quaedam excerpta ex P. E. IABLONSKI *diſſ. VIII. de terra Goſen*, huc pertinentia, deinde mantiſſam obſeruationum ſuarum ad haec BIELII et IABLONSKI opuſcula. — Hanc excipiunt GOD. GVIL. LEIBNITII *epiſtolae aliquot ad* BIELIVM; ſeptem numero ſunt, anno 1715. ſcriptae Hannouerae, de rebus literariis temporis illius. Neſcio, an alibi legatur viri de numero apocalyptico 666. ſententia. „A me olim notatum eſt, inquit, (p. 490.) numerum *agni* eſſe *quadratum* 144; nam ſi duodena eius in ſe ducantur, hic numerus prodit; numerum autem *beſtiae* eſſe *triangularem*, ſeu defectiuum; nam ſi figura punctorum adiecta:

[1	1 .
[3	2 ..
[6	3 ...
	4 .... etc.

continuetur vsque ad 36. ſumma totius trianguli, ſeu ſumma omnium numerorum ab 1 vsque ad 36 incluſiue facit 666. Itaque cum omnes indiſcriminatim numeros congruos et incongruos comprehendat, numerus eſt *Be-*

ſias, ſeu *mundi in prauo iatentis*.„ Loco quarto: Epiſtolae HERM. *von der* HARDT *ad eundem* BIELIVM; neque illae luce indignae. Quinto: IO. FABRICII, theol. Helmſtad. *epiſtolae ad eumdem*. Agnoſcis FABRICIVM, praecipue ex epiſtola ſexta, ubi in BENTLEII *concionem de papatu*: „Video, illum nec recte capere ſenſum decreti concilii Tridentini de *αὐθεντίᾳ* Vulgatae verſionis, et ſomniare, neſcio quid, de Papae infallibilitate, quae tamen non aliter intelligenda, *quam in quantum conformis eſt ſacris litteris*; qualis infallibilitas cuiuis etiam priuato competit. Quamquam doctrina de infallibilitate Pontificis minime pertinet ad credenda eccleſiae Romanae.„ — HARDTII vitam aliquando ſcripturo notandum eſt, quod p. 33. refertur! „HARDTII ſponſa eius in domum et bona immiſſa fuit auctoritate Principis Ser. die 30 Sept. quo cerui venereae libidini creduntur nuncium remittere. Sed ille miras inde ab eo tempore tragoedias egit. —„ Sexto: AVG. LVD. ZACHARIAE, V. D. M. quondam Cotheniani, *diſſertatiuncula epiſtolaris critico literaria ſuper codice biblico Americano*. Sermo eſt de bibliis, a IO. ELIOTO in linguam Virginicam translatis, et editis Cantabrigiae in Noua Anglia a. 1663.

Accedit IAC. WILLEMSENII, V. D. Medioburgenſis, qui illum codicem poſſ epiſtola de eodem ad editorem; et huius μετρον. — Denique transſcriptum hu notiſſimum IO. IAC. SIMLERI de r mationis eccleſiae Anglicanae annalibus e dis conſilium, vna cum variis nouis litea — Indicem, qui ad vtrumque harum bolarum volumen reſpectet, aegre d ramus.

Geiſt der peinlichen Geſetze etc. h. e. CAROL. WIELANDI, Prof. p Lipſ. *de ingenio legum criminalium*, quiſitiones philoſophicae. Lipſ. Kummerum. *Tom. I.* pagg. 462.

Nondum exhauſtam eſſe omnem in et fundamenta legum vel vniuerſalium uilium, quibus ſcelera hominum coerc inquirendi, hasque ex illis deducendi, finiendi materiam, cum difficultates rei i tum philoſophorum, qui ſuum in graui hoc genere quaeſtionum acumen exe runt, diſſenſiones manifeſto probant. grata eſſe debent et accepta quaelibet pericula, vel diſſoluendi nodos quosdam bus adhuc impedita fuit doctrina de L

ninalibus, vel doctores ipſos ſecum con-
andi. Neque infeliciter huic rei operam
lit auctor libri, quem indicimus. Etſi enim,
pſe fatetur, diſquiſitiones ſuas nolit com-
ari immortalibus libris, MONTESQVI-
I, CATANEI, BECCARIAE, atque
us fere pendeat ab horum ſcitis; tamen
dandus ob hoc, quod et axiomata multa
ſimpliciores notiones, tamquam ad fontes
is, reduxit, eaque ſic aduerſus abuſus va-
s praemuniuit, et naturali maxime ordine
icta collocauit. Hac explicatione prima-
n indubitatae veritatis idearum viam ſibi
auit ad definiendos vniuerſae legislationis
ninalis iuſtos limites, atque eruendas et
licandas variis conſtitutionibus rerum pu-
:arum leges vniuerſales politicas, et his ve-
deinceps determinandum criminum ac
enarum modum. Hactenus progreditur
eris bipartiti tomus prior, de quo nunc ſo-
a agimus. Nimirum quatuor ille ſectioni-
; vel diſputationibus conſtat; prima de fi-
us poteſtatis legislatoriae ac de officiis le-
latoris exponit; ſecunda naturam et ſco-
n legum criminalium oſtendit; tertia con-
utionis politicae vim ad legum criminalium
ſectionem explicat; quarta de criminibus
oenis agit. Acumen ſubtile in euoluen-

 dis

dis rerum notionibus, ac legibus ad ſua ſas et principia quaedam primitiua et v ſalia ridigendis, nemo facile deſider Nec parum ſine dubio conduxerit lect ſus libri ad percipienda et ſtabilienda l tionis criminalis iura et officia. O enim nauauit auctor lectoribus occaſ praebendi idoneam de multis legibus a tatis pariter ac noſtri temporis, deque ſimorum Iurisconſultorum ſententiis c di et iudicandi. Hinc et leges non p vel tamquam exemplaria prudentiae l toriae imitatione digna, vel tamquam mina peruerſi poteſtatis ſupremae abu ducuntur, quod ad illuſtranda praecep ctoris generalia egregie facit. Interi boni libri dotibus maiorem perſpicui facilitatem et gratiam orationis accede lemus.

Pragmatiſche Geſchichte der vorn Mönchsorden etc. h. e. Hiſtoriae maticae praecipuorum Ordinum ſticorum, ex libro anonymi a Francogallico collectae, et in ſu quamdam ita concinnatae, vt ing interiorque rei monaſticae con

inde appareat, *Tomus IX.* Lipſ. 1782. pagg. 462.

Praetermiſſa dudum a nobis eſt nouae hu- acceſſionis, diligentia CROMII V. Cl. ad ius commendabile factae, recenſio, quam men plane deſiderari noluimus. Quo ma- is enim ad finem ſuum procedit hic labor, eo grauior euadere eoque exercitatior in libro Gallico refingendo et amplificando opera im- pertiri videtur. Comprehendit hic tomus hiſtoriam *Minimorum* et *Societatis Ieſu.* Illa a BARTELSIO, haec a CROMIO ipſo proficiſcitur. *Minimorum*, vel *Franciſci de Paula* ſectatorum, circa a. 1435. exortorum, origo et propagatio, capite *primo* narratur; interior diſciplina, regula, ingenium ac guber- natio huius Ordinis cap. *ſecundo* deſcribun- tur; *tertium* priuilegia eius recenſet; *quar- tum*, appendicis inſtar, de *monialibus*, et *Ter- tiariis* Minimorum agit. — Amplior eſt et maioris momenti *Loyolitarum* hiſtoria, (p. 59 - fin.) necdum ad finem peracta. Cap. I. refertur de origine et fundatione ſocietatis; inſeruit CROMIVS accuratiorem paullo de vita *Ignatii Loyolae* narrationem. Auctor enim ſarcaſmis ſuis, vt ſemper, ita hic potiſ- ſimum, ita ſe abripi paſſus eſt, vt magni pon- deris res negligeret, plura differeret; quam

narraret, atque hiſtoriam ipſam in ſumma ſuperficie tantum, vt aiunt, attingeret. Pari modo et cap. II. quo de legationibus religioſis, ab hoc Ordine ſuſceptis, exponitur, augmentum non leue tulit, adiectam nimirum Franciſci Xauerii vitam. Cap. III. fata aduerſa, quibus in ſumma fortuna et gloria haec Societas a primis fere natalibus in Gallia potiſſimum vexata fuit, non tamen vltra Henrici IV. tempora, enarrantur; reliquam hiſtoriam vsque ad abrogationem ordinis tomo ſequente additum iri ſperamus. Cap. IV. exhibet *Priuata monita ſocietatis Ieſu*, primum latine, deinde germanice, praemiſſis ab editore animaduerſionibus criticis et literariis, quibus commiſſi ab auctore pariter atque ab HARENBERGIO circa hunc libellum errores corriguntur. Planiſſimum in primis fecit, *priuata monita* a *ſecretis monitis* plurimum diſcrepare. Sequuntur cap. V. auctoris obſeruationes ſuper his *monitis*, cum appendice epiſtolarum quarumdam coenobialium, et *epiſtolis ſpiritualibus* transſumtarum.

Tablettes fantaſtiques ou Bibliotheque tres particuliere pour quelques pais et pour quelques hommes, par l'Auteur du Memoire

rial d'un Mondain etc. A Deſſau 1783.
.lph. 4.

ptio libri obſcurior eſt, quam vt pri-
ıitu adſequaris, quid promittat. Eſt
ſarrago multarum varii argumenti
ıtatiuncularum, a viro perſcriptarum,
pidiſſimum ingenium, multarum re-
entiam ampliſſimaeque lectionis co-
i iam cognouerunt abunde, qui edita
priora eruditae ſollertiae monumenta
ınt, in primis vero librum illum, cu-
orem in titulo noui huius opuſculi ſe
ır, (*Memorial d'un Mondain*) bis
ılgatum, et magno plauſu receptum
ıte literaria, perlegerunt. Notiſſimum
, profectum hunc librum eſſe ab Illu-
) Comite MAXIMIL. *de* LAM-
Caeſaris Camerario. Eadem iam
ſentis *bibliothεculae* et materia et ratio.
ıiſcentur iocoſa. Nunc de rebus al-
ıdaginis docte diſputatur, nunc facete
nioſe dicta occurrunt; de moribus ve-
ıinum, de praeclaris ſententiis, factis
ıtis virorum illuſtrium, de inuentis ar-
s antiqui et noſtri temporis, de rebus
ias terras, quas perluſtrauit auctor, me-
dis et viſu dignis, multa narrantur,
eminem poenitebit legiſſe.

Die neueſten Entdeckungen in der (
h. e. Nouiſſime inuenta chemica
cta a D. LAVRENTIO CR:
etc. *Tom. VI.* Lipſiae apud W
dum. 1783.

Multis negotiis hucusque impedit
quo minus hanc et reliquas huius lib
indicarem. Sequitur ergo argument
mi ſexti. I. Cel. GMELINVS in c
Aegyptio ſiccato neque aſphaltum, n
driam, vel alias reſinas, ſed putredin
uerem ſolutarum plantarum partes
II. Peritiſſ. ILSEMANNVS docet,
tione in fornaculis metallorum expl
ferrum venis repurgari queat. III. Id
hibet lapidem ſciſſilem ad vitri ſimilit
accedentem ex partibus calcariis; ſilice
phoreis et nonnumquam ex paucis
conflare; de eius vero acido dubita
Experientiſſ. BVCHOLZIVS ex vn
acidi ſalis formicarum totidemque vi
ter ſublimati vnciam dimidiam naph
cuit. V. Cel. HAQVETVS ex veni
ti viui Hydrienſibus cinnabarim parau
Dexterr. GOETTLINGIVS in r
ſalis, quod ex muris arcis Rudolphop
enaſcitur, inquiſiuit et inuenit, nihil a
ſe, quam ſal amarum purum. VII.

NES GODOFREDVS SCHOENWALDVS, pharmacopola Elbingenſis, ex quatuor libris radicis pyrethri maioris ope aquae ſubiectis ignibus olei butyro ſimilis, acerrimi ſaporis et nullius odoris drachmam dimidiam extraxit. VIII. Si WESTRVMIVS in capiendis experimentis, quibus ſalis veſc. acidum cum liquore fragrante e vino igne excitato miſcere ſtuduit, ſolertiſſime cauere potuiſſet, ne in ſale communi adhibito vel minima pars nitri lateret, multa fortaſſe alia reperiſſet. Nam vel exigua pars acidi nitri plurium φαινομενων recenſitarum cauſſa eſſe potuit. VIIII. Experientiſſ. LICHTENSTEINIVS probat, ſal neutrum ex cineribus clauellatis ſeparatum nihil aliud eſſe, quam ſal ex acido chalcanthi et ſale lixiuo plantarum conſtans; ſal vero plumoſum, quod BERNIGAVIVS ab hoc ſale neutro ſeparauit, ſeleniten eſſe ex acido chalcanthi et terra calcaria, quae in aqua adfuſa latuit, ortam. X. GRABERGIVS, pharmacopoeus Brunouicenſis, ex ſedecim libris radicis Valerianae officinalis L. vnciam et dimidiam olei viridis fragrantis parauit. XI. TILEBEINIVS obſeruauit, emplaſtrum diapompholygos poſt ſex annos continuiſſe globulos minimos plumbi, et ſibi perſuadet, hosce globulos ipſo praeparationis tempore non

in emplaſtro fuiſſe; ſed ſenſim ex calce plum
bi ortos eſſe. Facile vero inducor, vt cr
dam, in plumbo non ſatis vſto eiusmodi gl
bulos latuiſſe. Sequuntur litterarum ad I
Editorem datarum atque Commentarior
Societatibus literariis exhibitorum epitom
recenſiones librorum chemici argument
problemata.

Tomus *ſeptinus* ſequentia continet: I. C
SVCKOVIVS zincum in vino ſublim
ſoluit. II. WIGLEBIVS centum grana
lis lixiui foſſilis in ſal neutrum mutauit ad
bitis granis 75 acidi chalcanthi, 89 granis ac
nitri et 49 granis acidi ſalis communis. Qu
totidem ſalis lixiui plantarum ad hoc exp
mentum eligeret. prioris acidi grana 53,
cundi 60 et tertii 21 requirebantur. III.
nonymus quidam acidum ſalis communis c
magneſiae dulce ſeu potius minus acre r
dere ſtuduit ſequenti ratione. Vnciis o
ſalis veſci cum vnciis quatuor magneſiae
vaſe retorto contentis addidit vncias duo
cim puriſſimi vini ſublimati, quas antea ſ
ſim cum quatuor vnciis acidiſſimi ſalis ch
canthi miſcuerat. Ex his igne excitauit ſc
pulos duos naphthae ſalis communis, vt q
dam putat, chemicis vero hoc non perſua
bit. Nam, qui fieri potuiſſet, vt acerrim
ch

ıalcanthi acidum, cum vino ſublimato vel
otius cum eius φλογιςῳ iam intime mixtum,
ı ſal commune penetraret eiusque acidi tan-
ım modum liberaret, vt naphtha oriatur.
ìt ſi quoque acidum ſalis communis ſepara-
um fuiſſet, num hoc debilius acidum ab for-
iſſimo acido chalcanthi eius φλογιςον libera-
'e et ſe cum hoc miſcere potuiſſet? Non
gitur naphtham ſalis communis, ſed impu-
'am naphtham calcanthi parauit. IIII. Orna-
iſſimus noſter diſcipulus GRENIVS ſal am-
noniacum ſine ſublimatione, et ſal mirabile
GLAVBERI parare ſtuduit ex ſale veſco, a-
ıumine et vrina putrida. V. Peritiſſimus
KOHLIVS probat, praeter ferrum etiam ſe-
mimetallum, quod regulum cobalti vocant,
poſtquam ab omni ferro ſeparatum eſſet, a
magnite trahi poſſe. Verum enim vero,
quid? ſi ipſum ferrum ad naturam puriſſimi
cobalti ita pertineat, vt nulla arte ab hoc cor-
pore mixto diſſociari queat. VI. HERM-
STADIVS ex acido tartari et liquore vini
tenuiſſimo naphtham parare fruſtra tentauit.
VII. TILEBEINIVS reſina viſci albi L. re-
ſinam elaſticam chinenſium imitatus eſt.
VIII. Idem ex quindecim vnciis liquoris vini
excitatiſſimi et nouem vnciis acidi nitri fuman-
tis niue refrigeratis ac deinde mixtis, vnde-
ciim

cim vncias naphthae ſeparauit. VIIII. Idem ex acido ſalis naphtham praeparare incaſſum ſtuduit. Subiuncta ſunt additamenta eiusdem generis, quae in prioribus huius libri partibus reperiuntur.

Be.

Flora Halenſis, auctore F. W. A LEYSSER. Halae 1783. ſumtibus auctoris, typis Teubelianis. 8. 1 Alph.

En alteram florae Halenſis editionem magis expolitam, nouisque ſpeciebus auctam. Stirpes, circa Halam Salicam ſponte creſcentes, diſtribuit auctor generoſiſſ. ſecundum ſyſtema ſexuale, ſequutus ordinem, qui REICHARDO in editione ſyſtematis plantarum Linneani ab a. 1779. placuit. Generum ſpecierumque characteres propriis iisque doctiſſimis obſeruationibus, ſaepius emendauit; locum natalem cum tempore efflorеſcentiae annotauit accuratiſſime, topologiae et chronologiae indicem vtiliſſimum adiiciens, ita, vt libellus ad cognoſcendas ſimillimasque plantas inter ſe diſtinguendas facillime ſufficiat. Secundum perſpicaciſſimi HEDWIGII methodum, (id quod omnibus botanices amicis et cultoribus pergratum erit) muſcos frondoſos

diſpo-

oſuit, qui vero tandem aliquando e Cry-
gamia, ignorantiae aſylo, relegandi eſſent.
Plantis officinalibus nomen pharmaceuti-
ı adpoſitum inuenies, partesque enumera-
quae in vſum medicum trahuntur. Inſunt
c editiōni 1277. ſpecies, inter quas 160. ad
:m cuiuscunque numeratas fruſtra in prio-
ib a. 1761. quaeſiueris. Eminet v. c. genus
droſaces, Schoeni, Elatines, Zanichelliae
Cineraria paluſtris, cordifolia, Senecio
inus in prima edit. ſub falſo nomine ſc. O-
nnae paluſtris, integrifol. et helenit. occur-
t. Ciuibus autem florae Halenſis, certan-
ane cum ditiſſimis, minime adſcribendi
t: Colutea arboreſcens, quippe quae in
mania haud ſponte creſcit; Phaſeolus lu-
is, in Benghala habitans, cuius ſemina cer-
aſu quodam illuc delata ſunt, v. pag. 175.
xſpectandum fuiſſet, an proxima aeſtate
ım progerminauerit; Scilla amoena (for-
iſolia.) . Staphilaea pinnata, Europae au-
lioris incola etc. Arnica montana, quam
AVTH quondam Halae legit, et ocula-
nus LEYSSER nondum inuenire potuit,
dubio pro vſu officinali deſtructa eſt,
m ipſam breui tempore idem fatum in no-
regionibus maneat. Leyſſera gnaphalo-
des

des aeri inciſa magnum meritumque ornatum libro affert.

L—m—n.

Synopſis hiſtor. literariae, qua Orientis Graeca Romana item aliarum linguarum ſcriptis cultarum literatura tabulis ſynchroniſticis exhibetur, auctore IEREMIA NICOLAO EYRING, Philoſ. in Acad. Georg. Aug. Profeſſ. P. O. et Bibliothecae Reg. Acad. cuſtode, Lycei Gotting. Directore. Gotting. apud b. Vandenhoeckii viduam. 1783. 4to. *P. I* et *II*. pagg. 390.

Erunt fortaſſe, qui titulo libri perlecto putent, ſuperuacaneum librum illique, cui ad manus ſint opera HAMBERGERI et SAXII plane inutilem eſſe. Paullo tamen accuratius libro cognito et perluſtrato non dubito, quin iidem S. R. WALCHIO quem indicem locupletiſſimum, priusquam chartas typis excudendas commiſit auctor, elegit, aſſentiantur, qui non ſolum tirones, ſed doctos etiam viros hoc opere adiutum iri affirmauit. Si enim liber tanquam Saxiani operis compendium conſideratur: habet, quo ſe vtrique antelaudato hominum generi commendet. Exigua

ıole conſpectum rei literariae ſiſtit, quem
us diffuſum voluminibus SAXIVS de-
ıit. Deinde tabulae ſynchroniſticae,
s ſcriptores Orientis, Graeciae Latiique
ıbtuitu lectorum oculos feriunt, multum
:ebus hiſtoricis afferunt, memoriaeque
ım, quos inprimis hoc opere demerere
: auctor, egregio adiumento ſunt. Tan-
ſyluam auctorum, qui de ſcriptore quo-
gerunt, a SAXIO memoratorum, in-
os erant notiſſimi, ſemel ab initio ope-
:morandi, e. g. FABRICIVS, BRV-
RVS, omiſit, hinc illinc ſolo HAM-
BERO vel alio nominato. At auctoris
ntiam et merita non recte aeſtimaret,
il niſi Saxianum opus in compendium
um hac ſynopſi redemturis proponi
retur. Nam et ſcriptores perquam plu-
a SAXIO praetermiſſos praecipue O-
les, quorum indicem ſatis longum prae-
xhibet, EYRINGIVS adiecit, et ſcripta,
s inclaruerunt, a SAXIO pariter non
ta, auctoris nomini ſubiunxit. Syno-
inis partibus diuiſa eſt, quarum prima
iam antiquam complectitur, altera me-
ab a. poſt C. N. 622. ad 1308. Tertia
nſtauratas literas ſeculis XIV. et XV. ad-
ıbit, et ad aetatem DESID. ERASMI,

rum, graece et latine. *Vol.*
523. 8.) Wirceb. ex offic. S

Opera omnia ſanctorum *Pat*
rum. *Vol. V*. (pagg. 343.)

Vtriusque bibliothecae patriſt
nouae acceſſiones non poſſunt n
ceptaeque eſſe literarum eccleſia
toribus. *Prius* volumen conti
NIS operum omnium, ad editi
enſem CAROLI RVAEI recuſ
ſeptimum, nempe Selecta et homil
Iudicum et Ruth, in 1 Regum
Pſalmos I - XXXVI. — *Poſteriu*
NOBII Afri aduerſus gentes li
IVLII FIRMICI MATERNI
profanarum religionum ad Co

ıentum aliquod erigit eximium. recolit memoriam deſideratiſſimi, STEINACHERO communem ici COLVMBANI ROESSERI, Banthini, Profeſſoris quondam e in eadem academia doctiſſimi, elegans ex marmore epitaphium, collato amici reliquiis illius in tem- ico poſuerunt. Non indigna ſa- erat, de qua ad exteros etiam et ferretur. Totam epiſtolam, tam- ne humanitatis et dexteritatis au- ocumentum, magna cum volupta- ius. Altera eius pars vtriusque pologetici, typis nunc reſtaurati, literariam ſuccinctam recenſet. M exprimi curauit ad CANTERI lis Antwerpiae prodiit a. 1582. ſed m Leidenſem a. 1651. ita quidem et emendatum, vt vetuſtam lectio- e olim expunctam, illis certe in eret; vbi id vel ſuo ſenſu, vel I I I et HERALDI iudicio fieri ligeret; vbi tamen id fecerit, mo- lecto variarum lectionum indice, illarum copia, quam ſuppeditat ;aſis, depromto, additis quibus- VNNEGIETERI ad HOVENI-

VM epiſtola, *otiis literariis* Campenſibus inſerta. In IVLIO FIRMICO MATERNO nouiter edendo ſecutus eſt illam recenſionem, quae cum Minucii Felicis Octauio Lugduni Bat. a. 1672. lucem vidit.

Lebensbeſchreibung der drey Schwediſchen Reformatoren etc. h. e. D. IO. ADOLPH. SCHINMEIERI narratio de vita trium eccleſiae emendatae in Suecia reſtauratorum, Cancellarii LAVR. ANDREAE, OLAI PETRI et LAVR. PETRI, tamquam auctarium ad hiſtoriam reformationis Suecicae et verſionum ſacrae ſcripturae. Lubec. 1783. ap. Donatium. 1 Alph. 1 pl. 4.

Pergit eleganter exornare et illuſtrare hiſtoriam Sueciae eccleſiaſticam et literariam vir venerandus, quem iam alias illius partes in libro aeſtimabili, quem de bibliis ſacris Suecicis perſcripſit, copioſe pertractaſſe conſtat. Celebrantur inter primos purioris fidei Chriſtianae auctores et promotores OLAVS PETRI (ſeu, vt auctor recte vocat, PETERSON) et LAVRENTIVS PETRI, fratres, ex LVTHERI ipſius diſciplina profecti. At merito illis adnumerandus, vel forte antepo-

ıdus erat vir, ſine quo vix quidquam pro-
ſſent egregii duumuiri, LAVRENTIVS
DREAE. (ANDERSON) Huius tamen
ı ſatis cognitas plerisque virtutes et laudes
:, vidit SCHINMEIERVS, eoque ad-
ctus eſt, vt hominis pii, ſapientis ac de ſe-
er et celeriter inſtaurata doctrinae Chri-
nae et eccleſiaſticae rei in regno Suecico
ſtitutione meritiſſimi, vitam et res geſtas,
ntum in commentariorum paucitate fieri
ſet, vberrime exponeret. Quae de illo pa-
r ac de duobus reliquis viris narrauit, hau-
omnia ex puris hiſtoriae fontibus, quorum
ınullos primus adiit. Totum emendatae
leſiae negotium quibus initiis, quo ordine,
bus praeſidiis proceſſerit, luculentiſſime ex-
ſauit, et exquiſitis obſeruationibus quam
rimis, ac ſtilo facundiſſimo huic narratio-
gratiae ac ſuauitatis multum conciliauit.

D. CHRIST. RAV *Abhandl. von den Praeſentationen des Oberſächſ. Kraiſes etc*, h. e. Comm. de praeſentandis ab circulo Saxoniae ſuperioris Adſeſſoribus iudicii Caeſar. cameralis. Ratisbonae ap. Montagium. pl. 19.

Qui variis editis libellis academicis, quibus

[illegible] aeque ac beneficiarium illuſtrabatur,
[illegible] gloriam eſt conſequutus:
[illegible] amoena hiſtoriae patriae
[illegible] vireta emeriti incipit. Libel-
[illegible] indicauimus, ducte et el-
[illegible] conſcriptus. Periti rerum nob-
[illegible] ſi etiam permittat, au-
[illegible] plures alios libellos eius-
[illegible] Sectione prima ſermo ipſ-
[illegible] antiqua, in circulo Saxonico o-
[illegible] praeſentandi viros doctrina et
[illegible] ad dignitatem aſſeſ-
[illegible] imperii obtinendam.
[illegible] ante aetatem pacis Weſtpha-
[illegible] Saxonicum tam ſuperiorem
[illegible] modo tanquam vnicum circ-
[illegible] fuiſſe, cui ius praeſentandi
[illegible] Tabulis vero pacis Weſtph-
[illegible] vt circulus Saxoniae ſuperi-
[illegible] Saxonia ſeparatus, ſeparatim
[illegible] exerceret. Quod omnes
[illegible] ſuperioris ordinis in laudato iure
[illegible] cautum fuit co-
[illegible] Saxoniae ſuperioris facto an-
Hac [illegible] memoratu dignum de-
hac enim [illegible] iuxta quam Ordin-
[illegible] ius exercere poſſunt.
[illegible] rationes non ſufficere,

ac

:s ali poſſint, quot adeſſe debent, ſi,
:tiamur ſecundum legum imperii prae-
Latet vero in hoc ratio, quare Co-
ıc dynaſtae Saxonici intra ſpatium
II. annorum nondum adſpirabant ad
dum ius praeſentandi aſſeſſores. Au-
ctiſſimus euoluebat multo labore mo-
ı publica, ac rationibus, quas monu-
iſtunt, non contemnendis oſtendebat
, quo lites ac controuerſiae et deciſae,
decidi poſſunt, ſi forſitan ſuper hoc
ſentandi Saxonibus competens oriun-
inaebat, ita rem exemplo illuſtrare
eſt A., Elector Saxo, quum is, prout
ſtulabat, iure ſuo praeſentandi non
Tantum aberat, vt caeteri Ordines
lein ab exercendo hoc iure exclude-
potius fruſtra repiteretur Pomeraniae
firmans, Electorem Saxonem tunc
ad ius praeſentandi aſſeſſores admit-
eſſe, ſi ordo praeſcriptus denuo id
itteret. Simili ratione Principi Anhal-
ceſſum eſſe, docebat conſult. auctor,
is ius praeſentandi exerceret, quum
uerat, vt dignitatem Adſeſſoris in ar-
erio imperii nanciſceretur, quum, in-
ıic, neſcio, quo fato impediretur ad-
ıc munus gratioſe oblatum. Memi-

nit et controuerſiae haud ita pridem ſuper ius praeſentandi ſubortae. Laudanda eſt auctoris prudentia coniuncta cum ſumma animi modeſtia, qua non modo recenſet hanc litem, ſed etiam ponderat rationes a litigantibus prolatas. Vltima tandem ſectione tangit quaeſtiones varias, quae moueri poſſent, ſi, quod non optandum eſt, lites aliae, ſuper hoc ius in Circulo hoc ſopitae, aut reſuſcitarentur, aut nouae mouerentur.

III. De libellis academicis et ſcholaſticis.

Einige Anmerkungen über das Latein der Pandekten; i. e. *Obſeruationes quaedam Latinitatem Digeſtorum.* D. D. me[illegible] D. IOHANNIS FRIDER. VOIG[illegible] Membro Societatis Charitatiuae et [illegible] rum Dresdenſis. 4. Fridericopoli iuxt[illegible] dam, 1782. (plagg. 2.) De ſtilo et la[illegible] Digeſtorum, diuerſo, quod ſit in rebu[illegible] tionum ſaporisque, modo, diiudicat[illegible] Qui non ipſum Volumen integrum [illegible] runt, ſed e particula hac, illa, tulerunt tiam, ſiniſterius de toto ſtatuerunt. [illegible] vero reique conuenientius putarunt [illegible] cum iudicio critico et accurate ſingulo[illegible]

arunt. Auctor huius Commentatio-
lit ſtrictim Obſeruata quaedam ſingu-
uaſi per Theſes, omnia quidem ea ſe-
ordine, quo videntur ſibi in animum
ſſe. Iuuabunt legiſſe ſingula propter
iam Auctoris, et ſingula conuertiſſe in
locilem. Quae latinitas Pandectis in-
quae fuerint cauſſae quare coeperit non
ari, ſed deuenire in ſuſpicionem lae-
ariae adducuntur.

erat iam reprehendere quaedam circa
tem hanc LAVR. VALLA, qui cer-
os L. omnes Digeſtorum perlegerat
agna ſollertia, contra quem ſcripſit
ATVS. Vniuerſe tamen VALLA
terat non laudare eos, non modo quo-
am grauitatem, (quod per ſe dabunt
) ſed etiam propter orationis et ſtili
tem, atque elegantiam. — Saeculo au-
/I. inſurrexit aduerſarius eorum SAN-
, quem SCIOPPIVS, VOSSIVS,
CHIVS et alii ſunt ſequuti. Hi ve-
tes, non omnino imbuti ſatis notitia
i iuris, mirum non erat, ſi haut intel-
quaedam verba in iure vſitata, ſed pro-
erint, quae auribus Philologorum do-
placere non poſſent. SANCTII in-
iudicium examinatur a Noſtro, et con-

rint errata, imputata ſunt ſcriptoribu
geſtorum. Atqui hanc Verſionem
non ipſi adiecerunt, ab omni culpa
latinitatis immunes.

LAELIVS TAVRELLVS, ſi
duo TAVRELLII, LAELIVS et
CISCVS, pater ac filius, ediderunt
Codice MScto Florentino integrum
Digeſtorum. Quum autem et hi, in
locorum Graecorum, retinuiſſent vo
alii ſatis eſſe Latinas non putarunt,
ria, *ſubmemorationes*, cet., (etſi a
ICtis adhibitae fuerunt omnino;) G
ci, qui regulis eas ſuis parum conue
diderant, et has, et alias conſtructi
mutarunt, atque dum librariorum
inſectabantur, ſuam potius ignorant

nſu calculum non tulit. — LAELIVS TAVRELLVS, pater, ſuperato per nium labore moleſtiſſimo, Codicem atinum, auro cariorem, retentis adeo o- is ſcribarum erroribus, contulit, ſocio filio FRANCISCO; ſub cuius deinceps ae Opus ſplendidum Florentiis prodiit 4DLIII. Voluminibus tribus in ſolio. Is egregius vir, etſi omni cum ſollicitu- deſcripſerat Codicem, non potuerat ta- a ſe impetrare, quin et ipſe nonnunquam, correxiſſet, et ſuſpicionem inde exci- , quaſi plura quam faſſus fuerat in Prae- e, immutaſſet. Hanc editionem longe, nam perpauci conſpexerunt: et, qui- unt eam perluſtrare, non comprehen- , quare ſcribarum errores omnes ſer- erint? Quid? quod BRISSONIVS in *Parergis ſuis*, collegit omnem or- phiam, omnes voces et phraſes, in Pan- *Taurelianis* ſibi ſuſpectas, et vel effecit lo, vt multi pergerent ſuper latinitate ii ICtorum iniquius exiſtimare? Quod- NKMANI Hiſtoria Pandectarum, aut NERI Theſaurus *Stephanianus* iam, tent aetate BRISSONII, *ſua* certe *Parerga* Vir ille, ceterum eruditiſſi- nunquam ſiuiſſet.

Colle-

tionem, cauponium, contributionem, de
impoſſibile, legatarium, praelegare et
ſubſtantiam pro facultatibus, et plura.
vtique, qui vocabula artis, apud ICto
aetatis obuia, reiiciunt propter id, c
non occurrunt apud CICERONEM
gnificatione non eadem. SCIOPP
ro, VOSSIVS, BORRICHIVS, du
qui Pandectis inſunt omnes, ſine di
retulerunt inter ſcriptores aetatis aen
ipſo ignorantiam magnam prodiderı
perpendentes, *Proculum, Iauolenum*
tium, Celſum, Iulianum, argentea aeta
ſenum autem et *Labeonem,* aurea ac
guiſſe.

Defendit quidem latinitatem Dig
GEO. CASP. KIRCHMEIER Diſſe
bus ſex. non ita pridem a Conſult. M

te veterum ICtorum aduerſus VAL-
et IACOB. CAPPELLVM, ICtum.
RVS vero nunquam viderat editio-
ndectarum *Taurellianam.* Alioquin
tuiſſet, vbinam reperiiſſet librorum
STINI de Excurſionibus *Textum*
m? Cognouiſſet etiam e Praefatione
CISCI TAVRELLI, in Codice Flo-
ſyllabas quasdam bis legendas eſſe, vt
ia, ſententia; pro *neceſſet,* neceſſe eſ-
dicemuſis, dicemus ſi is; cetera. Et
di occurrunt non raro in aliis MSctis,
e in Codice VIRGILII Mediceo,
tura et ductibus literarum plane con-
m Codice Pandectarum Florentino.
LTENIVS denique repetiit omnes
ſuperiorum, in Lexico Antibarbaro,
n, doctus ille quidem, Pandectas ta-
n legerat, et v. c. vocem *Archigubor-*
ae legitur apud IAVOLENVM pu-
vocem eſſe aeui medii, quaſi ſcriptor
tatis huius IAVOLENVS! Accedit,
Dictionariis Latinis aetas ICtorum ve-
rronee adducitur non raro. In ipſo
dice, qui STEPHANI Theſauro
us eſt, *Proculus,* aetate Tiberii et
Pegaſus, tempore Iuuenalis; *Iauo-*
elſus, coaetanei Plinii Iun.; — hi, et

alii

alii plures, centum annis putati ſunt ſequiores. — Ex his, atque aliis nonnullis, oſtendit Auctor, inualuiſſe opinionem praeiudicatam et omnino peruerſam, latinitatem valoris non maximi, in Pandectis reperiri.

Nihilominus negari nequit, copiam non exiguam optimarum vocum ex argenteo, immo aureo aeuo, in Digeſtis eſſe. Inſunt Leges vetuſtae, Edicta et Senatus Conſulta priſca, Formulae ſollemnes. In Capite *de Verborum ſignificatione* leguntur explicationes multarum vocum elegantium. Etenim ICti veteres legerunt et ipſi ſcriptores bonos, et ſtilum ad eos ſuum conformarunt. Peruoluerunt CICERONIS ſcripta, inprimisque illius Orationes, iurium vetuſtorum ritibus vocibusque refertas; QVINCTILIANI Inſtitutiones Oratorias; Epiſtolas PLINII, et alios auctores; Poetas itidem Latinos, in quibus penſa reſpiciunt integra ad antiquum ius. — Dolendum eſt ſaltem, in editionibus auctorum claſſicorum, vel ipſis optimis, aut non exponi loca ad antiquum ius pertinentia, aut non ſatis apte. Continetur vero in libris criticis CVIACII, NOODTII, BYNKERSHOEK magnus numerus optimarum Annotationum ad voces difficiles Latinorum auctorum, quorſum Philologi huc vsque non reſpexe-

xerunt, nec ad intelligendos recte ICtos ?res conuerterunt.

Deſcriptio Codicis MScti Latini vix proſtat , vel praeſtantior, vel accuratior, illa Co-?s Pandectarum Florentini. Eam dedit NR. BRENKMANVS in Hiſtoria Pan-?tarum, libro, tam vtili Philologis criticis, ſine eo, poſt Digeſtorum ipſam lectionem, ?um de ſtilo idonee vix ſatis iudicauerint. ?ent autem non raro, loca ſcriptorum de ?iquo iure agentia, exponi non vt debebant, ipſis ICtis priſcis, ſed, quod ineptum eſt ?de, e placitis recentiorum Grammatico-?n. Hi quum parum intelligant antiqu-?a, delent, addunt, transponunt, et igitur in ?picionem immeritam inducunt latinitatem ?rorum, admodum latine ſcriptorum. Mi-?etur, ſi rediret ex inferis VLPIANVS, a ?rmanis ſe velle latinitatem edoceri. Sed ?n ſuo tempore conqueſtus eſt GELLIVS, ?ammaticos quosdam conari ſine ſufficienti ?is notitia, loca ſcriptorum iuris Latinorum ?erpretari, adduxitque formulam apud EN-?VM, *ex iure manum conſertum*; ſuper qua ?ammatici mirabilia nugati ſunt. — Quale ?c damnum prodat in eruditionem, palam ?. Iuniores, qui ſe iurium tradunt ſcientiae, ?ſint latinitatem eſſe ſingularem Inſtitutio-

num

num et Digeſtorum, et igitur ſcriptores alios Latinos negligunt tanquam huiusmodi, e quibus parum vtilitatis ad vitam inde reliquam redundare poſſit.

Hoc ſchedium Anonymi, Germanica quidem lingua ſcriptum, pereruditum tamen, et ſermone Latino bono, vt perueniret in notitiam plurium, fuiſſet dignum. — Quaerentibus nobis, annunciatus eſt auctor, Vir grauii auctoritate, CHRISTI. FRIDER. FLEISCHER, I. V. D., Conſul Dresdenſis, et apud Electorem Saxoniae Vectigalium et Tributorum Procurator. Is quamuis latere maluit, inique tamen ageretur in rem eruditorum, ni eruditionis rarae Vir apud elegantiores ICtos, quod merebatur, nominetur et concelebretur.

Stadae literis Friderici: *Die Frage: Wie muſs der Jüngling etc.* h. e. Quaeſtio: *qualis eſſe debeat adoleſcens, qui in eo ſit, vt in academiam ſe conferat?* ſoluta a IO. CHRISTIANO MEIER, Rectore ſcholae Verdenſis. 1783. pagg. 30. item: *Vereinigte fromme Wünſche etc.* i. e. *Piorum quorumdam vota communia omnium, quotquot ſunt, bonarum ſcholarum magiſtrorum faſciculi duo*, auctore eodem.

agg. 72.) Vterque libellus virum ele-
agenii et doctrinae probat. In *pri-*
em, reprehenſa diſcentium et inertia
ia, qui, quibus quisque vel naturae vel
ie praeſidiis inſtructus eſſe debeat, in
am conceſſurus, minime ſibi cogitan-
tant, monſtratisque, quae inde na-
malis, eos demum ſtatuit cum vtili-
cademias conferre ſe poſſe, quos in
bene ac cum laude aetatem egiſſe te-
ſit. Quod quum, praeter magiſtros
um, in quorum diſciplinam quisque
vix quisquam exploratius habere poſ-
t ſuadetque, vt aut hi a parentibus de
academiam mittendis diligenter in
n adhibeantur, aut viris quibusdam
ſu, literarum ſcientia, rei denique pu-
more excellentibus publice prouincia
ur nullum iuuenem, academici ciuis
et iura aucupantem, dimittendi, niſi
ione eius ab ipſis religioſe inſtituta.
i fore exiſtimat, vt nullus fere in aca-
veniat, quin ſcientiam comprehen-
n linguarum ſolum, veluti e priſcis
Latinae, fortaſſe etiam Hebraicae, e
ribus Anglicanae, Francogallicae, Ita-
primis patriae; ſed etiam multarum
c diſciplinarum, quae partim ad in-

 genium

genium acuendum, partim ad memoriam [illegible] ex-
ercendam faciant, vt Matheſeos, Logices, [illegible]s, Phy-
ſices, Philoſophiae actiuae, Rhetorices, [illegible]s, Hi-
ſtoriarum cum naturalis tum ciuilis et [illegible] eccle-
ſiaſticae, Geographiae initia. His vero ſtu-
diis quum ad inſequens vitae genus [illegible] magis
praeparari videantur ſanctiorum diſciplina-
rum ſtudioſi, quam reliquis artibus [illegible]editi:
maximo opere exoptandum oſtendit, vt quod-
cumque gymnaſium et lyceum habeat, [illegible] quo
initia doctrinarum quarumdam ad iuris ſcien-
tiam et medicam artem ſpectantium perdiſce-
re liceat. Poſtremo diſſerit A. de moribus
animique virtutibus, quibus ornatus eſſe de-
beat, ad ſeueriores Muſas transiturus. —
Ex *altero* ſcripto, quae auctori in rei ſchola-
ſticae ſalutem ardentibus votis expetenda vi-
deantur, transſcribimus. Sunt vero haec:
I. vt qui annis, ingenio, literarum ſcientia ma-
gis ad pueritiam accedant, quam ad adole-
ſcentiam, hi academiis prohibeantur; II. vt
explorationibus, ſicuti nunc quidem ſint, ſcho-
laſticis antiquatis, diligentiores ſollemniores-
que a magiſtratibus inſtituantur; III. vt in
omnes omnino et ſcholas et academias mo-
rum libelli quidam introducantur; IV. vt in
inferioribus latinarum ſcholarum claſſibus ar-
tes computandi et ſcribendi, praeterea hiſto-
rica,

phica, phyſica, mathematica, por-
um magis, quam priſcarum lin-
lium, religionis denique doctri-
ra ſcriptura, diligentius pertracte-
in ſcholis quibuscumque diſcen-
rus non in nimiam multitudinem
vt in latinis ſcholis paullulum de-
laſſium numerus; VII. ne prae-
iberalibus cauſſis adducti, alumno-
im habeant, neque eos, praeter di-
conditionem, comiter aut blande
III. vt docentibus, vbi opus ſit, do-
ntingant tutiora et aptiora. —
a vtinam non demum anno 2440,
guratur cl. MEYER, ad effectum
r!

---

vt orationem ad d. XII Febr. 1783.
cripſit D. CHRISTIANVS FRI-
LVDWIG, Med. P.P.E. com-
m *de ſuffuſionis per acum curatione.*
p. 23.) quam non poſſumus non
collaudare. Sub initium enume-
uos ſcriptores, qui deprimere inter
as lentem cryſtallinam ſuaſerunt;
, qui eandem potius ex oculo edu-
ſe crediderunt; quibus addit, qui

alteram methodum in quibusdam ſaltem caſibus anteponendam iudicarunt: tandem eos profert, qui priſcae rationi antiquum honorem reſtituerunt. Quas vero diuerſas maxime cl. cl. virorum ſententias cel. auctor curatius expendit; quo facto colligit illos, qui lentem extrahendam cenſent, anatomen ſubtiliorem, illos veró, qui ipſam deprimendam iudicant, naturam potius conſulere, atque plures depreſſione quam extractione curatos eſſe aegros. Remouet enim ſat ſpecioſa aduerſus ſuffuſionis depreſſionem argumenta: laeſiones oculi partium varias non ad methodum ſed artificem, eſſe referendas: lentis in cameram anteriorem propulſae extractioni adhuc locum eſſe: ſuffuſione rite demiſſa, inter ſo caſus, vix vnam vel alteram reaſcendiſſe; nec depreſſioni obſtare lentem vel nimis mollem vel duram; et vtramque ab aqueo humore vtplurimum bene diſſolui: vt propria experimenta in animalibus quoque capta cel. LVDWIGIVM docuerunt. Exponit poſt ea difficultates, quibus lentis extractio premitur; quam tamen neque in vniuerſum damnat, cum et illa curatio ſua interdum habeat commoda. Obſtat vero eidem imprimis vehementior inflammatio, humoris vitrei promſio, cetera. Inſtrumenta ad depreſſionem

ido-

nea luſtrans cl. vir, ea, quae ex chalybe
it, ceteris anteponit, acus rotundas vti et-
i acutas, reiicit, easque praefert, quae ha-
it mucronem tenuatum latiorem, cuius
rgo inferior acutus, ſuperior vero obtuſior
Progreditur nunc ad explicandam de-
ſſionis ipſius adminiſtrationem, adiectis iis,
ie recentioribus temporibus obſeruata ſunt:
iique vero illa ſuffuſionis genera rite indi-
in quibus lentis extractio depreſſioni ante-
ienda ei eſſe videtur; eaque ratione finem
ponit libello egregio, docto et perpolito,
m non ſine voluptate perlegimus.

Vitebergae ſcripſit proluſionem CHRI-
IANVS FRIDERICVS NVRNBERGE-
s, Med. P.P.O., *de ſympathia oeconomiae
malis,* (form. 4. pag 26.) qua orationem
uguralem ad d. 21 Nou. recitandam indica-
. Exploſa vulgi de ſympathia notione,
sque in remedia, quae dicuntur ſympathe-
i fide, diſſerit cl. Vir de eo corporis con-
ſu, qui re vera locum habet in animali
conomia. Nititur ille quidem pluribus va-
que cauſſis, quarum primaria eſt copula
, qua partes corporis omnes vnitae ſunt
r ſe et ſibi inuicem alligatae ſic, vt vna

altera impune ſeiungi nequeat: quod exemplis, a membranis, pluribus abdominis viſceribus communibus et vniuerſali telae celluloſae in toto corpore nexu petitis illuſtratur. Alia cauſſa huius conſenſus manifeſta haeret in fibrarum virtute tam elaſtica, quam vitali; quae, a quauis cauſſa in motum deductae, illum ad alias maximas, ſibique iunctas partes ſucceſſiue transferent. Vis vitalis vel irritabilitas, quae cl. viro fomiti electrico aut ſingulari magnetismo, aut vtrique, minime autem fluido nerueo videtur tribuenda, praeter modum aucta, mater eſt ſymptomatum maxime ſingularium in morbis ſpaſticis, in *febre conſenſuali*, etc. Neque praetereunda eſt fibrarum virtus ſenſilis, a neruis pendens, qui non ſolum in ortu, tubulis medullaribus in faſciculum collectis, ſibique inuicem incumbentibus, arctam inter ſe alunt communionem, verum etiam in vlterioribus progreſſionibus et extremitatibus ſuis per multiplices inter ſe coeunt, confluuntque anaſtomoſes. Alia cauſſa noſtrae ſympathiae latet in canaliculoſa corporis animalis compage; qua fit, vt intercepto in ſingularibus tubulis liberiori fluidi motu, illud ad remotiora, eaque magis libera, minusque renitentia regurgitent. Nec minus viſcera, quoad internam fabricam vel actionem

ra-

ıientia, ſingularis conſenſus ſigna edunt;
nammae et vterus; glandulosa muci
:tioria, diſſitis licet locis poſita. Alia
ſympathiae cauſſa in ipſis liquoribus
ibus, ex communi fonte fluentibus,
nda eſt; quibus addas functiones cor-
ſtas, quarum vna ab altera ita dependet;
etiam fere in orbem fieri videantur:
ue eiusdem conſenſus ratio ab anima
nda eſt, cuius facultates omnes ſaepe
s in corpore haerentibus cauſſis impreſ-
ısque phyſicis, gratae ingrataeue afficiun-
ice vero verſa eadem quoque propria
potentia, nouos in corpore motus ex-
, aut alios eius vario modo perturban-
Quae vero omnia ea ratione in hoc cl.
ıello ſunt pertractata, vt iure ſuo me-
qui L. B. valde commendetur.

---

angae edidit Ill. HENR. FRID. DE-
curas poſteriores nonnullas circa acidum
1783. (form. 4. p. 16.) Aperte et can-
vt virum doctum decet, errorem ipſe
, nuper a ſe admiſſum feſtinantius ſcri-
nec prius detectum, quam cum liber in
ım emiſſus eſſet atque indicatus: (et pri-
ı fallimur, in his ipſis annalibus. A. 1783. p.

 445.)

445.) Cel. enim DELIVS in *aduerſariorum Faſc. III. Diſſ. XII.* p. 21. dixerat, ſe ex gypſo ſpathaceo obtinuiſſe ſpathi acidum; quam vero ſententiam, ſi voluiſſet pertinax eius eſſe, ſibique turpius putaſſet errorem abiicere, quam erraſſe, potuiſſet varia ratione callide defendere atque tueri; tamen candidius agendo, nomen illius ſpathi vult deleri, et fluori minerali acidum illud, de quo ſermo fuerat, adſcribi. Quo facto ſiſtit ill. auctor experimenta quaedam, quibus elucet, gypſum non ſolum vitrioli acidum ſed et muriaticum continere. Calcinato enim *gypſo Selenite Wall.* cum vna quarta ſalis tartari, eoque in aqua diſſoluto, et filtrato, tandem obtinuit cryſtallos cubicas, ſali digeſtiuo Syluii, nec non ſali ammoniaco fixo analogas, quae cum ſpiritu nitri *puriſſimo* mixtae, aurum perfecte diſſoluebant. Affuſum Lapidi Bononienſi oleum vitrioli, a quauis acidi muriatici ſuſpicione liberum extricabat fluidum, quod cum ſale tartari puriſſimo, ab omni eiusdem acidi veſtigio experte, mixtum ſiſtebat cryſtallos ſolidas, cubicae formae, quae diſſolutae in acido nitri puriſſimo, aurum ſuſcipere valebant. Quod vero acidum ſpathi ponderoſi, licet in eo cum iſto, e fluore minerali elicito conueniat, vt diſſolutionem promoueat, tamen ab hoc diſcre-

diſcrepat, eo, quod vas vitreum ab illo non adeo fuerit adroſum, quamuis nonnullae terreae particulae ſimul fuerint euectae et cruſtae tenerioris formam haberent. Vtriusque ſpathi reſiduum diſſolutum a puluere gallarum ſtatim nigreſcebat. Abit ill. auctor tandem in eam ſententiam, plura non ſolum ſpathorum, ſed et aliorum lapidum genera recondere acidum muriatum et calcem quoque vulgarem (cuius tamen originem non a ſolis teſtis animalium et vegetabilium marinorum deriuat) ab hoc acido immunem non eſſe, qua in re nos omnino aſſentientes habet.

IIII. *Noua literaria.*

Helmſtadii lugemus, nec facile elugebimus mortem viri, nobis collegis et amicis ſuis deſideratiſſimi, D. IOANNIS FRIDERICI EISENHARTI, Duc. Brunou. a conſiliis aulae, Profeſſoris iurium, et facultatis iuridicae Ordinarii. Qua morte vti academia, quam ille doctrina ſua, meritis et fama condecorauit, grauiſſimam, ita vniuerſa etiam ciuitas literaria non paruam paſſa eſſe iacturam videtur. Natus erat Spirae anno huius ſeculi vigeſimo d. XVIII Octobris, patre IO. BVRCK-

HARDO EISENHART, reipubl. Archiuario et cancellariae Secretar: Auus autem magnum quondam Helmſtadienſis decus fuerat, IO. HART, Profeſſor hiſtoriae, poeſec doctrinae, atque denique ICtorum bris multis egregiis gloriam conſec florentiſſimam. Noſter primis lite tiis perceptis in gymnaſio patrio, c ſtros, LITZELIVM in primis e KOHLIVM, ſaepe grata mente la no 1739. in academiam noſtram de riſſimorum virorum, qui illam tun ornabant, REVSCHII, FROBES PINGII, MOSHEMII, et alioru quentia et antiquitate Romana, d phia et matheſi, de hiſtoria vniuerſ ſiaſtica, inſtitutiones percepit; his paratus biennio demum poſt ad ſcl rum acceſſit, ſecus ac vulgo hodie uenes legum ſcientiae operam datu qui immaturo potius ſtudio a pri in academiam ingreſſu ad illas a adſpirant acroaſes, quas putant n nem lucrandum optime conducere autem illo tempore Helmſtadienſ rum ordo clariſſimis CONRADI ganti legum et inſtitutorum Roma

retis, ac PERTSCHII, vnius de paucis
s canonici et eccleſiaſtici, peritiſſimis, quos
mania tulit, nominibus; nec dedecorabant
m KIPPINGIVS et GOEBELIVS, qui
iure Germanico publico ac priuato prae
:ris excelluerunt. Horum igitur omnium
:iplinam EISENHARTVS adſiduo ſtu-
ſectatus eſt. CONRADIO ob diligen-
n et ob amorem erga humanitatis ſtudia
primis carus fuit. Interim duram egit iu-
ıtutem, patre, quum primum in academiam
iſſet, orbatus, ac patrimonio fere nullo ſu-
ıtatus. Quadriennio igitur Helmſtadii per-
ɔ, iam patriam repetiturus, dignus viſus
MOSHEMIO, qui iuuenis cuiusdam no-
s ſtudia et mores moderaretur. Cum hoc
ur prope totidem annos adhuc in acade-
ı permanſit, quod ad amplificandam fir-
ndamque ſcientiam ſibi egregie profuiſſe
abatur, grato potiſſimum animo recorda-
humaniſſimae et ſaluberrimae conſuetudi-
MOSHEMII, cuius hoſpitio iam et con-
lu vtebatur. Duas iam ſub CONRADIO
exercitationes iuridicas e cathedra defen-
at, quum a. 1746. eodem praeſide ſpeci-
n inaugurale ederet, eoque Licentiati ho-
:em ſibi acquireret. Anno poſt cum no-
:m ſuum alumnum, quocum antea anno

1745.

1745. per Germaniae ſuperioris partem iter fecerat, atque Francofurti ad Moenum noui Imperatoris eligendi et coronandi cerimonias viderat, in academiam Gottingenſem deduxit; ibique etiam, dudum ephebis egreſſus, viris clariſſimis, GESNERO veteres ſcriptores Graecos et Latinos explicanti, HOLLMANNO, philoſophiam naturalem, KOEHLERO, hiſtoriam imperii tradenti, operam dedit; iuris autem doctores habuit SCHMAVSSIVM, WAHLIVM, BOEHMERVM, CLAPROTHVM. Poſt menſes XVIII reuocatus fuit Helmſtadium, ac denominatus a Principe Adiunctus ordinis iuridici, ab ordine vero ſuo ſollemni ritu creatus iurium Doctor. Haec eius ſtatio non admodum benigna erat. Iniquis laboribus ac vigiliis perpetuis, vt vitam ſuſtentaret ac tandem emergeret, contendendum, hominum etiam inuidorum, PERTSCHII praecipue, magnae auctoritatis viri, calumniis obnitendum fuit. Paullo molliorem quidem fortunam expertus eſt, quum a. 1751. Adſeſſor iurid. facultatis, et a. 1753 extraordinarius Profeſſor appellaretur; attamen haud curis omnibus leuatus. Interim et lectionibus inſtitutis, et multis libellis academicis, ſcriptisque maioribus, praecipue *hiſtoriae iuris literariae* et *iuris Germanici priuati*, in-

ſtitu-

ſtitutionibus editis, doctrinae amplae et elegantis famam ſibi comparauit, effecitque, vt, poſt PERTSCHII diſceſſum, meritis ſuis anno 1755. profeſſionis ordinariae et ſtipendii lautioris praemium rependeretur, cui a. 1759. Conſiliarii aulici dignitas, et, MENKENIO mortuo, a. 1766. Ordinarii munus acceſſit. Erat in eo ingenium quidem non rapax et feruidum, ſed ſedatum et tractabile, integrum tamen et liberale, memoria feliciſſima, vaſtis variae doctrinae opibus exornata, iudicium acre rebusque peruidendis valde aptum, a philoſophia expolitum, et multo vſu exercitatum ac firmatum, cum inexhauſta diſcendi legendique cupiditate. Quae dotes fecerant, vt et vniuerſae iurium diſciplinae doctor eſſet idoneus, copioſus, ac facilis, et promta de iure respondendi arbitrandique facultate excelleret. Scriptis ſuis ipſe, vt erat ab omni arrogantia alieniſſimus, ſibi non omnino videbatur ſatisfeciſſe; plurimum tamen memini eum tribuere *iuris Germanici praeceptis, per vernaculi ſermonis prouerbia illuſtratis,* quamuis et hunc librum, ſi diuturnior vita obtigiſſet refictum et amplificatum daturus fuiſſet. Prae reliquis vero claritatem magnam nomini ſuo conciliauit decem voluminibus *narrationum de cauſis forenſibus,* nuper typis iterari coeptis, in quibus primus

primus inter Germanos periculum fecit, ſcribendi de hoc genere pure, perſpicue ac populariter. Vtique etiam ſermonis patrii, ſatis diu olim a Germanis neglecti, excolendi ac limandi ſtudioſiſſimus, et, quemadmodum non pauca ingenii monumenta, quae florente aetate ediderat, oſtendunt, inter primos erat, qui hoc ſermone bene et eloquenter vti didicerant. — Sed vitae laborioſiſſimae pertinacia, ad quam et natura et ſors quaedam fatalis eum compellere videbatur, firmi vegetique corporis vires fregit ac ſenectutis praematurae incommoda accelerauit; quibuscum per decem fere iam annos aegre conflictatus, denique ſuccubuit, repentino quidem ſanguinis vomitu ſuffocatus, vix tamen perſentiens mortis horrores, placide, vt vixerat, obdormiuit d. X. Octobris. Efferebantur reliquiae eius pridie natalitiorum academiae noſtrae, quae non facile tam carum caput extulit. Vt enim erat animo ſancto et religioſo venerabilis; humanitate et comitate amabilis; ita amatus etiam et honoratus, ſi quis vmquam, ab omnibus. — Vberiorem de vita, meritis et moribus viri narrationem academiae nomine editurus eſt Ill. WERNSDORFIVS.

Stutgardiae IO. CHRISTIAN. VOLZ, gymnaſii

ymnaſii Rector et Praelatus Bebenhuſanus, nno aetatis LXII. mortuus eſt.

Coburgi gymnaſii academici Caſimiriani, uod ibi floret, Director, IO. CASIMIR. IAPPACH, aetatis anno LVIII. d. XI. Aug. leſunctus eſt.

Helmſtadii Ordinarii facultatis iuridicae pro- iinciam paucis poſt EISENHARTI mor- em diebus, et cum illa ſimul Conſiliarii au- ici honorem ex Principis noſtri reſcripto a- deptus eſt Conſultiſſ. OELZE, P. P. O.

INDEX.

I. Anecdota.

De editionibus Cic. Offic. Mog. a. 1465 et 1466. p. 289

II. De libris nouis.

1. Gruner *Almanach für Aerzte und Nicht-ärzte.* p. 291
2. Michaelis *Ueberſetzung des A. T.* Tom. XIII. 294
3. *De Meza* compend. medic. pract. 299
4. Friedel *Fragm. über die Perſ. Literat.* 300
5. Diſſertat. med. Vol. I. ed. *Reuſs.* 302
6. Reuſs *über den Salpeter.* 303
7. Rüdiger *neueſter Zuwachs,* P. II. 304

8.

8. *Retzii* prolegom. in pharmacolog. p. 309
9. Heppe *Iagdluſt.* 319
10. Panzer *Geſch. der deutſchen Bibelüberſetzungen Lutheri.* 311
11. Graumann *Diätet. Wochenbtatt.* Vol. II. 318
12, Pharmacopoea Roſſica. 319
13. Weigel *Gegengifte des Arſeniks.* 320
14. *Roederer* de morbo mucoſo. 321
15. Reiskens *Lebensbeſchreibung.* 321
16. *Cappel* Obſeruat. Anatom. 326
17. Schmidt *Geſch. der Deutſchen.* T. V. 328
18. Symbolae Haganae Cl. II. faſc. 2 et 3. 336
19. Wieland *Geiſt der peinl. Geſetze.* 340
20. *Geſch. der Mönchsorden.* T. IX. 342
21. Tablettes phantaſtiques. 344
22. Crell *neueſte Entdeck. in der Chemie.* T. VI. et VII. 346
23. *a Leyſſer* Flora Halenſis. 350
24. *Eyring* ſynopſ. hiſt. literar. 352
25. Opera Patrum Graecor. Vol. XIII. Latinor. V. 354
26. Schinmeier *Leben der drey Schwed. Reformatoren.* 356
27. Rau *von der Praeſentation des Oberſächſiſchen Kreiſes.* 357

III. De libellis academicis et ſcholaſticis.
Chr. Frid. Fleiſcher. p. 360. Io. Chr. Meier. p. 368. Chr. Frid. Ludwig. p. 371. Chr. Frid. Nurnberger. p. 373. Henr. Frid. Delius. p. 375.

IIII. Noua literaria. p. 377

NNALES LITERARII.

NOVEMBER ANNI MDCCLXXXIII.

I. Anecdota.

mendationes operum Philonis Iudaei ex cod. Ms: Collegii Lincolnienſis Oxonii.

edas Grabianas, quae bibliothecae Bodle-anae illatae ſunt, quondam peruolutans ri faſciculum deſignatum No. 21. inſcri-ıque: *Emendationes Philonis Iudaei ex Ms. qui ex dono viri rev. Dni* GEORGII ELBRI, *Canonici Dunelmenſis, aſſerua-Oxonii in Colleg. Lincolnienſi.* Huius qui-codicis varias lectiones ſuppeditauit iam D. MANGEY in edit. Philonis Londi-i 1742. Annotauit tamen nonnullas GRA-s, quae quum ab editore Anglicano prae-iſſae ſint, in gratiam lectorum editorum futurorum operum Philonianorum, nunc lentur.

'om. II. de Abrahamo p. 7. l. 7. edit. Man-παντων εκȣσιως και εκ παρoινιας· Ver-

tit Grab. *Quum omnes ſponte atque ex petulantia quaſi in certamine de primatu in vitiis contenderent.*

p. 9. l. 33. επει συγγενει μεν αυδιοτητος αφθαρσια. Lectio haec praeferenda videtur, quia ſtatim ſequitur εχθρον δε θανατος.

p. 15. l. 33. 34. ος ουκ εμελλε ολιγων αριθμον, *qui* (Abraham) *non paucorum filiorum filiarumue, ſed integrae gentis erat futurus.*

p. 27. l. 31. η τυχαις η των ανθρωπων αναγκαις. Mirandum, in verſione legi *hominum coactionem,* etiamſi in Graeco textu extet απαντων αναγκαι.

De Ioſeph. p. 42. l. 18. In nota omiſſum eſt, etiam in cod. Lincolnienſi legi επισχουι. GRABIVS, cui lectio arridet, vertit: *affectus, qui cohibentur, ne exſpirent, verbis repreſſis ſunt grauiores.*

p. 62. l. 34. καταρρουν εκαστα μικρα. *Nam,* inquit GRABIVS, *ſequitur continuo μηδενος αντιπνεοντος μηδ' αντισταντος.*

p. 75. in fine notae y adde *Linc.* Eadem auctoritas adiicienda eſt p. 77. i. p. 78. t. p. 81. g. p. 86. a. p. 152. v. p. 172. v. p. 178. x. p. 376. q. p. 380. p.

De Moſe p. 84. not. i. Lectionem εχουσι inuenit Grab. in Linc. p. 94. l. 1. υπερελλεσι τοις υπερογκοις τα λ' μ' κ' η κατ αυτον· *Subtraxit*

ſe oneri grauius id exiſtimans, quam cui ſet ferendo.

13. l. 32. τερας δε εξαιρετον· GRABIO tur ob quod ſequitur λεξω δε και το ετι θαυμασιωτερον.

29. l. 48. pro ιερευσαι, Linc. ρευσαι, vt entur (i. e. interirent) hoſtes.

165. l. 11. pro ασεβειας, Linc. ασεβειαν. modo verſionem.

177. l. 4. Mangeyana coniectura περιεται confirmatur auctoritate codicis Linnſis.

II. De libris nouis.

ertorium für bibl. und morgenl. Litteratur; i. e. Repertorii literis ſacris et Orientalibus dicati Tomus XIII. Lipſ. ap. haered. Weidmannian. et Reich. 1783. 8. pagg. 292.

indicem et argumenta diſſertationum, s varia et grauia literaturae Orientalis illuſtrantur. I. Expoſitio vocabulorum torum in ſcriptoribus Hebraicis ac Graeuiorum, collegit CHRISTIANVS OLZ, idem ille, qui Grammatica et Leinguae Copticae poſt mortem eius Oxo-

nii editis nomen ſuum immortalitati conſecrauit. Dudum optauimus et olim cl. WOLDIO, quum eius familiaritate Londini vteremur, ſuaſores fuimus, vt quotquot extant in ſacris literis, apud Herodotum, Diodorum Siculum, Plutarchum, Hieronymum, Auguſtinum, alios, Aegyptiaca vocabula colligerentur, et ex lingua Coptica, quae veteris Aegyptiacae reliquias haud paucas ſeruat, explicarentur. Hunc laborem in ſe ita ſuſcepit ſtator ille et vindex literaturae Copticae, vt hoc ſpecimine aeque ac aliis, quae in publicum iam prodierunt, de antiquiſſima et ſapientiſſima gente vetuſtisque auctoribus optime mereretur. Si ipſe editor huius expoſitionis fuiſſet, ipſique conceſſum fuiſſet, vt vltimam manum admoueret: ne vllum quidem credimus, omiſiſſet vocabulum Copticum apud antiquos ſcriptores obuium, ſiue ex lingua, quantum hodie cognita eſt, reuera illuſtrari poſſet ſiue minus. Deſiderantur enim in indice voces *Pharao*, *Artaba*, menſura Aegyptiaca, faciens teſte Hieronymo in Ieſ. V, 10. modios XX, *Oiphi* pro Epha, menſurae genus, teſte Heſychio, Aegyptiis vſitatum, et aliae quas facile reperiet, qui veteres auctores hac in re adire velit. Quae de Saleb p. 23. dicuntur, typographi incuria, vel quia ab auctore nondum ſatis elaborata erant,

falſa

nt et corrupta. De inuenienda origi-
is שעטנז Lev. XIX, 19. fere deſperat
Aliqua ſimilitudo inter hanc vocem
ТЕ *duo* dialecti Sahidicae, ſi quid con-
icet intercedere videtur. Sed de hoc
linguae Copticae periti. II. P. I.
s *de variis lectionibus Bibliorum Ken-*
iorum. Pergit proferre varietatem
s, quae margini codicum Hebraicorum
uſcriptorum et impreſſorum allita eſt,
: ſiue nude extet, ſiue addito iudicio,
t explicat. Annotationes rei criticae
tiles ſunt. Maſoreticus textus aucto-
Hiſpanicorum, qui laudantur, codicum
natur. Iudaici commentarii Mſti affe-
Ad Ioſ. XXI, 36. 37. etſi multae ad-
ır notae ad hos verſus, quos Maſora
titios declarat, ſpectantes, tamen ne
idem eos genuinos textuique inſeren-
: contendit. 1 Sam. XVII, 34. זה tex-
ectio conſenſu omnium codicum reii-
Huius gemina eſt fortaſſe Ezr. VIII, 13.
ariter in poſterum eliminanda. Tex-
preſſus corrigitur ad 2 Sam. XIV, 4.
n opus eſt harum notarum exempla
re, quum, quibus res critica ſacrarum
m curae cordique eſt, ipſi eas perue-
i ſint. III. IO. BERNH. KOEHLE-

RI *Notae criticae in Pſalmos.* Has eodem ac coeperint modo continuari qui affirmat, ſatis, credimus, laudauit. Illuſtrantur Pſalmi LXX. LXXI. LXXII. poſtremi verſio Germanica adiecta eſt. IV. F. A. STROTHII *ſupplementa in criticen LXX interpretum.* Colliguntur parte quarta ſiue vltima variae lectiones in textum Graecum Pſalmorum ex Iuſtino et Euſebii Demonſtratione Euangelica tantum deſumtae, quia paucae neque magni momenti lectiones Pſalmorum apud ſcriptores eccleſiaſticos reperiuntur. V. *Strictura in ill.* MICHAELIS *opinionem de chronologia Semi ad Abrahamum prolatam in Gött. Magaz.* I. 5. Acute impugnatur coniectura viri doctiſſimi, quae tamen nondum reiicienda nobis videtur. Conceſſerim equidem ob argumentum, quod profert, p. 170. Arphaxadum Semi filium fuiſſe; hinc tamen nondum ſequitur, reliquos, qui in hac tabula genealogica enumerantur, praecedentium filios fuiſſe. Alterum, quod auctori grauiſſimum videtur argumentum, nobis iudicibus nimis infirmum eſt et ficulneum. Contendit numerum annorum 292. in tabula illa conſici, etiamſi membra nepotes vel abnepotes ſint. At ſi nomina nonnulla exciderint, ſine dubio cum nominibus anni perierunt: quod exem-

plum

ainanis in verſione των ὁ extans pro-
ſacit. Tandem negat anonymus ge-
iam antediluuianam decem conſtare
is totidemque illam, quam Caput XI.
os ſiſtit, ſiquidem prior X. decem com-
dat membra poſterior IX. At nume-
or. Adam, Seth, Enos, Cainan, Ma-
Iared, Henoch, Methuſalah, Lamech,
ante diluuium nati ſunt, poſt illud ve-
brahamum vsque Sem, Arphaxad, Sa-
ier, Peleg, Regu, Serug, Nahor, Tha-
braham. Hinc pariter atque illinc ha-
Sed non vacat, auctorem preſſe ſe-
usque opiniones ſub examen reuocare.
*pplementa ad Hexapla Origenis Mont-
iana, atque variae lectiones ex codice
Pſalmorum bibliothecae Bodleianae*, au-
P. I. BRVNS. Supplementa deſumta
m ex codice Graeco fortaſſe Sec. X.
aeter textum Pſalmorum iuxta verſio-
XX interpretum ſcholia in eundem li-
Biblicum, tum ex ſchedis Vſſerianis,
Bibliothecae Bodleianae nuper illatae
maxime vero ex Barhebraei commen-
Syriaco in V. T. qui inſcribitur *horreum
iorum.* Quae illinc paſſim proferuntur
lectiones, grauitate ſe commendant,
nouis argumentis confirmant, quod ali-

 unde

unde etiam notum erat, Aquilam et S
chum, praecipue priorem, a Maſoretic
raro recedere. Nam vel interpunct
fauent, quas Maſoretae traditione, vt
nixi paſſim, licet inuito ſenſu verbo
cohaerentia, ſtabilierunt e. g. X, 15.
etc. Sequuntur potiores codicis ante
varietates, quas nullus hactenus vel
rum vel impreſſorum librorum praef
his lectiones deprehenduntur ad X
XC, 3. quas ex patribus eccleſiaſticis cl.
THIVS ſupra attulerat. VII. *Index
quae mandante cl.* KENNICOTTO
cibus Hebraicis euoluit P. I. BRVNS
indicem doctiſſimus cenſor Diſſerta
Kennicottianae cura BRVNSII rep
Tubing. gel. Anz. 1783. p. 175.) in n
editione deſiderauerat, atque ab edi
pletum iri ſperauerat, quia recte iu
deficiente de ipſis Mſtis iudicium
poſſe. Satisfactum eſt igitur huic v
perguntur, etiamſi raro, notulae ad d
dam lectionum, quas KENNICOT
uentum iri auguratus fuerat, prae
VIII. *Litterae Samaritanorum ad
Scaligerum datae, ex autographis Pa
ſcripſit et latinas fecit* SILVESTRE
CY, *Regi Galliae a Conſiliis monetar*

antea harum epiſtolarum verſio latina
loſa in MORINI Antiquitat. eccleſ. O-
al. Quare dignus eſt laude gratiarum-
ctione a viris rerum antiquarum ſtudio-
ctiſſimo Gallo perſoluenda, qui has epi-
s accurate deſcripſerit, latine verterit, eru-
que notas ſubiecerit. In hac tamen ver-
vix aſſentimur cl. DE SACY, qui חג
rinationem reddit. Verba p. 259. l. 2.
ולו ארא שביע חג ה' ita nobis ver-
videntur: *Eoque*, ſcil. feſto paſchatis,
ntum ſeptimana eſt feſto azymorum de-
. שביע ſcriptum eſt pro שבוע. Ibid.
כחג הך שביע חג המצור. *Ita cele-*
s ſeptimanam feſti azymorum. Redit
epiſtolae, iuſti et lucidi rerum ordinis,
nt Samaritae, parum ſtudioſus ad ſe-
paſchatos, de quo antea locutus erat.
60. l. 7. ſententia deſinere videtur voce
ב. *Feſtum non celebramus Sichemi. Sed*
hoc ſenſu occurrere videtur etiam pag.
ertiſſime pag. 262.) *quod attinet ad obſer-*
es circa munditiem, in qualibet vrbe, vbi
mur, aſpergimus aqua etc. IX. *Epiſtola*
ritanorum ad Io. Ludolfum tertia, a
N S I O a. 1781. primum edita, iterum ty-
ſcripta eſt, et nouis editoris acceſſioni-
ocupletata.

Diſcours ſur la liberté; h. e. MARTINI EHLERS, Profeſſoris Chilonienſis, commentatio de libero arbitrio animi humani, ex germanico in francogallicum ſermonem conuerſa. Deſſauiae et Lipſiae in bibliopolio eruditorum. 1783. pagg. 191. cum praef. pagg. 24. oct. min.

Non eſt, quod iterum laudibus proſequamur libellum ſuo tempore diligentius a nobis deſcriptum (m. Maj. ann. ſuperior. pag. 419.) et magno applauſu inter noſtrates exceptum. In praefatione auctor cum lectore colloqui fingitur, ſuamque modeſte, vt ſolet, ac ſubtiliter defendere conatur ſententiam philoſophus amabilis. Viſus nobis eſt iam diſertius et clarius, quanquam in priori etiam editione identidem eam aſſerere meminimus, *vim* illam *actiuam* animo humano vindicare, quae, quantumuis ex momentis tibi *inuito* occurrentibus *pendeant* iudicia tua, ipſe tamen, dum pondus momentorum examinare *in tua poteſtate* poſitum eſt, ſolus eorum decretorum, quae tanquam perfecte libera tuo merito tribuuntur, *auctor* eſſe pergis; id quod, nobis quidem iudicibus, apertum conſtituit diſcrimen inter libertatem et culpam, qualem intra noſtrum pectus ſentimus, et iſtam ſiue expeditam ſiue impeditam agendi viam, qua res

nanimae aut rationis expertes vires ſuas explicant, quas motuum ſuorum *auctores* nemo dixerit.

V.

Handbuch der allgemeinen Geſchichte; i. e. IVLII AVGVSTI REMERI, Profeſſ. hiſtoriar. Collegii Carol. Brunouicenſis, compendium hiſtoriae catholicae. *Partes II.* Brunouici ſumtibus orphanotrophei Ducalis 1783. pagg. 383. et 432. 8vo.

In compendiis noſtro tempore a viris doctiſſimis editis, quae totum hiſtoriarum ambitum omnium temporum et populorum ſummatim perſequuntur, Remerianum omnino primarium locum occupare videtur. Prior operis tomus, quod et lectionibus in illud instituendis accommodatum eſt, et plano ſimpliciique ſtylo atque apta rerum tum diſpoſitione tum coniunctione ita ſe commendat, ut a quouis cum voluptate legi poſſit, hiſtoriam antiquam comprehendit ab orbe condito ad magnam populorum migrationem, eſtque ea in quatuor interualla, quibus totidem libri deſtinati ſunt, diſtributa. En illa 1) a mundo condito ad migrationem Babylonicam,

2)

2) ad mortem Alexandri M. 3) ad pugnam Actiacam, 4) ad migrationem gentium ſeptentrionalium, ſiue ſeculum V. poſt C. N. Singuli libri binis ſectionibus conſtant. Poſterior pandit hiſtoriam proprie ſic dictam ſ. enarrationem rerum maxime memorabilium per hoc interuallum geſtarum. Atque haec ſecundum ordinem gentium tum temporis inclitarum ab auctore concinnata eſt. Prior ſectio ſex capitibus partita huic compendio inprimis dignitatem et praeſtantiam conciliat. Nam etſi res in iis pertractantur, quae vulgaribus hiſtoriarum compendiis abſunt: tamen hiſtoriae quam vocant vniuerſalis cognitio ſine his manca eſt et imperfecta. Primo chronologia interualli, de quo ſermo eſt, breuiter exponitur, aeraeque, quibus hiſtoriarum ſcriptores vtuntur, notantur. Deinde geographica orbis terrarum deſcriptio traditur, quae eidem temporis ſpatio conuenit. Tertium caput gentium omnium conſpectum vniuerſalem ſiſtit, et qua ratione inter ſe coniunctae, et ſociatae fuerint, paucis oſtendit. Quartum cultum, quo homines ſupremum numen proſequebantur, delineat. Quintum ſcientiarum artiumqae fata proſpera vel aduerſa enarrat, et quo modo humanum ingenium pedetentim excultum et politum fuerit, docet. Sextum

m regnorum ciuilem deſcribit, tra-
ıae imperii forma obtinuerit, cui ius
ndi conceſſum fuerit, qua ratione
a, quibus armis homines vſi ſint, et
nores et conſuetudines in vitam ho-
riuatam irrepſerint. Traditur igitur
endio hiſtoria vere catholica i. e.
ica tantum, ſed etiam eccleſiaſtica
ı. Immo antiquitates, et geogra-
s orbis antiqui ſtrictim exponuntur.
tur noſter immenſum rerum geſta-
um emenſus ſit, qualem alii com-
n auctores ne mente quidem con-
lentur: minime exſpectandum eſt,
pita eadem diligentia et ακριβεια
libet rerum peritus et aequus arbiter
generatim ſpectato admirabitur, ex-
Annotabimus naeuos perpaucos
quos librum percurrendo animad-
laudare librum videamus, quem non
perlegerimus. Pag. 146. *Haran in*
occurrit. Sed Meſopotamiae eſſe
el ex ipſo auctore noſtro conſtat p.
ıe de Cuthaeorum Samaritanorum-
ıe p. 158. narrantur, falſiſſima ſunt,
Iſraeliticum Iudaicumque regnum
bene diſtinxit, vt cuiuis idoneo re-
ro in propatulo erit, nemini tamen
magis

magis quam ipſi auctori, modo ſecundis curis hanc ſectiunculam limauerit. Prima critica Bibliorum Hebraicorum editio, Maſora, Keri Chetib, doctores Miſchnici, ad plane aliud interuallum ablegandi ſunt, ac illud eſt, quod noſter iis aſſignauit p. 240. Sed recte addit, tempus, quod memorat, ex multorum ſententia iniquum cenſendum eſſe. Contendit p. 339. per totum tempus, quod a pugna Actiaca ad ſec. V. poſt C. N. decurrit, philologiam Hebraicam a Iudaeis tantum excultam eſſe. Sed dum haec ſcribebat, oblitus erat Origenis et Hieronymi. Singulis capitibus fontes et ſubſidia ſiue auctores primi et ſecundi ordinis i. e. aequales et qui ex aequalibus profecerint, praemittuntur.

IO. BERNHARD. DE ROSSI, in Parm. Acad. Publ. Lingu. Orient. Profeſſ. ac Theol. Facult. Vice-Praeſidis, Annales typographiae Ebraicae Sabionatenſis, Appendice aucti. Ex italicis latinos fecit M. IO. FRID. ROOS, Paedagogii Academici, quod Giſae floret, Collega. Erlangae, ſumtibus Io. Iac. Palm. 1783. pagg. 52. 8vo.

Quod, quum libellum Roſſianum italica lingua

a conſcriptum indicaremus, optauimus
ſcilicet, vt aliquis hebraice et italice do-
in latinam linguam verteret, cl. ROOS
n ſe ſuſcepit, vt voto deſiderioque noſtro
de ſatisfeciſſe lubenter fateamur. Atque
Roſſiani opuſculi verſio et editio, mini-
nuito auctore, curata eſt, qui, vti etiam
liorum huius viri librorum a Germanis
titis editionibus factum eſt, appendicula
ditorem transmiſſa librum ornauit dita-
ie. Haec appendix quinque libros me-
at, quae iam editis Annalibus Sabionaten-
auctori demum innotuerunt; atque in
luo ſunt Biblici. Verſionem latinam a
ISIO confectam ſatis fidam et accura-
pronunciamus, licet naeuis non plane de-
itur, quos hinc illinc verſionem cum ar-
ypo ſuo comparantes deteximus. In
fatione p. VII. ſatis lepide retinet nomen
ſco, quod vertendum eſt *Germanus*, et
eppe figlio di Giacobbe Tedeſco da Pado-
eddi debet: *Ioſephus, filius Iacobi, gente*
nanus, Patauio oriundus. Pag. 20. not.
tem auctoris interpres non ſatis accurate
eſſit. Affirmat enim A. praeter editio-
res Nizzachon, quas Hackſpan. et Wagen-
prodire iuſſerunt, eum poſſidere *ἔκδοσιν*
lelodamenſem. Pag. 26. nomen Hebrai-
cum

cum *ikrev* propriis omnino literis ſcrib
erat. Nam in יקראן latet numeri
ſtatim memoratur 317. Pag. 27. not. N
bitandum eſt, quin paraphraſis chalda
ius mentio ſit apud auctorem, *Onk*
Haec enim in Manuſcriptis textui H
vel a latere oppoſita eſt, vel alternis
ſubiuncta legitur. P. 28. l. 9. pro
lege *Todroſi*, de quo vide BRVNSI
Kenn. Diſſ. gen. p. III. ſqq. Pag. 3
ab interprete commiſſus riſum mouel
cam linguam callentibus. *Le edizion
che bibliche del* quattrocento *ſinora ce*
reddit eheu, nimis ad literam: *Hebr
eae ſcripturae editiones* ſeculi quarti *e
res* etc. Dormitare ſaepenumero bon
terpretum genus vel hic locus oſtend
gone, qui ex Italica lingua vertis, mi R
nunquam de *cinquecentiſti* audiſti? Si
aliquid de iis perceperis: patebit, qu
ROSSIVS de editionibus ſeculi XV.
intelligendus ſit.

Phyſicaliſch chemiſche Beſchreibung
Jundbrunnens zu Driburg; i. e.
ptio phyſico-chemica aquarum n
tarum, Driburgi, in Epiſcopatu

bornenſi ſiti, ſcaturientium; cum appoſitis obſeruationibus in aquas minerales in genere. Hildeſ. ap. C. W. Schlegel. 1783. 8. pag. 305.

Egregius, quem L. B. indicamus, liber non mmendabilis ſolum eſt rerum optime tratarum varietate et copia, ſed et nomine rill. auctoris, *de* BEROLDINGEN, Ca:ularis Hildeſienſis S. V., qui iam dudum o ex libro (*Beobachtungen, Zweifel und ragen, die Mineralogie betreffend*) bene meam famae celebritatem conſequutus eſt, et ter phyſicos, nobili genere, doctrina et humnitate conſpicuos, praecipuum locum ocpat. Aquarum Driburgenſium, quarum rtutes eximias quaſi praeſagiuit ZVCKERVS, deſcriptionem nullam aptam habuius. RÖDDERVS enim carebat adhuc btilioribus Chemiae principiis, quibus ad dagandas aquarum medicatarum vires opus m eſt. Praemittit vir S. V. deſcriptionem gionum circa Driburgum iacentium, quam quitur illa fontis ipſius, qui omni tempore igidus eſt; thermometrum enim Ramsdeianum a 83¼° ad 50½° deprimebatur; illiusue atmoſphaera maior eſt illa aquarum Pyrontarum. Eiusdem fontis poſſeſſor nunc perill. *de* SIERSTORPF, rei venaticae

in aula Brunouic. praefectus; de cuius perſpicacia, ingenio, et propenſiſſimo ad cuiuscunque generis officia humana, ac beneuola animo, (quem et nos, ſi liceret, iuſtis laudibus praedicare poſſemus) perill. de BEROLDINGEN nos iubet omnia ſperare, quae in ſolamen et vtilitatem aegrorum, ſalutem ex hoc fonte, iniqua ſorte adhuc neglecto, petentium, peragi poſſunt. Primo loco agit vir S. V. de aeris fixi atmoſphaera, ſuper ſcaturigine ipſa incumbente; cuius natura quo luculentius innoteſcat minus in re chemica peritis, eiusdem virtutes data opera exponit, collectas ex optimis ſcriptoribus ea ratione, quae non poſſit non et eruditis peraccepta eſſe, cum experimentorum hanc rem illuſtrantium maiorem partem repetierit. Quo facto demonſtrat, atmoſphaeram iſtam gaudere qualitatibus omnibus aeris fixi; aquam communem illi expoſitam acidulam euadere, ruſeſcere tincturam *Croton. tinctor.* L., terram calcis et magneſiae ferrique diſſoluere: eundem aerem magnam poſſidere elaſticitatem, et grauitatem adeo, vt barometrum aſcendere cogat; aquam calcis turbare, ſalem alcalinum cauſticum mitem reddere, atque efficere, vt in cryſtallos coeat; candelam, pyrophorum et phoſphorum, accenſos, quin et camphorum, extinquere.

Idem accidere, ſi fiſtulae, ad haurien-
:abaei fumum adaptatae, eodemque iam
imato repletae, eandem atmoſphaeram
liatur; fumum ſtatim eſſe ſaporis dul-
tis non ingrati, poſtea mordicantis et
intis; eundemque, exſtincto licet igne,
lae fine ſemper exire. Fiſtulam vena-
ı non mittere glandes in atmoſphaera
n qua animalia quaeuis, quin et piſces
:cta morіuntur. Piſces in aqua, eidem
ta, velut necatos, in vitam reuocari, im-
ſtatim in calcis aquam. Ipſe perill. vir,
forti non minus, quam circumſpecto,
in atmoſphaeram immittens, protinus
pruritum in oculis et naſo, pulſum ve-
:m et vehementiorem, reſpirationem
ı, adeo increſcentem, vt vna horae mi-
ıoſt a tentamine deſiſtere cogeretur:
:itibus adhuc vacillatione, et torpore,
ılentia, capitis grauitate, oculorumque
ite per reliquum diem. Quod vero
xi volumen incumbit aquae medicatae,
ne intermedio aeris communis ſtrato,
illam proxime tegit: in quo quidem
fiſtula venatoria explodi poteſt, et au-
. V. fine omni incommodo diu reſpi-
ıluit. Comparatis aquis Pyrmontanis
ıurgenſibus apparet, illas bullulas aereas

 velo-

velocius et copioſius ſub initium em-
promptius vero ab illis deſtitui; eas
horis poſt turbidas ſactas, ſedimentum
nere, ſaporem olim gratum cum fatuo
mutare; has vero, et illo temporis ſpat-
pſo, limpidas adhuc eſſe, grateque ac-
cum ſaccharo mixtas porro efferuere, et
calcis deturbare. Illas per biennium
incluſas, fuiſſe corruptas; has, 3 annoru-
tio in alia aſſeruatas, integritatem conſ-
quin per 12 annos illibatas adhuc fuiſſe
bent. Lagenam pice obductam, illi-
tam, et fullonicae affixam, easdem 6 h. or-
ſpatio turbidas rediddiſſe; has vero, pa-
ne tractatas limpiditatem non perdidiſſe
rum itaque transportationem in loca
facilius fieri poſſe, merito cenſendum eſ-
ponit fons noſter, mox vbi effluit, oc-
et paulo vlterius terram calcariam, ferro
tam, quae vtraque ab aqua, aere fixo im-
gnata, iterum ſuſcipitur. Praeſentiam
in acidulis hiſce, detegit infuſum gallarum
ſanguinis lixiuium; idque tanta in copia
ingreditur, vt ab iisdem 16790 libras
quotannis diſſolui liquidum ſit. Erutis p-
tibus fontem noſtrum ingredientibus, regio-
circumiacentes curioſius perluſtrabat perill.
vt detegeret mineralia, quae eundem dot-

fus

ornarent: ex quibus quidem excurſioni-
redibat, locupletatus obſeruatis non minus
ofis, quam eius ingenium, doctrinam et
picaciam declarantibus; quae vero fuſius
iterare, loci opportunitas iam deficit.
ani veſtigia, quamuis quaeſita, nulla re-
: tanto copioſius vero lapides calcarios
iis ſpeciei, quin et ſpathaceos, et petrefa-
continentes; nec minus variae ſunt ferri
trae: Animaduerſione praecipue digna
catadupa elegantia, XII pedes alta; palus
XL pedes amplam, (et alias adhuc mino-
quae magno cum murmure, velut aquae
nentius bullientis, bullulas aereas emittit,
i maſculi magnitudinem ſuperantes, et
re inflammabili euoluto pendentes, cet.
ralia detecta nunc expoſuit vir cel. aquae
ixo impraegnatae actioni; quae mineras
ſuſcipiebat, idque eo facilius, quo recen-
errae gremio ereptae, aut pulueriſatae, et
ſiccatae, aut toſtae eſſent. Calcarii la-
in ſolutionis facilitate diuerſam monſtra-
indolem: magis reſiſtebant ſemipelluci-
pathacei, cryſtallini, et heterogeneis re-
t: faciliùs cedebant recentius effoſſi, qui
lua communi pro parte ſuſcepti, aquam
s ſiſtebant. — Candide fatetur *perill. au-*
· perpetuam originem aeris fixi adeo co-

 pioſi

pioſi, qui omnes partes conſtituentes d
uat, adhuc tenebris eſſe inuolutam. Seq
nunc cel. GMELINI analyſis aquarum
burgenſium, (de qua curioſius loquemu
caſione *nouiſſime inuentorum chemicoru*
CRELLIO noſtro *collectorum;*) e quibu
ligit vir S.V. Driburgenſes propius accede
Cliuiacas, Geiſsmar. Quedlinb., proxi
Pyrmontanas, et Egranas: tabulaque de
dientium quantitate in his acidulis ap
euincit, noſtras praecipuum locum inte
mas aquas medicatas tenere; quin etiam
copioſiorem et intimius nexum aerem
et maiorem ferri ſoluti quantitatem Py
tano palmam praeripere.

Antiquorum monimentorum ſylloge.
legit, partim interpretatus eſt atqu
dit GEORG. HENR. MAR
Schol. ad D. Nic. R. Lipſiae,
Sommeriis. oct.

Tres ſunt commentationes, quae ho
continentur, et quibus editis denuo ſil
gnopere deuinxit omnes antiquae artis
res vir clariſſimus. *Prima* deſumta
diſſertationum ab auctoribus Siculis ſcrip
collectione, (*Raccolta di opuſcoli di*

ni) huiusque volumine XIIII. anno 1773.
mi edito. Eſt nimirum *diſſertatio ſu-*
ναγλυφω veteris ſarcophagi marmorei,
hodie in aede Agrigentinorum cathedrali
baptiſmalis loco vſurpare ſolent, auctore
ENTIO GALLIO, *Agrigentino, cauſ-*
patrono. Cl. MARTINI ex Italico
um fecit libellum hunc elegantiſſimum,
duerſiones quasdam adiecit, et, quum
ae, commentationi Italicae adiectae, nec
ptioni monumenti, quam L. B. de
ESEL in *periegeſi ſua Siciliae et magnae*
iae (p. 32.) dederat, nec verbis GALLII,
irifice laudantis, omnino reſponderent,
trauit ab OESERO, inclyto artifice Li-
ſi, vt hic picturas illas emendaret, Grae-
ue manum in iis quaſi inſtauraret. Tum
x alius, itidem praeclarus, GEYSERVS,
icturas aeri inſculpſit, ita tamen, vt non
figurarum extremitates vere et Graeco-
artificum rationibus congruenter expri-
t. Haec igitur monumenti antiqui *ἀπο-*
ϑα opuſculo huic nitido ornamento ap-
untur. Caelaturae autem huius inter-
tio eadem eſt, quam ante GALLIVM
propoſuerat, dubitanter tamen, idem L.
RIEDESEL; GALLIVS vero eam
iioſe admodum, et vix vt aſſenſum ne-

gare poſſis, exornauit, niſi quod, vt recte iudicat MARTINIVS, interdum verboſior nec erga alios ſatis aequus deprehenditur. Nimirum huc redit ſumma huius commentarii. Tralatitium erat, ac nemini dubium videbatur inter Agrigentinos in celeberrimo hoc ſarcophago Meleagri et Atalantae hiſtoriam oculis ſubiici, quam explicationem primus commentus erat ANTONIVS MARTINEZIVS, Panormitanus. Nouam vero, et multo quidem probabiliorem coniecturam excogitauit poſtea SALVATOR HECTOR, peritiſſimus figurarum delineandarum artifex Romanus, ſarcophagum hunc Phintiae, tyranni Agrigentini, ſepulcrum fuiſſe, atque in ipſius ἀναγλυφῇ violentam tyranni, per aprorum venandorum ſtudium necati mortem ob oculos poſitam eſſe ratus. Cupide eam ſecuti ſunt plerique, BVRMANNVS etiam, ſed is quidem, vt MARTINIVS obſeruauit, deceptus pictura non ſatis iuſta. (DORVILLII Siculi praef. p. X.) Poſtea ANDR. PIGONATVS (*Stato preſente degli antichi monumenti Siciliani* p. 48.) adhuc incertum eſſe iudicauit, vtrumne per figuras, in monimento iſto caelatas, Phalaridis venandi ſtudium, an apri Calydonii venatio, ſpectatorum ob oculos poneretur. a vero autem propius abeſſe pro-

nunciauit; Meleagri facinus in eodem caelatum eſſe. Tandem vero GALLIVS Hippolyti fortunam deplorandam in saepe laudato ſarcophago exhiberi, vero ſimillimum fecit hoc ipſo, de quo agimus, commentario. Quod vt ſatis intelligatur, res illius praecipuas ante omnia ſummatim expoſuit, ſecutus Euripidis et Senecae tragici fabulas; deinde ſingulas figuras in ſarcophago quadrilatero conſpicuas perluſtrauit, et, quantum illae conueniant cum Hippolyti fabula, diſquiſiuit, locos poetarum, qui de Phaedra et Hippolyto cecinerunt, cum figuris quibusque earumque collatione et habitu comparauit, ac lepidam omnino ac doctam totius caelaturae interpretationem dedit, quae, etſi non prorſus certa, ceteris tamen multo probabilior eſt atque ad perſpiciendam antiqui monimenti artem et elegantiam quam plurimum confert. Quisnam vero mortalium in eo quondam ſepulcro reconditus fuerit, hoc ſe ignorare plane fatetur ſcriptor Siculus; Phalaridis ſepulcrum hoc ſarcophago ornatum fuiſſe, quod Agrigentini non pauci perhibeant, cuncta fere ad iſtum tyrannum referre ſoliti, cum DORVILLIO (Sicul. p. 90.) et PANCRATIO (praef. ad Sicul. p. IX.) pernegat; itemque Hippolytum eo conditum ipſum fuiſſe, alio-

 num

num a vero cenſet, quia monimentum eius, in Achaia mortui et ſepulti, Pauſania Graeciam peragrante, Corinthi exſtitit, neque conſtat, coloniam Graecam Agrigentum deductam eſſe poſt illud tempus. Quum vero Agrigentum, florentiſſimam quondam opibus vrbem, per Carthaginienſium bella fere exhauſtam ciuibus, ex agro Achaico numeroſam Graecorum coloniam Olymp. CX. 2. deductam eſſe, Plutarchus in Timoleonte narret; crediderit GALLIVS, ſarcophagum hunc viri cuiuspiam primarii ac principis ſepulcrum fuiſſe, ſiue vnus de colonis fuerit Achiuorum, quos Hippolytum veluti Deum aliquem Indigetem veneratos eſſe Pauſanias teſtis eſt, ſiue Agrigentinus alius, a Graecis maioribus oriundus. Aliam coniecturam in medium attulit Cl. MARTINI. Quum enim Agrigenti ſuperſint magnificae quaedam reliquiae aedificii, quod, certe ex coniectura admodum credibili a PANCRATIO primum reperta, (vid. BVRMANNI praef. ad DORVILL. Sicul. p. 13.) mauſoleum fuit, Theroni, regi Agrigentinorum poſt Phalarim longe mitiori, et propter merita ac beneficia ciuibus ſuis grato et dilecto, poſitum, huius autem aedificii contignatio ima cellae loco vſurpetur, adeoque vacua ſit, nec ſarcophagum

amplius contineat, quem tamen olim materia non minus quam artificio inſignem adſuiſſe neceſſe eſt; fieri ſane poteſt, vt ſarcophagus ideo ſumtuoſus et magnificus, non quem priuatus quidam, ſed ciuitas vniuerſa dedicaſſe videtur, quo tutiore in loco foret, vel propter bellorum iniuriam, vel alias ob cauſas in vrbem delatus, hodieque in ea reperiatur, atque idem ille ſit, de quo quaeritur. Neminem fore putamus, quin haec ſpeciem veri magnam habere, et meram licet coniecturam, ingenioſam tamen et conſentaneam eſſe agnoſcat; nos magis etiam probandam exiſtimaremus, ſi, cur demum in Theronis ſarcophago Hippolyti tragoedia inprimis ob oculos poſita fuiſſet, aliquo modo adſequi poſſemus.

Secunda commentatio *de vetere quodam ſolario nuper inuento epiſtolam* refert, ſcriptam a FRANC. IACQVIERIO, mathematico clariſſimo, ad MAVRVM SARTI, et deſumtam ab editore ex GASP. ALOYSII ODERICI *diſſertationibus et adnotationibus in aliquot ineditas veterum inſcriptiones et numiſmata, quae exſtant in bibliotheca monachorum Camaldulenſium in monte Coelio.* (Rom. 1766. 4. p. 383. ſqq.) Sermo eſt de horologio, quale a Beroſo Chaldaeo, ſi non inuentum, certe cum Graecis primo communicatum

tum et poſthac ab his non minus quam a Romanis ad pleniorem et perfectiorem rationem prouectum eſſe iam ſatis demonſtrauerat ipſe MARTINIVS in commentario ſuo elegantiſſimo *de ſolariis veterum*, lingua vernacula ante aliquot annos edito, et mox, vt pollicetur iam virorum doctorum voluntati obſecutus, forſitan Latina lingua reſtaurando. Interim nunc veluti ſupplementum non ineptum huius libri ſui edidit illam diſputationem, itemque figuram, a IACQVIERIO adiectam, appoſuit.

Tertio denique loco a ſe ipſo pereleganter conſcriptam exercitationem *ſuper aliquo Patrenſium nummo* addidit cl. MARTINI, huncque eadem, qua eſt, magnitudine delineandum et aeri incidendum curauit. Exſtant, vt ſciunt rei numariae periti, duplicis generis numi Patrenſes, pro duplici Patrarum ſtatu; alii ſunt, quos haec ciuitas, quondam *αὐτόνομος*, alii, quos colonia Romana facta feriendos curauit. Prioris generis numi perquam rari ſunt. Quare omnino operae pretium, et gratum fecit harum rerum ſtudioſis vir doctiſſimus, quod paucis illis, quos adhuc promulgatas habuimus, alium adiecit ſine dubio *ἀνέκδοτον*, eumque, praemiſſis quibusdam de Patrenſium ciuitatis hiſtoria, accurate deſcri-

pſit

pſit et interpretatus eſt. Aeneus eſt, quales ſunt eiusdem generis numi a BEGERO, MVSELLIO, THEVPOLIS deſcripti, idemque paullo craſſior. In fronte aduerſa cernitur caput diademate cinctum, capillis et barba criſpis ſpiſſisque. Ipſum Iouem Olympium eſſe, oris maieſtate et κυανεησιν ὀφρυσι venerandum, planiſſimum eſt, et confirmatur Pauſaniae auctoritate, qui Patrenſes Iouem Olympium veneratione ſingulari proſecutos eſſe, et in foro, ipſius in ſolio ſedentis ſignum, Minerua prope adſtante, templumque habuiſſe teſtatur. (Achaic. p. 226.) In aduerſa fronte Minerua, vrbis tamquam praeſes, ſpectatur, gradiens ac veluti pugnans, dextra quidem haſtam, laeua ſcutum geſtans; ante eius genu ſiniſtrum, proxime ſcuto, Patrarum quaſi monogramma; noctua non item. Titulus Graece ſcriptus, documento eſt, numum percuſſum eſſe ciuitatis adhuc αὐτονομȣ tempore; eſt vero hic: ΑΡΧΙΚΡΑΤΗΣ ΔΗΜΑΡΧΟΥ ΠΑΤΡΕΩΝ, ſc. ςρατηγος; hoc enim vocabulum, non aliud vt ἄρχων, γραμματευς, πρυτανις intelligendum eſſe, bene docet auctor, propterea quidem, quod Patrae per Achaeos, pulſis Ionibus, conditae et inſtitutae ſint, et ad foedus Achaicum pertinuerunt, ideoque ciuitas haec haud dubie

cum

cum reliquis Achaeorum inſtitutis ipſos magiſtratus et conſueta horum nomina ſeruauit. — Adiecit praeterea *Excurſum de Diana Laphria*, quam Patrenſibus cultam in primis fuiſſe, ſcribit Pauſanias. (Meſſen. p. 141.) Cognomentum Laphriae Dianae alibi non occurrit, nec certo ſatis explicari poteſt. Varias coniecturas attulit auctor, easque minime ineptas, deque ſimulacro Deae, et ſolenni cultu ita diſputauit, vt, quantum lucis ferre poteſt obſcurior Pauſaniae narratio, tantum ei affunderet.

M. T. Ciceronis de Officiis libri III, ad ſolam priſcorum exemplarium fidem recenſuit, adiectisque IO. MICHAELIS HEVSINGERI et ſuis adnotationibus explicatiores editurus erat IACOBVS FRIDERICVS HEVSINGERVS. Proſtant. Brunſuigae in orphanotrophei Ducalis bibliopolio. 1783. 8 mai.

Editionem poſt fata parentis curauit, praefationemque praemiſit CONRADVS HEVSINGER, IACOBI FRIDERICI filius, ſcholae Ducalis Wolfenbuttelenſis hodie Conrector, qui, quod in fronte libri patrui patrisque nomini ſuum adiungere omiſit, id modeſtiae

deſtiae reuerentiaeque erga patrem defunctum videtur dediſſe. Heuſingerorum familia, quae dudum inter Philologos aetatis noſtrae praeclarum nomen obtinuit, et humanioris doctrinae laudem, quaſi hereditate acceptam et per manus traditam, conſeruat, tum etiam variis veterum ſcriptorum editionibus accurate factis nobilitata eſt; nunc ad primariam orationis et ſapientiae Romanae, quin ipſius Ciceronis nobiliſſimum opus caſtigandum et illuſtrandum, ſociam veluti operam contulit; neque id perfunctorie egit, ſed multorum annorum continuo labore, conquiſitis vndique interpretationis praeſidiis, et acerrima de ſingulis locis conſultatione, quae ad perpoliendum auctorem nihil reliqui faceret. Quae res ad praeſtantiam operis et dignitatem aeſtimandam permagna videri poteſt. Primus accuratiorem operis Tulliani editionem molitus eſt IO. MICH. HEVSINGERVS, IACOBI FRIDERICI patruus, eiusque ſpecimen eruditorum iudicio propoſuit Iſenaci, a. 1749. Atque is nonnullorum ope codicum manuſcriptorum, praeſertim Vinarienſis et Gothani, tum vetuſtiorum nobiliorumque editionum exemplaribus inſtructus, libro non ſolum a multis mendis repurgando, ſed et latinitati explicandae ſententiaeque interpretan-

dae

dae operam dedit. Sed eo poſt biennium demortuo, cum commentarii eius iam perſcripti ad IACOBVM FRIDER. perueniſſent, isque maiorem vetuſtorum librorum copiam, e bibliotheca Guelferbytana petendam, ſibi praeſto eſſe videret, maius ampliusque ornandi libri conſilium cepit, operique patrui ſui inaedificandum ſtatuit, atque in hoc maxime incubuit, vt lectiones veras certasque, et propriam Tulliani ſermonis elegantiam in probatiſſimis codicibus inueſtigaret, et ab arbitrariis priorum editorum correctionibus vindicaret, explicandae ſententiae parcius inhaereret, totumque opus non tironum modo, ſed et doctiorum Criticorumque vſibus accommodaret. Incredibile dictu eſt, qua ille cura et ἀκριβείᾳ hunc auctorem perpolire laborauerit, quae vbique ſubſidia et adminicula emendandi conquiſiuerit, excuſſerit. Praeter manuſcripta quinque libri de Officiis exemplaria, quae bibliotheca Ducalis offerebat, antiquioresque editiones perquam multas, aliorum etiam Ciceronis librorum vetuſta et ſcripta exempla, tum alios ſcriptores veteres, qui loca Ciceronis excerpta tenerent, vt Nonii Marcelli, Bedae, Ioannis Sarisb. Vincentii Bellou. Eybi libros, eosque ipſos cum manuſcriptis codd. collatos, adhibuit, vt in iis genuinam

Tullia-

ae dictionis indolem ſcrutaretur. Ex
conferendi labore ſilua ingens diſſimi-
ctionum enata eſt, quas HEVSINGE-
ı orationibus Ciceronis ſelectis, in li-
ſtolarum ad diuerſos, tribus de Orato-
.que in Oratore et Bruto, ſ. de optimo
orat. e membranis bibliothecae Duca-
entiſſime enotauit, quasque futuro co-
ɔrorum editori ſe permiſſurum pro-
:ONRADVS, filius. Ex impreſſis
HEVSINGERVS plurimum confi-
Wolfgango Anemoecio, qui editione
rum Ciceronis ſeorſum facta Baſileae
niae annis 1535, 39, 41, 44, librum eum
iſſimo codice bibliothecae Auguſtanae
am centum in locis ſe caſtigaſſe et re-
profitetur. De quo Anemoecio, quis
mis antiquis ſcriptoribus bene meritus
multa ad eius vitam, ſtudia et fata per-
traduntur in praefat. pag. XXXIV.
errata auxilia, quibus vſus HEVSIN-
s in ornando Cicerone eſt, de ratio-
m ipſo in negotio ſecutus ſit, Vir cla-
s filius in praefat. procul dubio e pa-
ſuis ſchedis narrat. Scilicet id ma-
ſequi voluit, quod in libri titulo pro-
t, vt Ciceronis contextum ad veterum
rium fidem recenſeret. Quapropter

a priſtinis editoribus plurimum diſcedere ſtuduit, qui in Cicerone recenſendo ſuo magis iudicio, quam veterum librorum auctoritate vti, et ſermonem eius ad vulgatiorem latinitatis vſum adſtringere voluiſſent. Sigillatim diſſentire ſe a legibus profitebatur, quas ERNESTVS, Vir ſummus, in praefatione ad Opera Ciceronis de perfecto Critico Ciceroniano diſputans, ad emendandum eius contextum fixiſſet, et toti paſſim Ciceroni corrigendo adhibuiſſet. Hunc enim putabat ſuo latinitatis ſenſu plus iuſto confiſum, et legibus Grammaticis in cernendis lectionibus nimium obtemperaſſe, et quas e plurimis Ciceronis locis et ſollemni eius conſuetudine collegiſſet formulas dicendi, tam ratas habuiſſe atque fixas, vt ad eas omnem vbique dictionem Ciceronis componere et reformare vellet, licet aliud ſaepe traderet omnium librorum veterum conſenſus. Inde exempla emendationum ex iis legibus ab ERNESTO factarum HEVSINGERVS in praefatione et in annotationibus paſſim profert, quas ille ita infringit et refellit, vt e bonis codicibus oſtendat, Ciceronem aliis locis ipſum illum dicendi modum vſurpaſſe, quem ERNESTVS repudiare et ad formulam ſuam reuocare voluerit. Difficile admodum eſt, imo noſtrum

on eſt, litem Criticam excellentiſſimorum in is literis viroruin dirimere, quorum alter in erſandis interpretandisque bonis auctoribus etatem omnem triuit; alter Ciceronem maxime ita pertractauit, ita pectus eius inſpexit, rationisque totum habitum complexus anino eſt, vt, quid Ciceroniano genio et ſtilo lignum ſit, noſtra memoria nemo melius inellexiſſe videatur. Lex quidem ea, quae odicum auctoritatem cedere rationi Grammaticae, et ad formulam ſcriptoris vſitatiorem edigere doceat, haud ita comparata eſt, vt n lectione alicuius loci conſtituenda valere emper, atque omnibus ſcriptoribus corrigenlis tuto adhiberi poſſit. Neque hanc mentem ſummo Viro, ERNESTO, fuiſſe arbitratur, qui multis locis lectionem ad eandem egulam reuocare noluit. Interim tamen Cicero is ſcriptor eſt, in quo maxime lex eiusmodi valere poſſit: qui Romanum ſermonem ummo ſtudio perpoliuit, et ad certam rationem ac legem aliquam elegantiae compoſuit, t merito cenſeatur pro regula Latinitatis cum iis bonis ſcriptoribus, tum ipſe ſibi fuiſſe. umma igitur ratione vſus ERNESTVS videtur, qui Ciceronem ex legibus Grammaticis, b ipſo Cicerone datis, vt plurimum emenandum duxit. Neque HEVSINGERVS

eam legem prorſus contempſit; qui
inde in emendandis Ciceronis loci
ret. Ad lib. I. cap. 12, 1. monet,
equidem primae tantum perſonae
dari, atque hinc alia loca, quae
corrupta, ſaltem dubia, ad regulam
eſſe. Eodem loco contra omnes
exhibent *lenitate verbi rei triſtitiam*
cum doctiſſimis viris legendum ſta
tam, quod ſcilicet, manente illo
Cicero antecedens *quod vocaretur* cu
uerto coniunxiſſe, atque ita co
Grammaticam locutus videatur *a*
quod hoſtis vocaretur, lenitate ver
gante. Tale quidem peccatum ſi
G E R V S vel centenis in codicibu
reperiſſet, nullum eorum, credo,
diendum, et recte. Enimuero
N E S T O leges quasdam eloquendi
collectas, et vbique ad eum emend
plicatas, reprehendit, non ille, qu
perſpicio, vulgares eas et maxime
Grammaticae, legitimae verborum
ctioni ſeruientes, intelligit, ſed ali
rone ad elegantiam et meliorem ſe
explanationem, et ad morem vrban
tium vſupatas, quas quidem meri
qui Ciceronianae elegantiae guſt

ien aut alii boni scriptores [illegible],
icero vsurpauit, variandae [illegible]
ae orationis in primis studiosus.
leges si ERNESTVS nec necessa-
rpetuas asserit, ut [illegible]
roni, neque alii bonum scriptori [illegible]
contra HEVSINGERVS eas non
et certa ratione adhibitas, neque
igendam esse [illegible] orationis,
i exhibeant, auctoritatem [illegible];
teor adduci, ut cum HEVSINGE-
sentiam. Multa ille [illegible] in
os praeclara haec in re monuit,
nulas dicendi contrariis [illegible], quas
VS et vnice veras probauerat, aliis
locis, ac idoneis rationibus addu-
robat. Post [illegible], qui semper con-
ponendam positamque a Cicero-
RNESTVS tanquam legem non
raefat. ad Ciceronem, sed etiam in
oricis praecipit. Sed cum discri-
ecipiendum, atque indicatiuum et-
a verba locum habere, vbi res sim-
sine vlla dubitatione enuntianda sit,
GERVS ad Offic. pag. 172. et 204.
issimorum vtriusque linguae scri-
cis et probatorum scriptura codi-
xit. Simili cautione et tempera-

 mento

mento idem vtendum eſſe docet, vbi ERNESTVS praecipit, ſcribendum vbique eſſe *non habeo, quod ſcribam,* non *quid ſcribam.* Etſi enim largitur, *non habeo, quod* recte dici, vbi poſt *habeo* pronomen *aliquid* intelligitur, *quid* tamen non minus rectum eſſe docet, vbi conſultationem vel deliberationem antegreſſam innuat, idemque ſignificet ac *ſcio, cognitum, deliberatum, conſtitutum habeo,* ad Offic. II, 2. p. 387. Conſecutionem temporum atque modorum in oratione ſubnexa ERNESTVS ad planiſſima quaedam Ciceronis exempla tam aequalem vbique et continuam praecipiebat, vt nullum fere indicatiuum in ea admitteret, et, quae ſubinde in Cicerone inueniebatur modorum et temporum inaequalitas, eam omnem inde exterminatam vellet. Sed plane arduum HEVSINGERVS iudicabat, quid in oratione perturbatum, quid conueniens ſit, ex ſolo ſenſu noſtro, ſine veterum librorum auctoritate, conſtituere, ſaepe eam temporum varietatem adhiberi, quae ab vſu linguae vernaculae recedat, ſaepe in temporibus et modis permutatis adeſſe rationes, quae ſubtilius quaeſitae, nihil hic ineptum et diſcrepans eſſe, oſtendant. Pluribus iam perſequi non poſſumus, quae Cl. HEVSINGERVS in Praefat. pag. LII. ſeq. hac de re copioſe, locis et exem-

exemplis e Cicerone adductis, diſputat, vt li-
brorum auctoritatem contra leges emendandi,
n Ciceronem totum pronuntiatas, aſſerat.
Neque vero diſſimulare poſſumus, HEVSIN-
GERVM contra, qui ſolam priſcorum libro-
um fidem ſequi, et praeferre rationi Gram-
maticae velit, in tanta variantium lectionum
multitudine, et tot librariorum diſſenſionibus,
uibus hic Tullii liber obrutus pariter atque
iſtractus eſt, rem intricatiſſimam et plenum
pus aleae ſuſcepiſſe. Vniuerſe quidem HEV-
INGERVS rem ita geſſit, vt virum linguae
omanae ſcientiſſimum et in re Critica exer-
tatiſſimum omnibus libri paginis agnoſca-
mus, ſaepiusque mirati indeſeſſum inquirendi
udium, ſummum acumen, ſollertiam incre-
ibilem ſimus; occurrunt tamen legentibus
onnulla, vbi ſuo veterum exemplarium ſtu-
io nimium velificatus, plus iuſto tribuiſſe
orum auctoritati, atque eas probare lectiones
idetur, in quibus alius quis, paullo moroſior,
el dictionem duram et inſolentem, Tullio-
ue ignotam, vel errorem adeo librarii ar-
uere, ſaltem ſuſpicari, poſſit. Si HEVSIN-
GERVS ad lib. I, II. II. ex priſcis libris legen-
um cenſet *ſecundo eum obliget ſacramento*,
on *obligaret*, quamuis ibi praecedat: *ſi patere-
ur*, lectionem quidem hanc, vt rectam et le-

gitimiam, approbamus ipſi, ſed tamen in ea approbanda maluiſſemus primario rationibus et exemplis bonorum ſcriptorum niti, quam librariorum auctoritate, quos ſcimus et frequentibus ſcribendi compendiis, quae ambiguam lectionem reddunt, vſos eſſe, et ſaepe verba auctoris ad ſuum ſenſum accommodaſſe: vnde fieri potuit, vt hoc loco *obliget* poſterent pro *obligaret*, quemadmodum alii pro antecedente *pateretur* ſcripſerunt *patitur* et *patiatur* Libro I. cap. 1, 5. vulgatior lectio praecipuorum editorum habet *qui iam illos fere aequarunt*, ſed ſcripti plurimi et impreſſi vetuſti *qui ſe iam illis fere aequarunt*, in quibus tamen alii reciprocum *ſe* diuerſa ſede collocant, quidam etiam omittunt. Ob eam rationem HEVSINGERVS τὸ *ſe* ſuſpectum ratus id plane eiicit, et ſcribit *qui iam illis fere aequarunt*, verbum *aequare* abſolute poſitum exiſtimans, quamuis patruus eius vix credibile iudicauerat, Ciceronem ita locutum eſſe. Et profecto lectione ea phraſis dura et inſolens efficitur, quae ab elegantia Ciceronis aliena videtur. Verbum *aequare* quidem apud bonos ſcriptores haud raro poni cum ellipſi alicuius accuſatiui ſolet, qui e contextu intelligendus vel repetendus eſt. Sic Liuius lib. 9. c. 23: *Is triumphus vt loco et fama rerum ge-*

ſtarum

ſtarum inhonoratior fuit; ita ſignis carpentis-que et ſpoliis ferme aequabat, nempe illum alterius Conſulis triumphum. Sed omiſſum reciprocum *ſe*, quia ambiguam reddit ſententiam, multo inſolentius videtur, neque facile apud Ciceronem reperiundum, quem nouimus nunquam moleſte et obſcure locutum eſſe. Et HEVSINGERVS nullum exemplum e Cicerone afferre potuit, niſi verbi *adaequare*, quod tamen ad hunc locum parum quadrat. Is enim ſcribit ad Q. fratr. lib. II. ep. 6: *Senatorum vrna copioſe abſoluit, equitum adaequauit, tribuni aerarii condemnarunt*: vbi vrna equitum non ſe adaequaſſe Senatoribus dicitur; nam Cicero potius vult, a Senatoribus diſcrepaſſe; ſed dicitur ſententias vel tabellas abſoluentium et condemnantium adaequaſſe, vt pares numero eſſent, ſicut in tribunis aerarii condemnantium tabellae ſuperabant. Simili ratione e ſcriptis libris duram atque inſolentem lectionem ducere HEVSINGERVS videtur ad lib. I. c. 22, 7. vbi plurimi codices legunt: *quorum rebus geſtis imperium Lacedaemonis* (vel *Lacedaemoniis*) *dilatatum putatur*. Nam quoniam aliqui *dilatatum* diuerſa ſede locant, alii plane omittunt, HEVSINGERVS id eiectum vult, et legit *quorum rebus geſtis imperium Lacedae-*

 moniis

nouiis putatur, i. e. aeſtimatur. Equidem mihi perſuadere vix poſſum, veram hic dictionem et ſententiam Ciceronis repraeſentari, vt dixerit Cicero, rebus geſtis Pauſaniae et Lyſandri imperium Lacedaemonis aeſtimari ſolere. Quod ſi voluiſſet Cicero, credo dicturus fuiſſet, quorum rebus geſtis Lacedaemonis imperium cenſetur, quemadmodum poeta de Patauio ſcribit: *Cenſetur Apona Liuio ſuo tellus*. Nam verbo *cenſere* vti ſolent Romani, vbi de rei alicuius praeſtantia, ex attributis vel effectis eius aeſtimanda, ſermo eſt. Verbi *putare* vſus magis ad pretium rei aeſtimandum et ad rationem numerorum ſpectare videtur. Quodſi etiam concedamus hoc, *putari* hoc loco eſſe aeſtimari, aut cenſeri, tum vero non imperium Lacedaemonis rebus geſtis Pauſaniae et Lyſandri aeſtimatum dici potuit, ſed contra, res geſtas Pauſaniae imperio Lacedaemonis, quod iis acquiſitum eſt, aeſtimatas. Solemus enim rei ignotioris magnitudinem, alterius notiore aeſtimare, et Cicero hoc voluit, quantae fuerint res geſtae Pauſaniae et Lyſandri, ex imperio Lacedaemonis, iis dilatato, apparere. Has enim ita magnas dicit propterea, vt deinceps, minime tamen Lycurgi legibus et diſciplinae conferendas eſſe, oſtendat. Quodſi haec vera Ciceronis ſenten-

ntentia, quam contextus docet, ex lectione
ı HEVSINGERO conſtituta minime per-
pitur, apparet, praeter neceſſitatem obtem-
ratum ab eo ſcriptis libris, iisque paucis, eſ-
, ſeruandamque lectionem vulgatam fuiſſe,
ıae exhibet, *quorum rebus geſtis imperium
acedaemonis dilatatum putatur*, h. e. exiſti-
ıatur, quam etiam patruus eius retinendam
ıendamque putauit. Etſi plura eius generis
:oferri poſſunt, in quibus plus iuſto tribu-
ım ſcriptorum codicum auctoritati in con-
xto Ciceronis caſtigando videtur, neutiquam
ımen haec ad minuendam operae Heuſinge-
ianae laudem valent, quae ſane, ſicubi pec-
are videatur, nimia diligentia et quadam do-
trinae abundantia peccat, et ad accuratiorem
omani ſermonis ſcientiam variamque eru-
litionem amplificandam in primis fructuoſa
ſt. Quamquam primaria vtriusque viri ope-
a in ratione Critica et textu Ciceronis corri-
gendo verſatur, minime tamen negliguntur;
quae ad rerum illuſtrationem, et hiſtoriae an-
iquitatisque Romanae explicationem perti-
nent, et pauca obuenerunt loca, in quibus
maior rei exponendae cura habenda videre-
tur: vt cum lib. I, 13. p. 107. *aerarii* nominan-
tur, quinam hi ciuium Romanorum fuerint,
monere, certe tironum gratia, non ſuperfluum
erat.

erat. Et ad lib. III, 19. p. 709. verbo *digitis concrepuerit* pleniorem interpr nem deſiderauimus. Nam quae hoc p bio rei agendae facilitas ſignificatur, d da erat ex more dominorum, digitoru pitu ſeruis imperantium; cuius moris Petronium paſſim indicia reperiuntur. terum in vberrima annotatione maxim nent exquiſitae obſeruationes ad Latin Tullianam pertinentes, quae vſum, pr tatem, differentiam vocabulorum, poſit que ordinem elegantem, variandae or modum et copiam, nonnunquam etia thographiam vocis docent, quarum ſi veluti guſtum dare licet, paucas inde delibatas ponemus. *Suppeditare* rect pro *ſuppetere*, librorum omnium ſuf exemplisque plurium ſcriptorum pro pag. 36. *Hoſtis* minus recte pro inim priuati hominis aduerſario ponitur, *Tempora* Ciceroni ſunt res aduerſae, p la, neceſſitates, p. 105. *iuſta* etiam dicunt cibariis et tegumentis, quae ſeruis et n nariis certo modo debentur, p. 110. *tum* Cicero nunquam dixit, vt ſequiore *cautionem*, p. 113. *Cauſſae* Ciceroni ſu mnes neceſſitudinis tituli, nomina, vi quibus cum aliis iunguntur, p. 119. C

b

rum et ſobrinorum ſignificatio quantum
:, traditur p. 138. *Milia* ſcribendum eſt,
uillia, contra *mille*, non *mile*, p. 530. Diſ-
: *frugifer* et *fructuoſus*, atque hoc plus
gnificat, p. 373. *Onera* et *onerare* ea
tur, quae ei, cui adſunt, aliquam decori
neſti obſeruandi neceſſitatem imponunt.
Participia verborum paſſiuorum fac-
ultatis ſignificationem habent, et vim
nt adiectiuorum in *bilis* exeuntium, vt
tus, contemtus, ſperatus, acceſſus, con-
dicatur, qui facile copulari, contemni,
, accedi, conſpici poteſt. p. 141. Quae
atio, quamuis tenuis, vſum habere in
do non exiguam poteſt, vt carere tot
uis in *bilis* exeuntibus diſcamus, quae
r Latinitas inuexit. Obſeruationum
neris vberrima ſeges per totum librum
eſt, vt, ſi quis hoc agere velit, vulgatos
initate ſelecta libros, obſeruationum
llectiones haud parum inde locuple-
oſſit. Conſpectiorem hanc copiam red-
toribus index rerum et verborum an-
ionibus explicatorum a Cl. HEVSIN-
o iuniore additus. Qui vti edendis hi-
ommentariis elaboratiſſimis paternae me-
ae ſimul et ciuitati literatae gratiſſimum
fecit, ita lubentes exſpectamus, quam
ab

ab eo parari nouimus, modicam quidem, libri Ciceroniani editionem, ad exemplar paternae recenſionis inſtitutam, breuioribusque notis ad vſum tironum inſtruendam. Nec praeterire poſſumus, quod idem in praefatione commemorat, in promtu ſe habere iuſtum volumen eorum, quae patruus eius maior in Ciceronis Catonem, Laelium, Paradoxa, et Somnium Scipionis commentatus fuerit, et iam patris ſui meditationes, licet eas diſſipatas, in eosdem libros, quas e ſubſidiis bibliothecae Ducalis porro limandas edere aliquando, ſi otium et valetudo ſuppetat, conſtituit. Quo in propoſito vt permaneat vir doctus, omni eum ratione hortamur.

Commodum abſolueramus noſtram de libro Ciceronis ab HEVSINGERIS perpolito narrationem, cum ſe alius viri docti opera offerret, qui eundem librum alio indutum habitu, et diuerſis exornatum commentationibus nuper admodum emiſit in publicum. Titulus hic eſt:

Abhandlung über die menſchlichen Pflichten in drey Büchern, aus dem Lateiniſchen des Marcus Tullius Cicero überſetzt von Chriſtian Garve: item Philoſophiſche Anmer-

Anmerkungen und Abhandlungen zu Cicero's Büchern von den Pflichten, von C. G. h. e. M. T. Ciceronis de Officiis libri III. Germanice conuerſi a CHRISTIANO GARVIO. Accedunt eiusdem Annotationes et commentationes Philoſophicae ad eosdem libros. Vratislauiae apud Kornium. 1783. 8 mai.

Bono quodam fato aetatis noſtrae contiſe arbitramur, vt Ciceronis de Officiis liber, o nullus melior et vtilior a Romano homiſcriptus eſt, doctorum virorum acriore ra ita ex omni parte illuſtraretur, vt fructus eo capiendi noſtris hominibus multo illuiores vberioresque fierent. Duplex enim s, eaque magna, illius libri eſt, quae, dubii poteſt, an vtraque vbique et ab omnibus is agnita et aeſtimata ſit: vna quidem ſeronis Latini, praeſertim in genere orationis quabili et temperato, cuius exemplar ipſe cero ſuum librum eſſe voluit; (vid. lib. I. 5.) altera in praeceptis Philoſophiae de mobus, et officiorum omnium diſciplina, pericue eleganterque tradita, verſatur. Vulgo idem Cicero Latinitatis maxime cauſſa lees eſt; doctrinam eius pauci perſpicere lararunt. Iacuit igitur plerumque in ſcholis, er adoleſcentes fere auditus, Romanae lin-

guae

quae ſtudioſus: raro ſe in coetus nobilium grauiumque virorum proferre auſus eſt. Etenim philoſophia Ciceronis, quaſi vetuſtate obliterata et ſitu ſqualida, vix digna videbatur, quae hodie audiretur. Sed vt orationis opes, in eo libro reperiundas, Heuſingerorum opera diligentius recluſit; ita doctrinam Ciceronis, quae praeceptis et rationibus continetur, praecipue explicauit CHRISTI. GARVIVS, vir ingenii omnisque doctrinae laude florentiſſimus, quodque ſibi conſilium fuiſſe Cicero in principio libri fatetur, vt Graecorum philoſophia Romanis literis illuſtranda ſuis hominibus adiumentum afferret et ad dicendum et ad iudicandum, id ſecutus Cl. GARVIVS in ipſo Cicerone eſt, eumque ore Germanico loquentem ex vmbra ſcholarum in lucem quandam rei publicae produxit, legum naturae, ciuiliumque rerum et officiorum doctorem, ita quidem inſtructum et exornatum, vt non peregrinus aliquis, aut ex orbe antiquo in hunc noſtrum delatus, ſed e medio Philoſophorum noſtratium ordine productus videri poſſit. Atque hoc opus ſuſcepit auctoritate Regis, ſapientia et rebus geſtis maximi, FRIDERICI, qui GARVIO eum librum vertendum et explicandum mandauit, eoque iudicio magnam auctoritatem et libro Ciceroni,

et, qui eum interpretaretur, adſtruxit.
iero id maxime ſua opera efficere ſtuduit,
Cicero planiſſime noſtra lingua loque-
et praecepta eius philoſophica, acriore
o limata pariter ac declarata, ſenſibus
sque noſtris accommodatiora eſſent.
o priorem libri locum tenet. Eam ita
iauit, vt ideas ſententiasque omnes Cice-
, ordine et ratione ad intelligendum
ima, fideliter in vernaculum ſermonem
erret, ſtilum et formam orationis ipſe,
: res poſceret, adhiberet. Etenim Vir
C. in praefatione monet, quod plerumque
pretibus in aliis ſcriptoribus vertendis ob-
ndum ſit, vt ſingulare eorum dicendi
; et characterem exprimant, id ſibi non
ſarium in Cicerone, praeſertim in libro
fficiis, fuiſſe, cuius oratio, vt optimi cu-
e ſcriptoris, nihil a naturali communi-
hominum, recte ratione vtentium, con-
dine dicendi ſeiunctum, nihil adſcitum
ectatum habeat. Quapropter in verten-
aud raro ea libertate vſus eſt, vt Cicero-
otiones et ſententias, vbi minus accuratas
ſitas animaduerteret, ad melioris iudi-
tionem conformatas, mutato verborum
et ordine, in verſione poneret; quod,
pius, ita ad lib. I. 4, 4. ab ſe factum ipſe

guae ſtudioſus: raro ſe in coetus nc
grauiumque virorum proferre auſus eſ
enim philoſophia Ciceronis, quaſi v
obliterata et ſitu ſqualida, vix digna vic
quae hodie audiretur. Sed vt oration
in eo libro reperiundas, Heuſingeroru
ra diligentius recluſit; ita doctrinam
nis, quae praeceptis et rationibus con
praecipue explicauit CHRISTI. GAR
vir ingenii omnisque doctrinae laude
tiſſimus, quodque ſibi conſilium fuiſſe
in principio libri fatetur, vt Graecoru
loſophia Romanis literis illuſtranda ſ
minibus adiumentum afferret et ad dic
et ad iudicandum, id ſecutus Cl. GAI
in ipſo Cicerone eſt, eumque ore Gern
loquentem ex vmbra ſcholarum in
quandam rei publicae produxit, legum
rae, ciuiliumque rerum et officiorum
rem, ita quidem inſtructum et exornat
non peregrinus aliquis, aut ex orbe a
in hunc noſtrum delatus, ſed e medio
ſophorum noſtratium ordine produ
deri poſſit. Atque hoc opus ſuſcepit
ritate Regis, ſapientia et rebus geſtis in
FRIDERICI, qui GARVIO eum
vertendum et explicandum mandauit,
iudicio magnam auctoritatem et libro (

's, et, qui eum interpretaretur, adſtruxit.
:ic vero id maxime ſua opera efficere ſtuduit,
: et Cicero planiſſime noſtra lingua loque-
tur, et praecepta eius philoſophica, acriore
dicio limata pariter ac declarata, ſenſibus
ibusque noſtris accommodatiora eſſent.
erſio priorem libri locum tenet. Eam ita
lornauit, vt ideas ſententiasque omnes Cice-
nis, ordine et ratione ad intelligendum
tiſſima, fideliter in vernaculum ſermonem
ansferret, ſtilum et formam orationis ipſe,
rout res poſceret, adhiberet. Etenim Vir
ariſſ. in praefatione monet, quod plerumque
terpretibus in aliis ſcriptoribus vertendis ob-
ruandum ſit, vt ſingulare eorum dicendi
enus et characterem exprimant, id ſibi non
eceſſarium in Cicerone, praeſertim in libro
e Officiis, fuiſſe, cuius oratio, vt optimi cu-
sque ſcriptoris, nihil a naturali communi-
ue hominum, recte ratione vtentium, con-
uetudine dicendi ſeiunctum, nihil adſcitum
t affectatum habeat. Quapropter in verten-
lo haud raro ea libertate vſus eſt, vt Cicero-
is notiones et ſententias, vbi minus accurate
ropoſitas animaduerteret, ad melioris iudi-
ii rationem conformatas, mutato verborum
extu et ordine, in verſione poneret; quod,
t ſaepius, ita ad lib. I. 4, 4. ab ſe factum ipſe

neceſſitatum ac commoditatum ;
ſurpari oſtendit, vt vno vocabulo
vix reddi queat. Hiſtoricas etia
tiones de rebus ad viros celebri
facta a Cicerone memorantur, p
adiungere conſtituerat auctor doc
magnam partem iam perſcriptas
habebat; ſed differre et premere
quum partim philoſophicas quae
multum amplitudine increuiſſe
libri aggreuaſſe videret, partim a
tis prius iudicia experiri hominum
videre, an hiſtoricae magnopere
tur. Nos vero, vti Cicero ipſe ex
chcerrimis vbique ex hiſtoria affe
ſimum iucunde diſtinxit, ita ad p
commentarii, ac ſtudium legentiu
rerum oblectandum, multum arb
ſtoricas quaeſtiones fuiſſe proſut
GARVII eleganti doctrina iudica
teritate, nemo erit, qui eas non l
deque exſpectet. Caeterum conſi
hactenus memorauimus, binis libri
editionibus, quibus orationis aequ
nae Tullianae vis omnis a doctiſſim
plicata eſt, ſane optandum quam r
vt bona noſtri aeui ingenia, quae v
eo percipiendam videant, hoc mag

um Ciceronem excitentur, omninoque pri-
os eloquentiae ſapientiaeque doctores pluris quam vulgo fieri ſolet, aeſtimare diſcant.

Nebenſtunden etc. i. e. F. G. A. LOBETHAN, Prof. Serueſtani, horae ſucciſiuae, religionis et philoſophiae popularis ſtudio dicatae. *Pars I.* Halae venditur orphanotrophei lucro. 1776. 8. pagg. 220.

Huius libri auctori, quem iurisprudentiae endae munere cum laude fungi et ſcriptis c doctrinam attinentibus adhuc inclaruiſſe ſtat, magno cedit honori, quod non mo- philoſophiae etiam morali et in commune atque religionis Chriſtianae interiori co- ioni ſua otia tribuat, ſed prorſus etiam s religionis commendandae et praedican- feruido ſtudio trahatur, animumque pro- cura illius diſciplina probe imbutum et a praeceptorum eius praeſtantia permo- Documento probabili et nobis perac- eſt ipſe liber hic, de quo agimus, quem permultis legi cupimus, certe a nobis ine magna voluptate, a capite ad calcem ctum; nam ita nos ceperat haec lectio, ius materia legendi, quam voluptas, de-

 fice-

ſiceret, ſiue id accideret rerum ipſa grauitate, quas tractauit ſcriptor, et orationis, qua vſus eſt, cultu, ſiue quod animo obuerſaretur perpetua perſonae, quam vir ſuſtinet, cogitatio, et eximiae, quam probat, de rebus a proprio ſibi ſtudio alienis bene diſſerendi facultatis admiratio. Quamquam haec eo non valuit, vt coeco aſſenſu probaremus omnia. Eſt enim interdum, vbi vel non ſatisfacit ſcriptor ſuſcepto muneri, vel ſententias affert minus veras, aut certe non ſatis circumſpecte et praeciſe exponit. In primis vero deſideramus aequam meditationum plerarumque grauitati vbertatem, ſaepe et accurate definiendi, diſtinguendique ſtudium, ac lucidam diſpoſitionem; ſed has deeſſe virtutes exercitationibus ſuis, ipſe auctor non diffitetur, iisque propterea iſtam epigraphen indidit. Breuiter iam perceníeamus argumenta earum. I. Super fide populari, philoſophia religionis, et deſtinatione ſacrae ſcripturae. II. De diuortio, ſecundum Chriſti diſciplinam ſpectato. In explicando loco Matth. XIX, 7. 8. attendendum diligentius erat ad vim verborum ſibi oppoſitorum: *Moſes iuſſit*, et: *Moſes permiſit*, itemque ad argumentum a Chriſto inde ductum, quod *vnum maritum* et *vnam coniugem* in rerum primordiis Deus creauerit, quod ſane philo-

philoſophicum eſt, ſi applicetur ad conſtantem adhuc inter vtriusque ſexus homines proportionem. Summa euangelii laus eſt, nec reticenda erat hoc loco, quod in ſua iura reſtituerit ſequiorem ſexum, iniquitate plerorumque populorum veterum depreſſum, et matrimonio dignitatem ſocietatis aequalis conciliauerit, quam et ſana ratio agnoſcit. III. De ratione mutua inter virum et feminam, quoad foedus coniugale, et quoad vagos coitus; aduerſus illos, qui hos *magis ad naturam* eſſe, quam illud, arbitrantur, *ad naturam* ſcilicet *illam,* quam cognoſcunt in brutis, hisque inuident. Mirum, quot monſtra opinionum aetas noſtra pariat, ſeu potius dira fames, impendio ſanae rationis ſatianda, et impotens nouis ineptiis innoteſcendi prurigo. Grauiter in hanc rem diſputauit cl. LOBETHAN. IV. Patriae amorem vanam eſſe rem, ſi per vitioſam regiminis adminiſtrationem efficax eſſe, et Principum populique adſenſum ſperare non poſſit. V. De commodis, quae philoſophia parat, cum ceteris artibus collata. VI. Quid ſit diſcriminis inter actiones *rationis religionis,* et *propter religionem,* et ex *impulſu religionis* ſuſceptas. Nec ſatis commoda eſt haec diſtinctio, nec notionibus adaequata ſunt verba. Omnis ambiguitas eſt in ſignificatio-

ne vocabuli *religio*. VII. De morte Ieſu
Chriſti ſalutifera, vel de noua oeconomia, per
Ieſu mortem confirmata. Satis eſt, et cum
ſumma doctrinae apoſtolicae conuenit, quod
ſuper eo profitetur, licet vicariam ſatisfactio-
nem, craſſiori ſenſu acceptam, diſerte nega-
uerit. VIII. De iuuentute, cognitioni in com-
mune vtili in primis innutrienda. IX. De re-
ligionis Chriſtianae, tamquam *poſitiuae*, prae-
rogatiuis. X. De ſtudiis academicis, eorum-
que nexu cum vitae negotiis. Hunc non ad-
modum arctum eſſe, arguit auctor; acade-
mias ſolum ſpectare ad homines *doctos*, non
item *rebus gerendis aptos* reddendos, que
tur; quaedam acute videt et bene ſuadet,
ta vero academicae inſtitutionis et vitae
ficia non perpendit. XI. De die Solis,
dando, ſeu potius religioni. XII. De
hominis varia. XIII. De religione, qu
eſt *ſenſus*. Iterum *obiectiuae* et *ſubiecti*
ligionis diſcrimen neglexit. XIV. De
erga magiſtratus. XV. De virtute hero
quotidiana. XVI. De ſuppliciorum
quae defenduntur, ſed nimis breuiter.
De deuotione animi erga Deum et ſ
tionibus publicis. Diſplicet compara
illae contenduntur cum triſti nebula,
gata ſol benignius illuceſcat. XVIII.

m. XIX. De cauſis externis, homi-
ſortunam et mores determinantibus,
augmentis cognitionis et experientiae.

---

*'uſion of the Experiments and Obſer-
tions, concerning the attractive powers
' the mineral acids;* i. e. RICHARDI
IRWANI concluſio experimentorum
obſeruationum de vi attractrice acido-
m mineralium. Londini apud I. Ni-
ols. 1782. 4 mai. pag. 72.

it nunc metam ſibi propoſitam ill.
NVS, L. B. (cf. A. 1782. Vol. I. p. 236.
Vol. I. p. 13.) optime notus, cui ita-
e meritam palmam prorogatis ſcien-
uralis et chemicae finibus debitam,
nt, niſi omnia nos fallunt, coaeui, con-
ic poſteri. In eo eſt cel. Auctor, vt
ibello determinet quantitatem metal-
ib acidis mineralibus ſuſceptorum, qua
illis ſaturari dicuntur. Deſcribit
phaenomena in hoc negotio obuia,
curatius annotata; habito vero reſpe-
um praecipue, quae lucem affundere
bus poſſint. Acida adhibuit phlogiſto
ecoloria; atque metalla optime lima-
ie ſucceſſiue illis immiſit; ea vero
Ee 5 ratio-

ratione in tribus acidis mineralibus diſſolue-
bat 100 grana ferri, cupri, ſtanni, plumbi, ar-
genti (excepto acido muriatico commun[illegible]
ri (in aqua ſolum regia ſolubilis,) zinc[illegible] bi-
muthi, niccoli, kobaldi, regulorum anti[illegible]
arſenicique. Adiecit quoque, praeter r[illegible]
notatu certe digna phaenomena, quanti[illegible]
et indolem aeris varii euoluti; diluitq[illegible]
tranſitu differentiam, quae eum inter [illegible]
BERGMANNVM in determinanda [illegible]
rum, ſalia neutra ingredientium, quantit[illegible]
uenit ea ratione, vt nunc optime con[illegible]
videantur. Demonſtrat vtilitatem in ch[illegible]
theoria et praxi, ex inueſtigata partium
mixtarum proportione oriundam; qua[illegible]
rum affinitatis gradus numeris exprim[illegible]
ſunt. Collatis experimentis regulam [illegible]
profert, *quantitatem* nimirum *acidi veri,*
turandam datam corporis cuiusdam qu[illegible]
tem neceſſarii, ſe habere in ratione inuer[illegible]
affinitatem corporis ad acida: et contrari[illegible]
do, *quantitatem corporis cuiusdam, ad*
cuiusuis acidi quantitatem ſatiandam req[illegible]
habere in ratione directa, vti affinitatem[illegible]
acidi ad corpus ſoluendum. Quarum in[illegible]
larum probationem inſtituit experiment[illegible]
ſalibus alcalinis fixis, calce, alcalino v[illegible]
magneſia et aluminoſa terra; quorum[illegible]

is, ab acidi certo pondere ſuſcipienda,
ducto ordine ſemper decreſcit; ſic e.
acidi vitriolici grana a 215 granis ſalis
vegetabilis, cet., et 75 gr. terrae alumi-
turantur: ac iisdem quoque numeris
nandos affinitatis gradus vtitur. Hac
ſeparationem ſalinorum corporum
tate duplici, modo non minus in-
, quam apto, explicat ill. auctor;
nominatione *affinitatum quieſcentium*
ignanda ſumma graduum affinitatis
ctionem, *diuellentium* vero ſi iidem gra-
mixtione ipſa conſpicui, in computum
r: quae omnia exemplis appoſitis, (e.
r. vitriol., et calce nitrata) optime il-
ar. Videtur quidem pari acidorum
ium ad ſalia alcalina affinitati, ab ill.
umtae, obeſſe facilem ſalium neutro-
parationem a vitriolico acido; etc.
ſet cel. vir, ſingularem acidorum in
atra actionem pendere a diuerſa illo-
ultate, ignem elementarem in ſe ſuſci-
Vidit enim, 100 granis acidorum
vnciae vni ſalis tartari ſoluti ſemel af-
hermometrum a 68°, ad 138° eleuari,
o vitriolico acido; ad 120° ab acido
s 128° ab acido muriatico. Ideoque
a diſſolutione tartari vitriolati ab acido
nitroſo

nitroſo credit cel. KIRWANUS, hoc plura ignis particulas dimittere, quam ad diſſolutionem requirantur: quibus vero ab acido vitriolico ſuſceptis, hoc ſalem alcalinum deſerere, quum idem, nonniſi liberatum a certa ignis quantitate, in amplexum cum alcalino ruere poſſit, ex quo ideo, recuperatis ignis partibus, iterum diſcedit. Differit porro ill. auctor de *affinitate acidorum cum metallis*, cuius gradus facili ratione determinari nequeant, quum haec, parte modo phlogiſti amiſſa, ab illis ſuſcipi poſſint, illam vero partem non aeſtimari poſſe ex ſolo diſceſſu phlogiſti aeriformis, quia reliqua ſeparata, ab acido calcem diſſoluente, retineatur. Alia difficultas in docendo computo oritur ab exuberante acido in quauis metallica ſolutione (qua tinctura *Croton. tinct. L.* ſemper ruſeſcit,) quia metalla, nonniſi hac acidi nimietate, diſſolui queant. Cui vt obuiam eat Auctor, addebat iſti tincturae eam ſolutionis argenti nitrati ſaturatae quantitatem (9 grana), qua illa eundem ruborem acquirunt, qui a $\frac{8}{10}$ gran. acidi nitroſi veri producitur. Quo facto colligit, acidum exuberans in argenti nitrati ſoluti 9 granis aeſtimari poſſe ad $\frac{8}{10}$ gr. — Solutiones muriatico-metallicas pro parte ſaturabat ante ea ſale alcalino cauſtico; in aliis, vti quoque cum vitriolico

ico acido puratis, ſalis metallici partem
un aeſtimabat debita circumſpectione ex
ititate veri acidi ad praecipitandas calces
tas requiſiti. Quibus experimentis ſuper-
bat tabulam, quantitatem metallorum in
acidorum mineralium granis ſolutorum,
ilque affinitatis gradus, indicantem.
e hucusque ab eruditis propoſitae ſunt, ta-
e ſimiles, veris factis innitentes, minus ta-
affinitatum, quam potius praecipitatio-
i tabulae vocari merentur, quarum certum
lo ordinem indicant: oriuntur enim ipſae
uplici decompoſitione, quum metallum
cipitans deturbato phlogiſton tradat; hoc
m illi acidam partem cedat: ideoque cu-
:alx e. gr., neque argentum neque mercu-
, nitrata, deiicit. Acida praeferre metalla
us alcalinis, apparet multis modis: argen-
enim nitratum, cum illo fixo et ſale com-
ii remixtum, in lunam corneam, (non ar-
i calcem) abit; mercurius et plumbum,
ita, iisdem ſalibus adiectis, praecipitatum
m, et ſaturnum corneum ſiſtunt: a plum-
vitriolato et mercurio corroſiuo dimidia
lo pars acidi ſeparari poteſt: ſal ammo-
um a ferro, minio, antimonio diaphore-
, et zinco deiicitur. Metalla relin-
nt acida, adiecto ſale alcalino, quod ho-
rum

rum nimietatem, ſolutioni famulantem, abſumat, quin et partem, ad illorum ſaturationem requiſitam, arripiat, quae copulata cum eodem, committit particulas igneas reconditas metallicae calci. Salia quidem ammoniacalia potiori vi agunt in metalla, ob maiorem ignearum partium copiam. Quae vero omnia exemplis adductis, et calculo ſubiectis, optime confirmantur. Argentum vitriolatum ab omnibus ſalibus muriaticis deiicitur: plumbum nitratum a ſalibus nitroſis et vitriolatis, et corneum, a vitriolatis; mercurius nitratus, a vitriolatis et muriaticis, vitriolatus, a muriaticis; ſaliti deiectio apparens a vitriolico acido pendet ſolum ab aqua illi erepta, et ad ſolutionem nunc inſufficiente. — *De praecipitatione metallorum ex acidis, vi aliorum metallorum adiectorum.* Via in hisce diſquiſitionibus minus expedita eſt, quia non ſolum phlogiſti quantitas in quouis metallo generatim, ſed et ea, quae a quouis acido diuerſa ratione illis eripitur, numeris exprimenda ſit. Sed praetulit cel. KIRWANO facem ill. BERGMANNVS, qui relatiuam (vt ita dicam) phlogiſti in metallis copiam inueſtiganit; qua ratione Illi abſoluta ſolum principii inflammabilis in vnico metallo contenti, quantitas expiſcanda erat, vt paterent reliqua. Quem in finem ſibi

ſibi ſumſit arſenici regulum, faciliori ceteris negotio, ſpoliandum phlogiſto; cuius 6, 86 grana in illius 100 granis contineri perhibet; partem vero inflammabilem reliquorum metallorum calculo inſtituto eruit. Quem autem adhuc confirmat experimento, quo, ſoluto curioſius argento, et deſtillato, copiam phlogiſti, in illo latentis, explorabat; eo quidem euentu, vt quae facto ipſo prehenderet, a calculo ducto ſolum differrent $\frac{7}{1000}$ vnius grani: parique etiam ratione experimenta cel. PRISTLEYI, cum mercurio et minio inſtituta, cum calculo congruebant. — *De affinitate metallorum cum phlogiſto.* A vero propius ill. viro abeſſe videtur, aerem inflammabilem, (i. e. phlogiſton) cum metallis intime iunctum, magna gaudere grauitate ſpecifica, eaque forſan maiori adhuc, quam aerem a calce ligatum: quae vero, vt perfecte liqueret, calx omni phlogiſto acido et aere fixo orba, (quam parare adhuc ars non valuit) cum metallo eſſet comparanda. Interim cenſet, *affinitatem metallorum cum phlogiſto eſſe in ratione directa, cum grauitate illorum ſpecifica; et in inuerſa, cum quantitate calcis in dato metalli pondere.* Quibus poſitis cetera calculo eruit, et quae reperit, nouo labore ita expoſuit, vt numeri, affinitates cum acidis indicantes, hiscæ

homo-

homogenei euadant: cuius methodi fundamentum ei erat affinitas acidi vitriolici cum phlogiſto; qua inuenta et computata, ceterorum rationes colligi poterant. Conſiderationem denique, in explicatione phaenomenorum, quae metallorum ſolutionem et praecipitationem comitantur, adhuc meretur horum habitus ad phlogiſton, amiſſum ſolutionibus variis acidis, nec minus affinitas, quae calcinatis cum illo ſupereſt amplius. Patet quidem eius illa pars, quae ſub aeris inflammabilis ſpecie expellitur: altera vero, ſeparata quidem a metallis, in ſolutione ipſa vero retenta experimentis directis inueniri haud poſſe videtur. Interim non dubitat cel. vir, ex variis aliis experimentis collatis, proportionem phlogiſti diuulſi, numeris in tabula adiecta exponere; enimuero quo magis metalla ab illo orbata ſunt, eo maior illorum eſt niſus in nouam cum eodem coniunctionem. Quae omnia mirifice conſpirant cum obſeruatis chemicorum clariſſimorum, quae verſa vice maiorem in modum ab illis quoque illuſtrantur. Sic e. gr. ferrum vitriolatum, adiecto cupro, non deturbatur vaſis clauſis; apertis vero id euenit ea ex ratione, quia, phlogiſti parte quadam via hac diſperſa, acidique affinitate cum ferro ideo imminuta, calx phlogi-

ſton

n maiori vi attrahit. Iisdem ex legibus ecipitata metallorum ſolutorum, ferri, cu-, cet., quae adiecto nouo metallo oriun-, legitimo modo eoque perſpicuo, expli- itur. — Qua quidem ratione ill. KIR- ANVS viam emenſus eſt longam ſpinis isque obſitam eo cum euentu, vt ſegetes ulerit vberrimas, quae gratiam ei concilient ignem ab omnibus ſcientiae naturalis ſub- ioris cultoribus.

Verſuch einer Sittenlehre für alle Menſchen; h. e. adumbratio doctrinae de moribus, accommodata hominibus, cuicumque demum religioni addicti ſint, omnibus, cum appendice de ſuppliciis. *Pars I.* Berolini apud Stahlbaumium. pagg. 252. 8vo.

Affulget humano generi ex hoc libro lux ae noua, magnas errorum tenebras diſpul- a, ſi credimus icunculae, in fronte poſitae, uctoris ignoti praefationi. Emblema qui- n, quo ipſa libri frons exornata eſt, manum rt, quae velum quoddam remouet, vt endor ſolis, quem illud impedimentum co- uerat, libere ſpargi, et omnia colluſtrare ſit. Praefatio vero, quae multum vanita-

[illegible] Hoc vt plan
iam in enarrando libello ita ve
rerum, quas continet, breuem co
umbrationem; tum vero, *quid no*
doque diſſerendi placeat, quem a
eſt, *paucis exponamus*. Ampl
haec ſcriptiuncula *primam* tantu
cem ſupra poſuimus, operis pa
enim iam ſecutae ſunt duae alia
propediem ſumus nonnulla dict
Complexus igitur hoc libro a
loſophiae praecepta ea, quae
praemitti, cum ſubtiliter de mori
officii natura quaeritur. Agit e
de natura Dei, de indole vique
hominis uniuerſa conformation
quod vulgo ſolet hominis anim
virtutis vitiique notione, de pra

:r, et quae ſint ab aliis omnibus vel ne-
ta, vel parum ſubtiliter intellecta. Et
nam illa ſunt? Scilicet omnia, quae com-
litur hic terrarum orbis, *vi quadam vitali*
dita ſunt, ac dici poſſunt *viuere.* Sed in
orporum multitudine paene infinita et-
itae eſt varietas plane mirifica; et vt ſunt
rum genera multa, quae praeſtantia ve-
nter differunt: ita etiam vitalis illa vis
tos propemodum praeſtantiae gradus ha-
t *in hominum genere ſumma eſt.* Haeret
in *corpore,* eiusque artificioſiſſima com-
Nam qui *mentem* nobis ineſſe putant,
corpore diuerſam, decipiuntur *phan-*
udibriis; et parum aſſequuntur humani
is fabricam longe praeſtantiſſimam,
nimi imperio facile caret. Ex his au-
onſequitur, vt omnis hominum ſcientia
ificatur *a ſenſibus,* qui in accipiendis re-
leis obtemperant *legibus neceſſariis,* et
loci, in quo quisque poſitus eſt, vehe-
r vel adiuuantur, vel impediuntur. Et
omnibus, quae a corporibus peraguntur,
a dominatur neceſſitas, quae nec leniri
vllo modo, nec immutari: ita etiam
ea *natura iſti neceſſitudini obnoxia eſt,* ſi-
gitet, et ad contemplationem veri ſe con-
ſiue appetat, et in res alias inſtituat

 agere.

agere. Nihil igitur *vniuerſe et in ſe ſpectatum vel verum dici poteſt vel falſum;* cuique ob ſtationem, in qua eſt ab ipſa natura collocatus, et pro rebus externis, quibus omni tempore circumdatus fuit, nonnulla videntur vera, quae e reliquis omnibus alio modo iudicantur. Sed cum nemini quidquam verum vel falſum videatur, niſi quod per illam neceſſitudinem, cui paremus omnes, ipſi obtrudatur: efficitur etiam illud, in hac innumerabili hominum multitudine ac varietate plane incredibili, *errare neminem,* neminem labi, neminem vitioſe vel iniuſte, vel turpiter agere, ſed id quemque omni tempore ſentire ac perficere, quod ſit ſuo loco ab ipſa natura iuſſus. Errant igitur, *qui virtutem a ſcelere diſtinguunt,* atque haec duo ita pugnare exiſtimant, vt alterum ab altero penitus excludatur. Etenim nihil eſt, *quod vniuerſe et in ſe ſpectatum, vel vitioſum dici poſſit, vel turpe.* Is demum ſcelere ſe contaminaret, qui prorſus *contra naturam* ageret. Iam cum id nemo poſſit, ſed *ſua* quisque natura trahatur vel inuitus, ad ſequenda ea, quae pro cognitione, quam in illa ſua ſtatione potuit acquirere, appetere debet: manifeſtum eſt, ita quemque ſe gerere, vti ipſum deceat, aliosque tum demum videri nobis peccaſſe, cum eorum actiones et inſtituta ad no-

ſtram

am cogitandi et appetendi rationem, inique
profecto, parumque ſubtiliter, exigamus, nec
perpendamus, ſuo quemque ſtudio ſuaeque
indolis impetu neceſſario trahi, et infinitos
propemodum eſſe praeſtantiae gradus, quibus
homines omnes non poſſint non vehementer
diſcrepare. Neque tamen exiſtimandum eſt,
et *praemia et poenas tolli,* penitus et exclu-
Hoc tantum manifeſtum eſt, omnem
narum vim eſſe debere *ſalutarem,* et eo
incere, vt is, qui deliquerit in aliqua re,
atur ad ſentiendos cognitionis ſuae defe-
et ad meliorem mentem reducatur. Eae
poenae, quae *exempli cauſa,* vt alii de-
antur, reis infliguntur, prorſus iniquae
minimeque ferendae. A praemiis au-
omnis abſit *mercedis* notio, quae in ne-
tate actionum humanarum non poteſt lo-
habere; *excitandi* potius vim habeant
nia, et eos, quibus tribuuntur, dulcedine
et vtilitate ad maiorem virium contentio-
n impellant. Poſtquam haec omnia late
ſecutus eſt auctor, etiam de fonte diſſerit,
quo debeat *omnis humana cognitio deriuari,*
amque demonſtrat ineſſe *in contemplatione*
mundi. Hortatur itaque ad indeſeſſam dili-
gentiam in conſideranda rerum natura, ne in
maxima errorum multitudine, qui vel a phan-

tum nobis obiiciuntur, vel inſtitutione pueriii inculcantur, vel denique aliorum commendatione auctoritate, labamur, vel ſuperſtitione auctii obtineamur. *Immortalem* vero hominis mentem eſſe, ac per ſempiternae vitae periodos ad ſummam eniti ſenſim debere praeſtantiam, ita cum e conſuetudine naturae efficit, quae nihil perire ſinat, omnia potius alat, conſeruet, et perpetuis incrementis augeat; tum e benignitate ac ſapientia Dei, qui non poſſit committere, vt extremus ille dies exſtinctionem hominis afferat, ad diſſolutionem naturae. Ceterum quoniam exiſtimat, hominem a reliquis animantibus non indole differre, ſed *gradu* tantum, ac praeſtantiae magnitudine: *nos iam ante dies*, cenſet, *exſtitiſſe*, quam ad eum gradum a natura perduceremur, quem nunc tenemus; per mutationes multas perueniſſe nos, exiſtimat, ad ampliorem hunc locum, in quo iam ſumus collocati. Eius autem rei memoriam in animo propterea ſupereſſe nullam, quod, cum eſſemus in reliquorum animalium generibus conſtituti, caruerimus *conſcientia*, quae vna efficiat, vt acceptae rerum ideae durent et conſeruentur. — Haec fere ſunt, quae ad colluſtrandum terrarum orbem affert nouus ſcriptor, et quibus liberari poſſe ſperat genus humanum erroribus maximis.

dimis. Vtitur autem in exponendis his rebus oratione perſpicua quidem illa ac ſedata, ſed quae nihil habet elegantiae. Eſt etiam in inculcandis rebus notiſſimis tam verboſus, vt ſaepe mireris, quomodo in ſcirpo, vt aiunt, nodos quaerere potuerit illud ingenium, quod ſibi videbatur natum eſſe ad amplificandam generis humani cognitionem, ac depellendos peſſimos errores.

2. Sed ſunt et alia, quae efficiant, vt nobis quidem minime probetur huius ſcriptoris ratio. Etſi enim non ſumus ex eorum genere, quos libello ſuo perturbatum iri praeuidet auctor in praefatione, quod aegre ferant, penitus conuelli diſciplinarum, quibus addicti ſint, placita, vel quod vereantur, ne omnis euertatur religio, virtutis autem dignitas et excellentia minuatur: etſi igitur a tali metu prorſus vacui ſumus, alia tamen ſunt, quae nos impediant, quo minus nouae lucis beneficio vtamur. Ac primo quidem *dialecticer praecepta,* a quibus profecto nemini diſcedere licet, *in omni diſputatione vehementer neglexit* auctor, et parum tribuere videtur ei arti, quae vna continet perſpiciendi, quid in quaque re ſit, et iudicandi facultatem. Nam ſi *definitiones rerum* formare, et *diſtinguere* didiciſſet, ſi loquendi vim et verborum conſuetudinem te-

peret: non rueret in diſputando, ſed vim obſeruaret et rationem legitimam. Sic ſtatim in prima notione, quam ponit p. 15. ſermonis conſuetudinem deſerit ſine cauſa. *Vitam* enim, ſeu vim, quam appellat, vitalem, de *ſumma virium* dicit, *quae in quauis re inſunt*, adeoque negat, in natura rerum quidquam eſſe, quod vita careat, etiam lapides et ſaxa viuere ait. In quo non tantum a communi iſtorum vocabulorum vſu diſcedit, ſed etiam *confuſa* loquitur. Dum enim vitam aliquam rebus omnibus tribuit, iniquus eſſe cogitur, vbi ad indicandam animalium hominumque praeſtantiam ventum eſt. Hos enim quoniam eidem generi rerum omnium ſubiecit; nam quidquid adeſt, ei viuere videtur: ipſis etiam *parem* cum reliquis corporibus naturam tribuit, hoc eſt, e materia conflatam, et artificioſe coagmentatam, *expertem vero mentis*, a corporis fabrica alienae. Sed nonne hoc eſt ſumere, quod demonſtrandum erat, poſitisque deceptricibus rerum definitionibus, qualis eſt illa *vitae*, ab auctore perperam ficta, elicere, quae antea callide his ipſis notionibus complexus fuerat? Negat p. 30 *diſtinctas* formari poſſe notiones earum rerum, quae nullo modo poſſint ſenſibus percipi; et exempli cauſa affert ea, quae vulgo de

le vi et natura *mentium* dicantur, quas, vt iam
diximus, penitus ſuſtulit. Sed in his violauit
leges dialecticas. Conſtat enim, earum notionum, quae per ſenſus ad animum deferantur, nullam eſſe *diſtinctam*, omnia *confuſe* percipi atque ſentiri. Diſtinctas autem eas ideas
eſſe, quarum notae ſigillatim cogitentur ac
diſtribute, vt mens cogitatione non ſeparare
tantum eas ab aliis poſſit, ſed etiam diuerſitatis rationem reddere. In hoc ita conſentiunt
omnes philoſophi, vt ne rudimenta quidem
didicerit, qui ſecus aeſtimauerit. Iam ſi haec
vera ſunt, quis quaeſo negauerit, de mentibus,
ſeu ſpiritibus, vt vulgo loquuntur, cogitari diſtincte ac ſubtiliter, cum poſſit *definitione* legitima aperiri mentium natura et explicari, in
quo ineſt diſtinctarum idearum certiſſima nota. Sin iterum deſerit auctor verborum conſuetudinem, easque notiones appellat *diſtinctas*, quarum eſt *intuitiua* cognitio: tollit omnem ſcientiam, quam dicunt, *abſtractam*,
omnemque hominis rationem delet, quae tota verſatur in fingendis et iudicandis notionibus diſtinctis, hoc eſt, talibus, *quae ſunt ab imaginibus rerum, per ſenſus acceptis, plane diuerſae*, et ſola mente cernuntur. Sed tanta eſt
hominis noſtri in diſſerendo temeritas et inconſtantia, vt de hac ipſa ratione, quam paulo

lo ante ſublatis notionibus diſtinctis, ipſam ſu-ſtulerat, copioſius diſſerere inſtituat, ſuoque doceat exemplo, quam ambigua ſit omnis di-ſputatio, quae non proficiſcatur a notionibus rerum diligenter finitis et explicatis. — Ea-dem negligentia, quae parum curat legitimas rerum patefactiones, omnia perturbauit et mi-ſcuit, in ea diſputatione, quae eſt de *virtutis vitiique natura,* p. 113. ſqq. Quaerit enim au-ctor, vtrum virtus a vitio natura diſcrepet, an hominum opinione? Et quoniam parum di-ligens eſt in diſtinguendis notionibus plane diuerſis, *omne diſcrimen vitiorum ac virtutis tollit,* et vanum eſſe pronuntiat. Et qua tan-dem ratione inductus id facit? Nempe ex eo, quod virtus, cum in ſingulis hominibus ſpe-ctatur, nunquam tam perfecta, tam abſoluta omnibus numeris eſt, quin aliquid vitii admi-ſtum habeat, ſitque vel maculis quibusdam contaminata, vel certe quibusdam conſperſa labeculis; ex eo igitur efficit, virtutis ſceleris-que naturam minime pugnare, cum, vt vſus doceat, in hominibus omnibus amice vna ha-bitent, nec quisquam reperiatur, qui vel vir-tutis omnis, vel ſceleris plane ſit expers. Hic vero quis non videt, temere miſceri duo; vir-tutis vitiique naturam, qualis *in ſe eſt,* homi-numque cogitatione formatur, quam *obiecti-*

vam

tam ſchola nominat; et qualis *in hominibus ſingulis* ineſt, ac per imbecillitatem humanae naturae eſſe ſolet, quam *ſubiectiuam* vulgo dicunt. Iam quis quaeſo vnquam negauit, in hominibus ipſis imperfectam eſſe virtutem, et adiuncta moribus praeclaris et laudabilibus eſſe ſaepenumero magna vitia, vt, qui modeſtus eſt, is non ſtatim ſit continens et liberalis, qui in indaganda veritate indefeſſum ſtudium ponit, is non ſtatim ſit ambitionis ac vanitatis expers. Sed num inde ſequitur hoc, virtutis ſcelerumque naturam non eſſe diuerſam, et *notiones ipſas* minime diſcrepare? Et quale quaeſo illud eſt, in quo ſe tantopere iactat auctoris oratio, *virtutem et ſcelera ſimul habere locum in hominibus*, et amice quaſi conſpirare? Quis eſt, quin intelligat, etiam hic aliquid vitii latere, e contemtu dialectices natum. Nemo enim dixerit, eundem hominem κατὰ τὸ αὐτὸ, et *in eadem re*, ex officio et vitioſe agere poſſe; nemo dixerit, fieri poſſe, vt liberalis etiam ſit ſordidus; continens, in eadem re, et eodem tempore, impotenter agat; gloriae cupidus et honeſtatis amans humiliter et abiecte ſe gerat. Sed in illa vitiorum virtutumque coniunctione, quae eſſe ſolet in hominum animis, omnia ſunt κατά τι, et *diuerſo reſpectu*, accipienda. Nam vſus ipſe docet, ſi

qua

qua adſit in homine virtutis veluti pars, plane excludi peccata huic oppoſita, quamquam idem homo ſit uitiis ex *alio* genere multis corruptus. — Sed haec ſunt in promtu, ac taedet profecto, plures afferre notiones obſcuras et male finitas, quarum eſt magna per omnem librum ſparſa multitudo. Atque haec vel inſcitia, vel negligentia in hac ſcriptione adeo perturbauit omnia, vt multa exiſterent, quae iam videntur a perſuaſione hominum vulgari prorſus abhorrere, quamquam paullo accuratius inſpecta, nihil noui contineant.

Veniamus ad aliud vitium, quod, e notionum obſcuritate natum, effecit, vt omnis diſputatio ſcriptoris noſtri *male cohaereat*. Nempe tantopere nutat noſter in diſſerendo, *vt ſaepe ſecum pugnet, et parum ſibi conſentientia dicat*. Hoc, ſi opus eſſet, multis poſſemus exemplis confirmare, ſed breuitatis cauſa duo ſufficiant. Accuſat noſter ſaepe naturae humanae imbecillitatem, quae in indaganda vi ac natura Dei plane caecutiat, et, quamquam ſentiat, eſſe Deum, tamen, qualis ſit, quibusue attributis praeditus, minime reperiat. Sed vbi in fine libri ventum eſt ad demonſtrationem eam, qua voluit hominis *immortalitatem* efficere, ipſe ſubtiliter argumentatur *e notione Dei, et attributorum*, quae vulgo putantur

ineſſe

ſſe in natura diuina, cuius obſcuritatem an-
vehementer auxerat. Facile vidit homo
ſter, in re tam graui nihil effici, niſi ſuma-
, *benignum* eſſe ac *ſapientem* rerum omnium
ctorem. His igitur attributis vtitur, his
mem demonſtrationem ſuperſtruit; plane
litus eorum, quae antea aliquoties ſatis in-
e de obſcuritate notionis de Deo, earum-
e rerum omnium, quae non cadant ſub ſen-
, diſſeruerat. — Sed addamus exemplum
hoc genere aliud, in quo manifeſtius pec-
, et grauius labitur. Negat p. 37. quidquam
olute et in ſe vel verum, vel falſum eſſe;
ec enim omnia referri, ait, ad hominis cu-
que naturam; quae cum in quouis homine
quodammodo *alia*, mutari etiam omnem
gnitionem, vt quae *mihi* vera ſint, vel vi-
antur, ea *aliorum* iudicio, qui ſint alio loco
ſiti, aliaque corporis indole praediti, non
ſſint non haberi falſiſſima. Iam videte mi-
hominis acumen, et in decernendo conſtan-
m! Alio loco concedit, p. 121. eſſe quae-
m attributa, hominibus omnibus *communia*,
ae ſimul ſumta notionem *generis* conſti-
ant, cui ſimus ſinguli tanquam *formae* ſub-
cti, et quo a reliquis rebus omnibus ſeiun-
mur. Si autem eſt, vt ipſe ait, ſimilitudo
aedam humanae naturae conſtans et neceſ-
ſaria:

e reliquis omnibus alio modo i
cum nemini quidquam verum
deatur, niſi quod per illam r
cui paremus omnes, ipſi obtruc
etiam illud, in hac innumera
multitudine ac varietate plane i
rare neminem, neminem labi, n
ſe vel iniuſte, vel turpiter agere
que omni tempore ſentire ac p
ſit ſuo loco ab ipſa natura iu
igitur, *qui virtutem a ſcelere diſti*
haec duo ita pugnare exiſtiman
ab altero penitus excludatur.
eſt, *quod uniuerſe et in ſe ſpecta*
ſum dici poſſit, vel turpe. Is d
ſe contaminaret, qui prorſus *co*
ageret. Iam cum id nemo p

m quid multa? Totus liber docet, ho-
n noſtrum prorſus imperitum eſſe artis
e, quam tenere debent, qui ſubtiliter de
re diſſerunt, et in perpurgando loco
ſophiae difficili legitime verſantur. Ac-
enim ad ſcribendum, vt intelligentibus
obſcurum eſſe poteſt, *nulla lectione prae-
us*. Si ſcriptores nobiliſſimos omnis
qui haec omnia dudum diſtribute ac
iter perſcripſere, attigiſſet, eorumque
is ſuae paupertatis anguſtias leuaſſet:
modo quaeſo in tanta penuria criſtas eri-
haec tralaticia magnis clamoribus in lu-
proferre, et eo impudentiae procedere
ſſet, vt res plane nouas, adhuc nemini
itas, inueniſſe ſe diceret, et genus huma-
noua luce beare promitteret? Quid enim
t, quod non alibi multo copioſius, multo
ſtius pertractatum ſit? Facile poſſemus,
moleſta eſſet lectoribus ea induſtria, pro-
auctorum locis oſtendere, quae recte di-
, ea dudum ab aliis diſputata eſſe multo
us; quae vero inepte ac perperam pro-
erit, in iis ipſum habere erroris ſocios,
ertate elegantis doctrinae, et ingenii ſub-
te longe praeſtantiores. Vnum H V-
M legiſſe videtur, cuius librum *de initiis
rinae moralis et naturalis theologiae* in ſer-
monem

-monem nobis vernaculum transtulit RAV-TENBERGIVS. Sed quam curta ſit hominis noſtri ſupellex, vel ex eo patet, quod HVMIVM, eruditum philoſophum, qui ſaepe quaedam adſpergit e copia liberalis doctrinae, interdum ne intellexit quidem. Turpiter ſe dedit, vt hoc vno vtamur, p. 112. vbi, quae HVMIVS de Indorum Elephanto et teſtudine, illuſtrationis cauſa, dixerat, ita interpretatus eſt, vt periti vix riſum tenere poſſint. Illud denique, in quo ſibi maxime placet homo noſter, cernitur in ſententia *de neceſſitate actionum humanarum omnium*. Quis autem ignorat, maximam philoſophorum partem dudum probaſſe illud placitum, et argumentis multo firmioribus demonſtratum expoſuiſſe? Sed qui ſapiunt, ii non putent, hanc ſententiam, *quae ad philoſophiam reconditam et interiorem pertinet*, vtilem eſſe poſſe hominibus, etiam indoctis, quibus noſter eam obtrudere parum caute voluit. Nonne in promtu eſt, hanc rem longe difficillimam, erroribus maximis et pernicioſiſſimis implicare poſſe hos, qui eam non penitus ac ſubtiliter intellexerint? Quosnam igitur colluſtrare noua luce per hanc ſcriptionem ſibi videtur auctor? Num eruditos philoſophos? Atqui hi haec omnia dudum multo rectius norunt.

An

In homines ſemidoctos, vel rudes adeo, nul-
la exercitatione conformatos, nulla doctrina
inſtructos? Atqui his fraudi eſſe poſſunt, quae
ſcripſit, quod falſa non didicerunt a veris ſe-
iungere, nec ſubtiliter intelligant, quid ex re
quauis legitime ſequatur. — Sed ne nimis
diu haereamus in parte operis prima, facia-
mus iam dicendi finem; de partibus reliquis
propediem nonnulla diſſeremus.

III. De libellis academicis et ſcholaſticis.

Tubingae. Vt ſibi aperiret aditum, ſum-
mos honores in iure capeſſendi, WILH.
GOTTL. TAFINGER ſub praeſidio ill.
AR. CHRIST. HOFACKERI tuebatur
diſſertationem lectu dignam *de origine iudi-
ciorum Curiae Imperial. Italici et Germanici
vtriusque inter ſe nexu.* Conſtat pl. 7. Fa-
uentibus Muſis, propitiaque Themide, ad ſcri-
bendam hanc, cuius titulum adpoſui, diſſer-
tationem ſe accingebat W. G. TAFINGER,
FRIDERICI WILHELMI filius, dignus,
cuius honorificam mentionem iniiciamus. Et-
enim doctrinae egregiae vbertate cuncta pro-
poſuit, vt difficile nobis ſit, in tanta, qua cir-
cumſcribimur, breuitate optimas ſaltim ſele-

in terris Italiae, subiungereque
quas ea ſubinde nanciſcebatur.
huius rei mutationem depreher
annalium monumentis deteget
quae conſpicitur aetate iſta, qua
genii acutiſſimi, altiores ſpiritus
ſuis augendis ſtudioſe intentus,
DERICVS I. imperium tenuit
bratis ann. Chr. MCCCLVIII.
comitiis in campis Ronchaliae cu
do definiebat iura, quae ſub non
caeſareorum veniunt, ſed etiam
tibus in tabulis pacis Conſtantie
bat, vt, quas ad hunc vsque die
conſuetudinibus iuribusque vter
men, vt, ſi quantitas XXV libra
excederet, appellari poſſet vel a
ſarem, vel, ſi is in Germania e

Qui loco Caeſarum in iudiciis, quae
vocare n.os erat, iurisdictionem ſum-
exercebant, Miſſi iam eſſe diſierunt. Iu-
haec non amplius Placita vocabantur,
men illius loci adoptabant, quo habe-
Tametſi quidem hac aetate in Italiae
eprehendantur iudicia, quibus aut Cae-
, aut eius legatus aut vicarius cum Iu-
riae, ſiue, vti etiam eius titulus ſonat,
nperialis Comite, Magno Iuſtitiario,
: tamen argumentis permagni ponde-
bat auctor noſter, b. GRVPENIVM
m dicebat, Berzonem, qua iudicem in
caeſareo conſtitutum, dediſſe iſtas ſen-
de ann. MCCCLXIII et LIX. quas
IELBECKIVS *Hiſtor. Friſing. tom. I.*
Primam ſententiam in iudicio cu-
icae ſiue aulae imperialis latam eſſe
utat, quam Hermannus Epiſc. Verdenſ.
or. Vicarius et Legatus a iudicibus au-
erial., ann. Chr. MCCCLXIII. rogauit.
ſſe alia exempla ſententiarum, hac ae-
udicio aulae imperialis italico latarum,
tet, non modo et alias ſententias ad-
A. eruditus, ſed etiam memorabat,
aetatem nobis reliquiſſe integrum do-
um integri ſic dicti proceſſus, in ſolen-
, praeſente FRIDERICO II, venti-

lati, atque a iudice curiae imperialis decisi. Cauendum vero eſſe, monet A., vt ne, quicquid etiam in contrarium attulit perill. a SENCKENBERG, vt ne, inquam, quis credat, iudicium hoc italicum curiae imperialis fuiſſe idem illud iudicium, quod FRIDERICVS II. ann. Chr. circiter MCCCCXXI in Siciliae regno conſtituebat. Extitiſſe enim, dubio caret, italicum curiae imperialis imperium iam ann. MCCCLXXI. Caeterum eadem ferme temporis periodo, qua FRIDERICVS II. adornauerat iudicium Siculum, idem is et in alma Germania iudicium ſimile ſtabiliuit. Cadunt natales huius iudicii in ea tempora, quibus, ob inteſtina bella, et Imperatoris et Procerum imperii Germanici poteſtas ferme erat indefinita. Vi ſanctionis editae iudex, curiae imper. Germanicae electus, polleret non modo generali iuris dicendi vi ac auctoritate, ſed etiam diiudicaret quaſcunque lites. Si fides coniecturae tribui debet: talis iudex hac aetate et vel eapropter conſtitutus eſſe videtur, vt vices Comitis Palatini Rhenani impleret, qui quippe Bauariae Ducatu potitus ſaepius aberat a Caeſaris aula, nec per quosdam annos ad eam rediebat incitatus odio erga Henricum, Romanorum Regem electum. Rationibus ſolidis, quibus calculum et nos adiicimus, tan-

dem

em conſult. auctor oſtendit, hoc iudicium Germanicum Curiae Imperialis cum iudicio Italico et Siculo adeo cohaerere, vt iure dicere queamus, FRIDERICVM II. iudicii Siculi exemplo in Germania ſimile iudicium conſtituere voluiſſe. Continuationem promiſſam pereruditae ac vtilis huius diſquiſitionis nobiscum exoptauit vnusquisque, cui rei iudiciariae Germanicae cultura curae cordique eſt, quoniam auctor, veſtigiis denati patris inſiſtens, huic doctrinae lucem accendere valet.

Lipſiae pro ſummis in medicina honoribus conſequendis d. XX Iun. a. c. diſſertationem *de liquoribus ſalinis officinarum, eorumque medicis virtutibus* defendit M. CHRISTIANVS GOTTHOLD ESCHENBACH. Cl. auctor de illis tantum ſalinis liquoribus verba facere ibi propoſuit, qui HOFMANNI et LVDWIGII auctoritate inter officinalia, quae dici ſolent, medicamenta relati ſunt, eaque de cauſa ab illis cognominantur. Quorum prius ea ratione paratur, vt in aqua C. B. et Chamomillae diſſoluantur ſalis alcalini fixi vegetabilis depurati, nitri, tartari vitriol., ſingulorum $2\frac{1}{4}$, ſalis ammon. $4\frac{1}{8}$. Liquor, qui hoc modo obtinetur, ſuperfuſus corticis caſcarillae

contuſi $\frac{1}{48}$, in locum calidum reponitur, colatur, et in vitro clauſo aſſeruatur: cui itaque, praeter ſalia media, vtrumque alcalinum, et partes caſcarillae gummoſo-reſinoſae inſunt. Magis idoneum ſuo iure videtur cl. viro, (ne quid alcalini volatilis in auras abeat,) ſalem ammoniacum ſolutum noſtro liquori non prius addere quam in vſum vocetur; nec minus ſalium et caſcarillae quantitatem ad $\frac{1}{16}$ - $\frac{1}{12}$ augere. Vires illius cenſet eſſe diluentes, reſoluentes, quodammodo ſtimulantes, roborantes et adſtringentes: hinc eruit mala, quibus medendis adhiberi poteſt. — *Ludwigianus* vero liquor ea ratione praeparatur, vt in aqua ſimplici diſſoluatur $\frac{1}{7}$ tartari tartariſati, et $\frac{1}{48}$ ſalis ammoniaci; quo facto liquor, ſuperfuſus fructuum aurantiorum immaturorum $\frac{1}{48}$, et digeſtus, tandem decantatur. Differt omnino hicce a priori, quod partibus ſalinis, iisque neutrius modo indolis, magis diues ſit. Monet cl. vir, ſalis ammoniaci quantitatem ad $\frac{1}{24}$ eſſe augendam, ſi illum ad vires iſtius medicamenti augendas quicquam conferre cenſendus ſit: (ſed idem mixtione ipſa in ſalem digeſtiuum mutari, parte tartari tartaris: in ſolubilem tartarum conuerſa, nobis videtur:) nec immatura aurantia, ſed maturorum corticem bene mundatum, eſſe adhibenda. Vires

emedio adſcribuntur eximie reſoluen-
:oborantes; idemque pluribus aegris
ccommodatius eſt, quum non ad alca-
iatoram vergat. — De reliquo verò
cl. ESCHENBACHIVS hoc libello
non ſolum in Chemia, ſed quoque in
edica, profectuum ſpecimen minime
nendum.

---

m ſcripſit epiſtolam ad M. CAR.
L. KÜHNIVM nob. IO. GVILIEL.
INKIVS, cui *inſunt quaedam de hi-*
onnullisque inſtrumentis chemiae. De
cientiae inuentore et nominis propria
it'one dubiam eſſe rem, contendit au-
oſt ea profert chemiae diuiſiones, eius-
erationes mechanicas; dein tranſit ad
enta chemica tam actiua et paſſiua;
ue ad furnos, (quorum ellipticam qui-
uram non valde proficuam eſſe cen-
lorumque notiſſimos apta et perſpicua
deſcribit. Quo in libello licet noua-
nita ſatis deſideres, ſpem tamen iniicit
em, fore, vt auctor inpoſterum de re
a bene mereatur.

IIII. Noua literaria.

Stada allatas cum voluptate perlegimus plagg. 4 ½. (*Kurzgefaßte Erläuterung der Bußtexte* cet.), quibus verba ſupplicationibus publicis in annum 1784. praeſcripta (Pſalm. XXXII, 1. 2. Ier. III, 12. 13. Ier. IV, 3. 4) docte pariter atque ad vſus homileticos accommodate a S. V. Bremenſium ac Verdenſium eccleſiarum Antiſtite primario, PRATIIO, illuſtrantur. Priori loco נשוי deriuandum monet, non ex נשא *auferre*, ſed ex נשה *obliviſci*; itaque puncta maſoretica (quae ש Sin praeferunt) non moroſe reſpicit. Comem illam et familiarem rationem, qua imperiti quidem potiſſimum viam ſternit, attamen, eruditis ſimul hinc illincque vberem meditandi materiam ſuppeditat, in cunctis merentiſſimi Senis commentationibus dudum admirati ſumus.

Oſnabruga ad nos peruenit oratio, quam *de felicitate populi ſub ſapiente et bono Principe*, (*das Glück eines Volks unter einem weiſen und tugendh. Regenten*, literis Kieſsling. 1785. 4.) in auſpiciis regiminis Sereniſſimi et Regii Principis, FRIDERICI, Epiſcopi Oſnabrugenſis, pro concione habuit I. B. HERFT, eccleſia-

les cathedr. et canonicus ad D. Ioannis.
amquam alias de eiusmodi opuſculis re-
uon ſolemus; tamen illam orationem,
s omnibus aequiparare non potuimus.
t enim illa nobis ſingulare prorſus et ad-
ile documentum ſanioris eloquentiae,
hodie tandem incipiunt ſacerdotes Ro-
-catholici in Germania colere, ac ſiue
ue verba ſpectes, ita comparata eſt, vt
plo eſſe poſſit. Perlucet vndique aucto-
nerola mens, ſapientiae Chriſtianae opi-
argiter exculta; neque vllum occurrit
m, quod eccleſiam iſtam prodat, cui o-
adhaeret. Summo gaudio gratulamur
iae Oſnabrugenſi virum, quem et magna
optimum quemque ſuorum auctoritate
laeti accepimus.

---

l. SCHEELE certiorem reddidit CREL-
M noſtrum de nouo acido, cuius olim
eſtigia animaduerterat, dum lithargyrium
oleo oliuarum coqueret; idemque etiam
i, raparum, et amygdalarum oleo, in
gia porcina et butyro deprehendit. Co-
enim iſta pinguia cum lithargyrii dimidia,
nplaſtri conſiſtentiam; ſuperfuſa, vt mo-
l, aquae ſufficienti copia. Quae quidem,
gerata maſſa, continet omnem, quae huic

 ineſt,

ineſt, dulcedinem et in ſyrupi formam redigi poteſt; qui, vehementiori igni expoſitus, fumum inflammabilem edit, et in excipulum praepoſitum tranſtillat maiori ex parte, haud immutatum, dulcique adhuc ſapore praeditum; altera vero pars in oleum brunum empyreumaticum mutatur, odore ſpiritus tartari conſpicuum; relicto carbone raro, omni inquinamento plumbeo experte. Idem vero liquor dulcis, fermentationi haud idoneus, cum nitroſo acido ſaepius deſtillatus, in ſacchari acidum tranſit. — Nec diſpar erat experimenti ſucceſſus, ſi oleum oliuarum adhiberetur, e ſapone antea, acidi vitrioli ope, ſeparatum.

Quum ex cel. MICHAELIS ſententia (v. faſcicul. XXII. biblioth. Oriental. et Exeget. p. 142.) in KENNICOTTVM nec iniquus ſim nec infenſus: audeo, haud ſemel rogatus ab amicis, vitam doctrinam moresque huius viri, quem in critica Sacra Vet. Teſt. ducem et anteſignanum grata venerabitur poſteritas, paucis perſtringere. Qui vitam concinnari non poſſe autumant, niſi dies annusque cuiuscunque euentus accurate indicetur: mirabuntur, me de vita viri acturum eſſe, cuius dies natalis mihi non magis conſtat, ac dies, quo obiit. Narrat amicus Anglicanus, circa medium menſis Auguſti huius anni, KENNI-

COT-

T T V M extinctum eſſe. Credo ſcil. XVIII
, vti narrarunt ephemerides nonnullae Teu-
iicae, quas hic loci legere contigit. At ma-
eſt obſcuritas circa annum eius natalem,
am fortaſſe amici, quocum literarum com-
rcium mihi intercedit, diligentia diſpellet.
te ſexaginta et ſex vel octo annos K E N-
C O T T V M in lucem editum fuiſſe, multa
it quae mihi perſuadent. Ceterum cadit
hanc anni natalis Kennicottiani obſcurita-
n, quod lapidi ſepulcrali, quem patri ſuo
E N N I C O T T V S poſuit, incidi curauit:
il opus eſt diem annumque ſedulo notare, quum aeternitate ſirmo ſit. Patre vſus fuit viro
neſto, pioque, ſed ex infima plebe, qui, poſt-
iam, ni fallor, ſutrinam exercuerat, officio
citantis verba a populo in templis repeten-
, (*Clerk* appellant) functus fuit. Oppidum,
ii lucem aſpexit, vocatur *Totneß*, in tractu
evonienſi ſitum, paruum et ignobile. Qui-
is praeceptoribus in pueritia et iuuenili ae-
te vſus fuerit, non conſtat, vix credo ad ſcho-
m, quae Tiuertoni apud Deuonienſes flo-
et, et vbi H E A T H I I, M V S G R A V I I alii-
ie magni viri prima doctrinarum rudimenta
erceperint, miſſum fuiſſe. Pater amorem
acrae Scripturae omnisque generis librorum
'heologicorum in filio ſuo mature excitabat.
le ingenii documenta carmine Anglicano

pro-

prodens munificentia fautorum ſuſtentatus a. 1744. ſtudioſorum Oxonienſium numero adſcriptus eſt, quorum quidem infimum f. ſeruientium ordinem per aliquod tempus in collegio Wadhamenſi tenuit. Sodales huius collegii quum legatis Hodianis excitentur, vt ſtudiis Orientalibus animum applicent: nunquam defuerunt, qui ea ſerio tractarent, atque de iis egregie mererentur. Inter quos qui hodie inclareſcunt, WHITIVM nominaſſe ſufficit. Tum temporis cl. COSTARD hiſtoriae Aſtronomiae auctor, in Orientalia ſtudia non ſolum ipſe ſtrenue incumbebat, ſed etiam iuuenes in diſciplinam ſuam traditos ea erudiebat. KENNICOTTVM neſcio qua de cauſa, nunquam valde amauit. Ille HVNTII, viri plurium linguarum Orientalium cognitione praediti, inſtitutione vtebatur, vel potius ab eo edoctus fuit, quaenam ad addiſcendam linguam Hebraicam ſubſidia praecipue adhibenda ſint. Nam HVNTIVM in inſtituendis iuuenibus habendisque lectionibus vnquam diligentem fuiſſe vix credo.. Proprio igitur, vt aiunt, Marte KENNIC. Hebraicam linguam addiſcebat. Profectus vero non vulgares feciſſe inde patet, quod a. 1748. de integritate textus Hebraici quam nimis tenaciter Philologi et Theologi, Germani inprimis, defendebant, ſubdubitauerit. In numerum

m ſociorum collegii Exonienſis (ita enim *xter - College* vertendum eſt, non *Exetrien*ſ vel *Exetrenſe* vt fecit interpres diſſertatio- m *on the ſtate of the printed Hebr. text*) ſtea receptus fuit. Quum ibi otio fruere- honeſto et literario, magnum opus agreſ- eſt, quod tandem in Collegio aedis Chri- cuius aedis Canonicis adſcriptus eſt, feli- er abſoluit. Nota ſunt et ſatis celebrata rita eius de critica ſacra Vet. teſtam. At n reticendum eſt, quod et KENNIC. laudi ti debet, et academiae Oxonienſi ſaluti fuit, ſtem illam bonarum liberaliumque lite-ra- m, ſectam ſcilicet Hutchinſonianorum, a NNIC. acriter impugnatam et feliciter oſligatam eſſe. Invectus eſt pariter ſolita hementia in clandeſtinos ſtirpis Brunouicen- , quae in ſolio ſedet Anglicano inimicos, oc temporis haud exiguo numero Academi- a Oxonienſem perturbantes. Fuit enim acer, vehemens, intrepidus, opinionum qui- s imbutus erat, defenſor tenaciſſimus. Se- s ſentientes contradicentesque ſeuere ab eo ceſſitos eſſe probant, fere omnia quae ini- certamina literaria. Tantopere enim e republica literaria et religione meritum ſe ſe firmiter ſibi perſuaſerat, vt piaculum ha- eret, meritis ſuis obloqui. Honeſtatem viri altus aſpectusque demonſtrabant. Linguarum

cogni-

cognitio, qua Philologus excellere debet in KENNICOTTO mediocris ſuit. Praeter vernaculam, Latinam et Hebraicam; alias vix primis, vt aiunt, labiis deguſtauerat. Neque harum trium linguarum eximie peritus fuit. Erat enim et ὀψιμαθὴς et αὐτοδίδακτος, a cuius generis hominibus impedimenta, quae cognitioni obſtant, rariſſime ſuperantur. Biblia quotidie legebat, et fere integra memoriae mandauerat. Quia natura tardus erat; non multos libros euoluit, paucis, Theologicis inprimis contentus. Chriſtianam religionem ſincere coluit, eiusque praeceptis lubentiſſime obtemperauit. Quia fontes ipſos in Theologia acceſſerat, falſas opiniones multorum Theologorum, dominantem in Anglia religionem profitentium de praeſtantia eccleſiae ſuae, abhorruit. Presbyterianos non ſolum non odio habuit et opprimere ſtuduit, ſed amauit, horumque nonnullis familiariter vſus eſt. Biblia enim quum bona Theologorum huius ſectae pars nondum reiecerit, non potuerunt non viro, hunc librum omnium primarium veneranti, inſigniter probari. Per poſtremum vitae ſuae vicennium podagra, quam ſedentariam laborioſamque vitam degens contraxerat, ſaepenumero laborauit; vnde etiam factum eſt, vt tum in conſerendis codicibus tum in curan-

da

a Bibliorum editione alienis oculis, fidere ogeretur. Facetiarum, iocorum arguteque ictorum vir et annis et meritis grauis amanisſimus erat, dicereque ſolebat, in Chriſtianum ſolum cadere, hilarem eſſe et ſerenae rontis, alios, qui id ſibi arrogent, mirae imudentiae reos eſſe. Diuitiarum comparanlarum ſtudio eum tantum laboris exantlaſſe um in Anglia tum extra Angliam ab obtreatoribus, quibus viri bene meriti nunquam aruerunt, dictitatum fuit. At in errore veratos eſſe, ipſa res probauit. Mediocres nim opes, praecipue ſi ex Anglorum ratione eſtimes, reliquit, quas vidua, ſexus ſui decus ximium, quacum coniugium iniit a. 1774. x teſtamenti lege longe maximam partem oſſidet. Plures corrogare, ſi voluiſſet, facile otuiſſet; niſi munere eccleſiaſtico in oppido b Oxonio longe diſſito ſibi demandato, ante liquot annos ſponte abdicaſſet, quia ipſe o fungi non poterat.

Vindobonae in officina libraria Trattneriana nunc iam prodierunt *biblia ſacra Germanica,* in vſum euangelicorum Auſtriacorum edita ſecundum exemplar Halenſe LXXIV. Praeter illa proſtat etiam *liber cantilenarum ſacrarum,* ab eodem bibliopola impreſſus, ex *Berolinenſi* illo anno 1781. vulgato, quam praeclariſ-

ſimum

ſimum in ſuo genere eſſe, mirum ſatis eſſ
ſci ab Auſtriacis, quum tamen in ipſis
Boruſſicis per ſuperſtioſam plebeculam
ciſugos quosdam ſacrorum miniſtros, ta
eo ſtrepitus orti ſint, qui adeo prohibe
tuerunt, quo minus vbique in vſum pul
reciperetur.

INDEX.

I. Anecdota.
Emendationes Philon. ex MS. p
II. De libris nouis.
1. *Repert. f. bibl. u. morg. Liter.* T. XIII. p
2. Ehlers Diſcours ſur la liberté. p
3. Remer *Handb. d. allg. Geſch.* T. I. et II. p
4. De-Roſſi Annal. Sabionat. ed. Roos. p
5. *Beſchr. d. Geſundbrunn. zu Driburg.* p
6. Martini antiq. monimen. ſylloge. p
7. M. T. Ciceron. de offic. ed. Heuſing. p
8. Cic. de offic. verſ. Garue. p.
9. Lobethan *Nebenſtunden.* p.
10. Kirwan exper. concern. mineral. a
p.
11. *Verſ. e. Sittenl. f. alle Menſchen.* p.
III. De libellis academicis et ſcholaſticis.
1. W. Gottl. Tafinger. p. 465 2. C. G
Eſchenbach. p. 409 3. I. Gu. Linkius. p.
IIII. Noua literaria. p.

Annalium literariorum Helmſtadienſium
proximum annum edendorum curam in ſe
ſcipient, qui id oneris haſtenus ſuſtinue
D. HENKE et BRVNS.

ANNALES LITERARII

DECEMBER ANNI MDCCLXXXIII.

I. Anecdota.

Excerpta ex literis b. IOH. FRIDERICI WINCKLERI, *theologi Hamburgenſis, Oxonii anno MDCC. exaratis.* *

D. XX. Octobr. ſt. vet. Narrauit mihi cel. GRABIVS, ſe bene adhuc meminiſſe, quod ſaepius ante XX. et amplius annos audiuerit a CALIXTO, ſe nunc vehementer petii, quaſi vellet Pontificiam religionem pro-

* Beatum IOH. FRID. WINCKLERVM anno MDCC. relicta Batauia in Angliam ſe contuliſſe, et in Oxonienſi academia per ſemeſtre ſpatium ſubſtitiſſe, familiaritate cum viris Angliae celeberrimis, inprimis cum doctiſſimo IOH. ERNESTO GRABIO, contracta, narratur in ipſius vita deſcripta in Actis hiſtorico-eccleſiaſticis Vinarienſibus, tom. III. pag. 474.

promouere, ſed futurum, vt apud illos, a quibus nunc ita laceraretur, religio iſta intra L. annos forſan praeualeret.

D. XXIV. Octob. cum eundem Dn. GRABIVM viſerem, ſermo incidit nobis de verſione των LXX. quam praeferebat Hebraeo textui, eo quod Chriſtus et apoſtoli SpirituS. agitati ea fuerint vſi, et quidem iis in locis, vbi ea multum abit a textu Hebraeo, quin et vbi quaedam habentur in illa verſione, quae in textu Hebraeo nunc non apparent. e. gr. Hebr. I, 6. cum dicitur: και όταν παλιν εισαγαγη τον πρωτοτοκον εις την οικȣμενην, λεγει· και προσκυνησατωσαν αυτω παντες οι αγγελοι Θεȣ. Citatur quidem in bibliis noſtris Pſalm. XCVII, 7. Sed triplex eſt differentia ibi: 1. abeſt ibi vox και; 2. ibi eſt in imperatiuo illa vox προσκυνησατωσαν; 3. habetur ibi vox ΘΕΟΙ pro οι αγγελοι Θεȣ. Sed contra eadem haec verba ita plane leguntur in verſione των LXX. in fine cantici Moſis Deut. XXXII. quae verba tamen in Hebraeo textu non apparent, neque per mutationem vocalium elici poſſunt. Occaſio autem, quare apoſtolus haec verba ex Deut. XXXII. citat, videtur ipſi eſſe, quia apoſtolus etiam ſine dubio in ea opinione fuit, Iudaeos aliquando reductum iri in patriam, qua de re agitur

Deut.

Deut. XXXII. et proinde notabili modo dicit: και ὁταν παλιν ἐισαγαγῃ ἐις την οἰκεμενην. At Chriſtus ſemel tantum hactenus miſſus fuit in mundum, de qua miſſione antea dixit apoſtolus. Praeterea quod per την οἰκεμενην intelligatur noua quaedam mundi facies, quam quae hactenus fuit, ſequitur ex cap. II, 5. vbi mentionem facit της οἰκεμενης μελλεσας, περι ἡς λαλεμεν. At vero nullibi ante illum verſum apoſtolus mentionem fecerat οἰκεμενης, quam cap. I, 7. Ergo eo reſpicit apoſtolus, et haec priora verba ex illis cap. II, 5. lucem accipiunt. — Dicebat praeterea Dn. GRABIVS, Iudaeos ad Ieſa. LIII. vbi dicitur tribus vicibus, Chriſtum exaltatum iri, obſeruare, Meſſiam exaltatum iri ſupra Abrahamum, Moſen et angelos. Et ſibi videri dicebat, Paulum eidem ſundamento ſuperſtruxiſſe epiſtolam ſuam ad Hebraeos. Nam exponit, quod Chriſtus ſit ſuperior angelis, cap. I. et II. Moſi, cap. III. IV. Abrahamo, quod oſtenditur per Melchiſedecum cap. V. VI. VII — Dicebat quoque, locum 1 Cor. XV, 25. 26. vbi vltimus hoſtis Chriſti, qui ipſi ſubiectus erit, dicitur mors, illuſtrari poſſe ex Apoc. XIX. XX. vbi cap. XIX, 20. primo dicitur Antichriſtus iniectus in igneam paludem, (quod diuerſum eſt ab abyſſo, nam ex abyſſo Satanas

iterum aſcendit, cap. XX, 7. ſed non ex ignea palude) tum in eandem abiicitur Satanas. cap. XX, 10. tandem et tertio mors etiam in eandem coniicitur. ibid. v. 14. Vnde poſſet coniici, per mortem intelligi perſonam aliquam certam.

D. XXVIII. Octobr. Cum nuper Dn. GRABIVS ad me conueniret, ſermo incidit de editione Ioſephi, quae Oxonii incepta fuit. Priorem partem de antiquitatibus Iud. D. ALANIDET ſuſcepit, et penſum ſuum abſoluit: Alterum D. BERNARD ſuſceperat. Sed in eo tria Angli redarguunt, 1. quod ſaepe magnas fecerit digreſſiones, et locos ſuos communes exſcripſerit, 2. quod nimis inanis in variantibus lectionibus adnotauerit, 3. quod numquam in vna eademque pagina eundem auctorem eodem nomine appellat, ſed v. g. Ioſephum mox dicit Nathaniatidem, mox Recutitum, etc. Vnde D. CLOID, epiſcopus Worceſtrenſis, GRABIO dixit, in lectione operum D. BERNARDI opus eſſe, vt omnium auctorum, de quibus loquitur, natalem patriam, facta quis cognita habeat, quia inde appellationes ſuas deſumſit. Hoc autem, tanquam defectum iudicii, Angli acceperunt. — — De Eriſticis D. BENTLEY et BOYLE iudicauit DODWELLVS, vtrumque

e alterum exagitare, tanquam ineptum et
loctum, ſed ſibi perſuaſum eſſe, neutrum
id de altero credere, nam vtriusque librum
n indoctum eſſe.

II. *De libris nouis.*

Herrn Albrecht von Hallers Beyträge zur Beförderung der Geſchichte und Heilung der Krankheiten; h. e. ALBERTI HALLERI additamenta ad incrementum hiſtoriae et curationis morborum, ex eius ſylloge diſſertationum medicarum excerpta, a LAVRENTIO CRELLIO, Sereniſſ. Brunſuic. et Lun. Duci a conſiliis in rebus metallicis etc. *Tom. III.* Berolini apud Fridericum Nicolaum.

More meo ſolum pauca de notis adſperſis medium promam. Pag. 126. ſqq. ex SCHILLINGII et LORRII ſcriptis lepra deſcribitur, et ex recentiorum medicorum libris ic morbo medendi rationes excerptae repeiuntur. Pag. 157. ſeqq. de natura et curatione morbi nautici, quem *ſcorbutum* vocant, ex NDII, STOERKII, aliorumque medicorum ſententiae proſequuntur. Pag. 424. ſqq.

rum obſeruata de oſſium molliti
de partibus inter ſe coalitis, rec
504. ſeqq. ex variis auctoribus li
morbi enarrantur. P. 598. a m
mores ligamentorum circa articu
data remedia collecta ſunt. P. 6
miſſa explicatione Culleniana c
dagrae aliorumque medicorun
horum podagrae medendi rati
guntur.

Die neueſten Entdeckungen in
h. e. Nouiſſime inuenta c
cta a LAVRENTIO CR
Tom. VIII. VIIII. X.
Weygandum. 8. 1783.

In volumine *octauo* ſequentia

hthàm nitri et nitrum ex naphthae reli-
s absque addito ſale obtinuit. Ex ſalis
li nitri fumantis vncia vna et dimidia, to-
m ſuperfuſi acidi nitri non fumantis, et
iis tribus liquoris vini tenuiſſimi igne ſub-
ati, vnciam vnam et dimidiam naphthae
auit. IIII. Eiusdem duodecim naphtham
s communis praeparandi pericula. V.
RMSTADII obſeruationes de oleo pe-
elini cryſtallino. Hoc neque campho-
ı, neque ſal, ſed oleum acido in cryſtallos
tatum eſſe perhibet. Hae cryſtalli cum
lo nitri fumante mixtae flammam conci-
nt. VI. Eiusdem obſeruata de oleo cry-
lino foeniculi. VII. Ornatiſſ. GRENII
erimenta, quibus fila xylina eleganti rubro
ore inficere tentauit. VIII. Eiusdem Au-
ris pigmentum caeruleum indicum ex iſa-
: tinctoria L. conficiendi tentamina. VIIII.
erientiſſimus REVSSIVS modum de-
bit, quo Cel. ACHARDIVS ferrum bre-
imo tempore igne liquare ſoleat. X. WE-
RVMII nonnulla experimenta. Subiun-
; ſunt litterarum ad Ill. Editorem datarum
ommentariorum cum Societatibus littera-
communicatorum epitomae, recenſiones
ɔrum chemicorum et problemata.

ſacchari. Conuenientiam inter
chari et acidum tartari eſſe perhi
ſEMANNVS hepati ſulphuris
foſſilia et vaſi impoſuit chartam
aceto lithargyrii inſcriptae erant
genti colore reſplendeſcere vidit
nymus ex puluere gypſi et le
quem *ſpatum vitreſcentem* vocant
to lamellas parauit. V. BECKE
na vaccina nitrum ſeparauit. VI
XXXI experimentis mutationem
dum nitri fumans cum oleis
aethereis atque cum reſinis liqui
ſama vocant, mixtum, produxi
VIII. BINDHEIMIVS in natura
ruleae, quae ex ſale lixiuo, quo
cant, ſeparari poteſt, inquiſiuit.
le volatili, quod *alcalinum* vocan

MIVS ad aurum fulminans ſal *alcalinum* volatile neceſſario requiri contra WIGLEBIVM probat. XI. Idem putat, ſtannum in acido nitri et ſalis communis liquatum, coagulari, ſi ſtannum ſenſim diſſolueretur. XII. Cel. SVCCOVII corporum affinitates deſignandi tentamen. XIII. Exper. DELEANII aliorumque cereos, qui dum e tubulo vitreo clauſo extrahuntur et fricantur, ignem concipiunt conficiendi modus. Reliqua in hoc volumine contenta iis ſimilia ſunt, quae in prioribus reperiebantur.

Tom. X. lectores ſequentia reperient: I. occurrit Cel. GMELINI inquiſitio chemica aquae Driburgenſis. II. Exper. REVSSII deſcriptio modi, quo GVILIELMVS HVNTERVS putredinem a cadaueribus arcere ſtuduit. III. MEYERI additamenta ad ſyrupum violarum parandi artificium. IIII. WESTRVMIVS probare ſtudet, acidum ſacchari ad partes, ex quibus acida plantarum conſtant, pertinere. VI. CNOPFIVS, pharmacopola Norimbergenſis, in medicamento, quod tinctura antiphthiſica GRAMANNI vocatur, nullas plumbi particulas inuenit. VI. GOETTLINGIVS butyrum antimonii optime ex vitro antimonii, ſale veſco et chalcanthi acido parari poſſe, docet. VII. Exper.

GIRTANNERVS variis experimentis in naturam pigmenti caerulei Berolinenſis inquiſiuit. VIII. Idem ex vna parte ſacchari et duabus partibus aluminis mixtis et igne in calcem mutatis, nec non ex vnciis ſeptem et dimidia aluminis igni cremati et vnciis duabus cum dimidia ſacchari toſti bonum pyrophorum parauit. Idem negat, aurum acido nitri et ſalis communis liquatum addito ſale cupri ex chalcanthi acido confecti ab illis ſeparari poſſe. Reliqua ſunt vt in prioribus huius libri tomis. Be.

D. CHRIST. GVIL. WEHRN, iuris antecesſoris in Hierana, *primae lineae iuris Romani priuati*, tam ante Iuſtinianum, quam ab ipſo conditi, huiusque vſus communis, qui nunc in foris Germaniae eſt, methodo ſyſtematica ductae. Erfordiae 1783. 8.

Actum ageret, opinamur, qui noſtra aetate liti componendae de methodo in iurisprudentiae doctrina adhibenda operam impenderet. Lis enim tota de verbis agebatur, dum quidam rerum philoſophica cognitione deſtituti, illud cordatioribus olim occinebant: periculoſa eſt in iure definitio! apage demonſtratio-

ſtrationem! Salua iam diu res eſt, dum ICti primi ordinis hodie a dubitatione eam liberarunt, Ciceronis effatum: quod penitus ex intima philoſophia iuris ſcientia ſit haurienda, pro genio ſaeculi explicantes, et quod maius eſt, dum exemplis comprobarunt, ſyſtematicam methodum ſiue demonſtratiuam, modo recte accipiatur, Themidi haud quaquam eſſe inuiſam. Laudem itaque meretur Conſultiſſ. auctor, qui munere docendi perſuncturus, in his primis lineis viam ſectatur expeditiorem, quae ſtudioſos ad ſolidam iurisprudentiam aliquando ducat. Siſtit haec tractatio partem ſolummodo generalem, cui etiam pro maiore illuſtratione tabulas mnemonicas hic illic adiunxit auctor. En conſpectum opuſculi: Tit. 1. de iure varie imprimis obiectiue et eius ſpeciebus; Tit. 2. de iure ſubiectiue conſiderato; et quidem ſect. 1. de ICtis, ſect. 2. de interpretatione iur. et facti; Tit. 3. de fontibus et ſubſidiis iuris; Tit. 4. de fundamentis iuris, i. e. rationes quae faciunt vt leges ſint; Tit. 5. de fine iuris; Tit. 6. de rebus, perſonis et factis; Tit. 7. de effectibus iuris, vbi binis ſectionibus de conſtitutionibus, diuiſionibus iurium qua facultatum moralium, de eorum acquiſitione et de perſonis, per quas nobis ius conſtitui et adquiri poteſt;

Tit.

obtinetur? Quorſum igitur diuerſi tituli, *de fine* alter, alter *de fundamentis iuris?* Et in *titulo quinto* de *fine iuris*, cur is triplex conſtituitur? *Ius* hic pro *lege* ſumit auctor; pone vero vnicum legum finem: *Salutem publicam:* ſufficit iſte; fallimur enim egregie, aut quem pro *fine coordinato* habet noſter, vterque, tam iuſtitia quam adplicatio legis ad factum, *ſubordinatus* erit, ſiue rectius, *media* erunt et applicatio iſthaec, et iuſtitia, ad finem vnicum, quae eſt *ſalus publica*, obtinendum.

Diſtinctionum vero et multitudini et ſubtilitati alibi etiam auctor nimium dedit operam, ita, vt non ſine ratione obrutum iisdem ſtudioſam iuuentutem iri, praeuidere nobis perſuadeamus. Sic Tit. I. §. 51. et 52. vbi *ius* pro *lege* ſumitur, miramur eiusdem diuiſionem in *ius cognitum*, *ius ignoratum* et *erroneum*. Namque dabimus quidem, ſecerni poſſe *cognitum* ab *ignorato*, tamen id cuilibet adeo patet, vt hac idearum artificioſa explicatione ſuperſedere poſſis. At *ius erroneum*, quale hoc? Secundum auctorem tale ius eſt, quod *quis falſa opinione deprauat*. Igitur nullum potius (ſ. *Non-ens*) dicamus. — Eodem titulo §. 53. ius ſic dictum *permiſſiuum* definitur: *quod eius, cui indulgetur, arbitrio relinquit*

in iudicialem et extra iudicialem illam diſpe-ſcit; porro de rebus mancipi et nec mancipi, quae tradidit, luculentius earundem diſcrimen, quod ad intellectum legum intricatiorum quarundam omnino facit, ob oculos ponunt; quam commune eſt, rel.

Attamen, quod accidere ſolet, vt ſcripta hanc methodum ſequentia, quoties iuridica tractant, vel abundantia, vel defectu peccent: (raro enim inuenias omni numero abſolutum) id in hac quoque iuris Romani delineatione offendi non infitiabimur. Mittamus iam definitiones, quarum cenſura, quod ad maximam illarum partem attinet, rarius tale quid proderet. Quoad reliqua vero, penes lectores ſit iudicium, an *titulus quartus*, qui *de fundamentis iuris* inſcribitur, dum illa primario ponit *in dilectione hominum, et voluntate principis, felicitati ſubditorum ita proſpiciendi, vt honeſte viuant, neminem laedant et ſuum cuique tribuant;* cum illa parte *tituli quinti*, quae finem vnum (ſtatuit enim triplicem) iuris, in *ſalute publica* ponit, non vnum idemque contineat. Nonne enim *ſalus publica* quantum in illa ſtabilienda mortalium voluntas eniti poteſt, per *dilectionem hominum, voluntatem principis felicitati ſubditorum ita proſpiciendi, vt honeſte viuant* etc. — plane

obti-

illas ad concluſionem in cauſa, has et poſt latam ſententiam opponi poſſe, docemur.

Vt vero defectus etiam exemplum adferamus, lectorem remittere liceat ad tit. 2. ſect. 2. vbi *de interpretatione facti* agitur, et quale intelligatur *factum*, ne verbo quidem indicatur, cum tamen factum, ſiue talis actio humana, *quae iura vel obligationes concernit*, ſubintelligatur, hoc vero variam admittat diſtinctionem, etiamſi in genere tantum ſpectetur. De *dolo*, *culpa* aliisque accidentibus, quae actus iuridici validitatem impediunt, cet. non occurrit veſtigium. Sic etiam, vbi de *applicatione legum* agitur, quamuis ibi plura ſint apte dicta, illam, quae fit ſecundum analogiam iuris, allegata de hac materia diſſertatione NETTELBLADTII quidem habet ſpeciem, cum *directam* et *indirectam* praemittit, alias vero ſpecies e. gr. argumento legis, *ſecundum ſtrictum ius*, vel *ſecundum aequitatem* non tangit, ſaltem diſertis verbis non explicat, cum tamen et hae ſpecies vſum praeſtent, et de vtraque idem illuſtr. NETTELBLADT binis diſſertatt. ex inſtituto egerit. Quidquid tandem ſit, plura omnino ſunt, quae librum hunc a philoſophica iuriſprudentiae tractatione commendant, quam quae cenſuram mereantur; iuſto rerum aeſtimatori patet, quid

ſit difficile ſemitam calcare paucorum adhuc notatam veſtigiis.

Rh.

ספר נתיבות השלום והוא חבור כולל חמשת חמשי התורה עם תקון סופרים ותרגום אשכנזי ובאור נדפס פה ברלין התקמ"ג i. e. Liber tramitum pacis, ſiue Volumen complectens Pentateuchum cum emendatione ſcribarum, verſione Germanica et commentario (Rabbinico). Berolini 5543. ſiue aerae Chriſt. 1783. typis Georg. Frider. Starkii.

Tandem abſoluta eſt haec Pentateuchi editio, cuius quadrifaria eſt praeſtantia. Nam primo textus Hebraicus ſecundum accuratiſſima exemplaria ſumma cura impreſſus eſt. Deinde huic a latere iuncta eſt verſio Germanica, auctore celeberrimo MOSE MENDELIDE, philoſophorum cuiuscunque ſint gentis et religionis, hodienum nulli ſecundo confecta. Subiuncta eſt tertio emendatio ſcribarum, quo nomine notae criticae intelligendae ſunt. Tandem ampliſſimus et vberrimus exſtat commentarius ex celeberrimorum Rabbinorum ſcriptis compilatus. Geneſis et Exodus huius editionis ſuperiori anno

Vol. I. p. 61. a nobis laudati ſunt. Reſtat, vt de opera, quam MENDELSOHN in conficienda verſione et SALOMO Dubnenſis, Rabbinus doctiſſimus, in conſcribendo commentario tum critico tum exegetico in tres poſteriores Moſaicos libros poſuit, referamus. Priusquam vero hac de re ſermonem inſtituamus, iuuat notitiam praefationis totius Pentateuchi, quae nunc demum in lucem emiſſa eſt, eodem celeberrimo philoſopho auctore praemittere. Huius titulus eſt אור לנתיבה והוא הקדמה כוללת לכל חמשת הספרים i. e. *Lux tramiti ſ. praefatio integri Pentateuchi;* eademque ſeorſim venditur. In hac magnam doctrinam ex Talmudicis Rabbinicisque ſcriptis hauſtam, aptam rerum diſpoſitonem et ſtili perſpicuitatem elegantiamque admirari licet: at animum ſcriptoris Iudaicis praeiudiciis et opinationibus liberum, veri rectique vnice ſtudioſum fuiſſe, vix affirmare auſim. Rabbinus vbique paginarum conſpicitur; philoſophus deſideratur et exulat. Sed argumentum praefationis paucis perſequamur. Partitione Pentateuchi in quinque libros explicata, Moſes auctor libri a capite ad calcem eſſe, ne exceptis quidem poſtremis verſiculis perhibetur. Pudet argumenta, quibus vtitur, enarrare. Synagogam enim nimis ſapiunt.

Idem

entateuchus a ſcribarum labe immunis
ra tempora, ſi auctori credere fas eſt,
ope Maſorae. Quam quidem rem
is explicet, paulo altius repetendum
uicquid 1) ad pronunciationem verbo-
huius emendationem, (תקון) i. e. fi-
formamque vocum, 3) ad ſcripturam,
s emendationem pertinet. Hinc de
gua ſancta agit, quam omnium pri-
im et a Deo ipſo in colloquiis cum
ceterisque Patriarchis adhibitam, atque
ſtantiam, qua ceteris linguis antecellit,
tis nomine inſignitam eſſe contendit.
entum, quod ex nominibus propriis,
ratio in ſacris literis ex lingua He-
edditur, deſumere ſolent, qui ſummam
nguae antiquitatem propugnant, au-
naxime firmum et validum videtur.
rendas vero voces neceſſe etiam fuit,
es cum conſonantibus primum a Deo
imaeuis hominibus colloquente adhi-
r, deinde a Moſe quum lex promul-
audirentur, qui Ioſuae aliisque, qui
nſequebantur, ſeruandas eas tradidit.
am, qua Ezras vſus ſit ab hodierna
ana diuerſam fuiſſe in primis probare
r A. ex Ezr. IV, 17. Ibi enim quum
piſtolam memoret a Samaritanis con-

ſcriptam tum charactere Aramaeo, i. e. Samaritano tum idiomate eodem: ſatis patet, characterem ab Ezra adhibitum diſcrepaſſe ab illo, quo Samaritanorum literae exaratae erant. Adducuntur deinde ſententiae R. Ioſe et R. Ioſephi Albo de antiqua literarum forma Hebraeis vſitata, horumque poſterior, qui ſcripturam, quam vocant, quadratam loco characteris Samaritani ab Ezra receptam eſſe affirmauerat, auctoritate Talmudis Hieroſolymitani refellitur. Tandem delabitur ad exemplaria Pentateuchi apud Samaritanos hodie proſtantia, et licet, quae de hac gente codicibusque, quos religioſe cuſtodit, narrat, ex recentiſſimis in hoc literarum genere ſcriptis vel corrigi vel augeri poſſint: tamen de libris eorum multo ſanius et rectius iudicat ceteris Iudaeis. Ad Tikkun ſiue emendationem ſcripturae, de qua quarto loco agere promiſerat A. refert interpunctionem, vocales et accentus. Concedit autographon Moſaicum punctis, vocalibus et accentibus deſtitutum fuiſſe. Quanquam non plane aſſentitur R. ELIAE LEVITAE Germano, qui puncta abſoluto Talmude inuenta eſſe perhibet. Veſtigia enim R. ASARIAE ſecutus vocales nunquam plane abfuiſſe ſibi perſuadet, quae antea nec in omnibus libris obuiae nec cuique

notae

otae a Maſoretis in ſyſtema aliquod redactae
: literis adſcriptae ſunt. Lectionem textua-
m ſ. Chetib Moſes in Pentateucho expreſſit,
eri vero ſ. marginalem, quum librum reci-
ret, Ioſuae indicauit. Hinc poſteri accepe-
int. Ezras eiusque ſocii, et poſt longum
mporis interuallum Maſoretae multis codi-
ibus collatis lectionem textui inſeruerunt,
uae plurium ſuffragiis niteretur, ſcripturam
efectiuam et plenam ſolerter annotarunt,
nnotationesque vel margini librorum Bibli-
orum adiecerunt, vel in ſingulares libros re-
ulerunt.

Sequitur altera praefationis pars inſcripta
מענין התרגומים, i. e. *de interpretationibus.*
rimo diſcrimen interpretis et commentato-
is eruitur. Bonus interpres officio ſuo fun-
i nequit, niſi interdum addat, vel detrahat
el mutet. E. g. notionem vocis אנוש mi-
ime adaequat vel exhaurit Germanicum
Menſch, quod ex Ier. XVII, 9. (male tamen,
quid iudicare valemus) illuſtratur. Series
iam verborum, quae ſaepenumero in altera
ngua emphatica eſt, in altera minus, in ver-
onibus mutanda vel περιφρασεσι declaranda
t. Huc pertinet 1 Reg. XX, 18. חיים
תפשו et תפשום חיים, quae omnino ſenſu
ifferunt. At ſi ad literam Germanice vel

 Latine

Latine vertis: in his linguis nulla diſcrepantia elucefcit. Libertas igitur bono interpreti concedenda eſt, qua etiam in vertendo Pentateucho vſus eſt ONKELOS, ſummis a Iudaeis laudibus hac de cauſa ornatus. Opus autem fuit, vt ſacrae literae in linguam peregrinam verterentur, quum Hebraica in deſuetudinem abiret: quod in exilio Babylonico accidit. Cuius quidem euentus cauſae ex cognatione linguae Hebraicae Chaldaicaeque et paucitate eorum, qui in patriam reuerſi ſunt, petuntur. Quum quid de aduentu Meſſiae futuro Iudaeorum ſapientiſſimus opinetur, non ingratum ſit ſcire: locum, qui hanc rem, etſi leuiter, tangit, adſcribemus. *Pauci tantum ex captiuitate Babylonica in Iudaeam redierunt. — Nam fabri, clauſtrarii multique ſapientum, quum viderent hanc quietem et redemtionem non illam eſſe, quae ex teſtimonio omnium vatum diuinorum nobis conſtituta ſit, Babylone remanſerunt.* Fata viciſſitudinesque linguarum, quibus Iudaei vſi ſunt, origoque verſionum hinc exortarum breuiter enarrantur. Ezras eiusque ſocii Pentateuchum Chaldaice verterunt. Graeci deinde rerum potiti ſuam linguam inuexerunt, vnde factum eſt, vt verſio Ezrae temporibus facta obliuioni traderetur, donec ONKELOS aetate R. Elieſris

lieſris et R. Ioſuae diſcipulorum R. Iohanna-
nis fil. Sacchaei deſtructo templo Hieroſo-
lymitano interpretationem Chaldaicam reſti-
tueret. Illum conſecutus eſt homo Graecus,
nomine AQVILAS, qui auſpiciis et iuſſu
ſupra adductorum virorum Pentateuchum in
gratiam eorum, qui linguam *Graecam* calle-
bant, Graece vertit. Pentateuchum hac lin-
gua conſcriptum hodie extare, qui huius viri
perhibeatur, affirmat MOSES MENDELI-
DES, cui ex loco infra adducendo EICH-
HORNII introductionem in V. T. non ig-
notam fuiſſe conſtat! IONATHAN BEN
UZIEL interpres prophetarum, vixit centum
annis ante euerſum templum ſecundum.
Quae ſub eius nomine hodie circumfertur Pen-
tateuchi verſio, alium procul dubio auctorem
agnoſcit, ſiquidem ibi vocabula occurrunt
multo poſt tempore introducta et inuenta,
e. g. Germania, Turcia, Conſtantinopolis
Longobardia etc. Stilus etiam huius verſio-
nis ab eo, quo vtitur verus IONATHAN et
ONKELOSVS, valde diuerſus eſt. Penta-
teuchus, qui vocatur Hieroſolymitanus, non
tam noua verſio habenda eſt, quam aliud et
hinc illinc diuerſum exemplum interpretatio-
nis, quam Ionathani falſo tribuunt. Quare
binae, quas vulgo fingunt, verſiones ab anti-

 quis

quis Rabbinis communi nomine Thargum Hieroſolymitani laudantur, et male explicatum compendium י״ר, quod tum Thargum Ionathanis tum Tharg. Hieroſolymitanum denotare poteſt, huic errori anſam dedit. Confecta autem eſt haec verſio ſexcentis fere annis poſt deſtructionem templi ſecundi, quia tum demum Longobardi innotuerunt. Ante Aquilam vero verſio Graeca, quae Septuaginta virorum dicitur, iam adornata erat. Huius verſionis iuſſu regis Aegyptiorum Ptolemaei confectae mentio fit in tractatu Megilla. Atque ex Rabbinorum mente Pentateuchus in vſum regis lingua Hebraica deſcriptus, et in Graecam conuerſus fuit. Huius verſionis hiſtoriam condidit ARISTEAS, Hebraice redditam a R. ASARIA in Meor Enaiim. Quam etiamſi neoterici reiecerint, a partibus tamen antiquiorum in primis Philonis Iudaei ſtandum videtur, qui eodem fere modo verſionem concinnatam eſſe aſſerit, ac in libello iſto memoriae proditum eſt. Diſcrepantiae vero, quae inter Rabbinorum de hoc negotio traditiones et Graecam ARISTAEI hiſtoriam intercedunt, facile conciliari poſſunt. At ne haec quidem LXX virorum verſio Graecarum prima fuit, quia in tractatu Maſſecheth Sopherim verſio memoratur, a

quin-

quinque ſenioribus confecta, quae in gratiam Ptolemaei cuiusdam Philadelphi aetatem ſuperantis, ſcripta eſt. Idem efficitur ex ipſis verbis ARISTEAE et ARISTOBVLI, cuius opus magnum ſuper Pentateucho, Ptolemaeo Philometori dicatum, Graeca lingua ſcriptum, auctor IMRE BINAH in bibliotheca Florentina deliteſcere ait. Bibliotheca Alexandrina, vbi verſio LXX ſeniorum depoſita fuit, tempore Cleopatrae combuſta eſt. Interpretationem Graecam, quae ad noſtra tempora peruenit, eandem illam antiquam eſſe, ambigi poteſt, quum ex XIII diſcrepantiis, quae ſecundum Megillah et Maſſecheth Sopherim inter fontem et verſionem repeririuntur, tantum quatuor hodie adſint. R. AZARIAE ſententia de verſione Graeca non ad fidem codicis Hebraici ſed Chaldaicae interpretationis, qua ab Ezrae inde temporibus Iudaei vti conſueuerant, non ſine plauſu profertur. Pentateuchus denique Arabice verſus eſt a R. SAADIA GAON, quam verſionem Abenezra ſaepe adhibuit. Typis excuſa eſt Conſtantinopoli et in Bibliis Polyglottis Pariſinis et Londinenſibus. Quae de hac verſione narrat MOSES noſter, ex EICHHORNII introductione deſumta eſſe diſertis verbis ipſe fatetur. Vtinam ex eodem lim-

pidiſſimo fonte etiam alibi ſumſiſſet! Sed di-uertere ſolet vir ceteroquin acutiſſimus et in-genioſiſſimus; quum de literis Hebraicis agi-tur, ad paludes Rabbinicas neque ſalubres ne-que amoenas. Pergit MENDELIDES ver-ſiones enumerare. Iudaei Ferrarienſes Biblia Hiſpanica ediderunt a. 313. (C. 1553.) ſaepenu-mero poſtea repetita. Germanicarum ver-ſionum agmen ducit, quam confecit R. ELI-AS LEVITA German. Vertit Pentateuch. et Megill. impr. Conſtantiae in Sueuia a. 1544. Verſio R. IEKVTHIELIS BLITZ, edita a. 1679. valde reprehenditur, quippe quae in-terpretem prodit et linguae Hebraicae impe-ritum et ſtilo barbaro atque maxime ſordido ſenſa eloquentem. Ab eius inde tempore Iudaeorum nullus ad Germanice vertendum Pentateuchum animum applicuit. Chriſtiani et verſiones et paraphraſes et explicationes Pentateuchi fere innumeras ediderunt et quotidie edunt: ex quorum tamen laboribus Iudaeis nulla vtilitas redundat. *Chriſtiani enim interpretes ſiquidem non recipiunt traditionem maiorum noſtrorum, neque Maſorae obſequun-tur, neque puncta, vocalia et accentus probant, Pentateuchum inſtar muri diſiecti habent. Quisque illuc aſcendit et pro lubitu ſuo agit. Addunt, demunt, mutant in Pentateucho non*

vocales

cales tantum et accentus, ſed etiam literas et ces (quis enim eos cohibebit?) ſecundum pla-a et ſententias eorum. Hinc ſit, vt inter-m in Pentateucho non legant, quid ibi ſcri-um ſit, ſed quid illis probatum fuerit. No-autem ego ſapientes iſtos hoc nomine vitupe-re. Quid enim opus iis eſt, traditioni, quam patribus ſuis non acceperunt, vel Maſoras temperare, quam viri fide digni ab iis habiti m transmiſerunt? Deinde Pentateuchum non cipiunt, vt faciant et ſequantur, quicquid aecipiat, ſed pro libro annalium habent, vn-res memorabiles antiquiſſimorum temporum iſcant. etc. MENDELIDES Pentateuchi rſioni ſe primum accinxit in vſum libero-m ſuorum, quam quum SALOMOH DVB-ENSIS, cui puerum ſuum Grammatica ebraica inſtituendum commiſerat, videret, igitauit, tandemque ab eo impetrauit, vt ty-is excudendam permitteret. Annuit vero s conſtitutis legibus primum, vt doctor ille mmentarium conſcriberet ex vetuſtis libris mpilatum, vel, vbi a ceteris interpretibus erſio noua nimium recederet, ipſe inquire-t, et cogitata in librum committeret, adiu-icem manum ipſo MENDELIDE promit-nte, deinde vt fratrem MENDELIDIS in cietatem laborum lucrique illinc exſpectan-di

di acciret. MENDELIDES tamen nomen ſuum operi non praefixiſſet, niſi Rabbinus rogaſſet, ad conciliandos libro emtores fautoresque. Obſecutus autem voluntati MENDELIDIS; Dubnenſis ille Rabbinus ex operibus RASCHII, RASHBAMI, ABENEZRAE, RAMBANI, KIMCHII, optimas annotationes collegit, quibus, ſi verſionem Germanicam non ſatis illuſtrarent, alias adiecit, vt ratio verſionis nota fieret omnibus. Senſum verborum literalem, vt vocant, MENDELIDES noſter praecipue exprimere ſtuduit; non prorſus neglecto allegorico. Auctor commentarii adiecit Tikkun Sopherim ſ. notas criticas ex libris MEIR HALLEVI, MENAHEMI DE LVNZANO et IEDID. SALOM. NORZI conſarcinatas, qui Maſoram impreſſam multis mendis inquinatam ex MStis ſaepe correxerunt. Praeter haec ſubſidia adhibuit Biblia membranacea MSta a. 249. (C. 1489.) cum commentar. RASCHII, quorum margini pars Maſorae nondum impreſſa adiecta eſt, atque commentarios RASCHII et RASCHBAMI manu exaratos Wormatiae, olim peculium IABLONSKII, qui primus RASCHBAMVM, ſed non ſatis accurate, ad fidem huius exemplaris typis excudendum curauit a. 475. (C. 1715.) Berolini.

Ipſe

ſe MENDELIDES non ſolum verba ver-
acula, quae RASCHIVS adduxit, ſed etiam
ia, in impreſſis libris mire deprauata ex bi-
is codicibus MStis, de quibus valde laetatur,
orrexit. Idem vir ſummus, et Iudaeorum
teratiſſimus, notas in primam Geneſeos Pa-
aſcham omnes ſcripſit, Grammaticis exceptis,
uas addidit Rabbinus Dubnenſis. Iis, quas
ı reliquas Pentateuchi Paraſchas Rabbinus
le confecit, ſuas inſeruit vncinis incluſas,
xodum integrum notis dilucidauit MEN-
ELIDES, praeter paucas, a laborum ſo-
io conſcriptas, qui Tikkun Sopherim in v-
umque librum addidit. At hic laborum
ertaeſus, et de lucro inde redundaturo de-
erans, ſiquidem plus 3500 thaleri * iam ero-
ati erant, opus, quum dimidia eius pars per-
ecta eſſet, deſeruit, et in patriam rediit, ne
bſoluta quidem quam inchoauerat praefatio-
e, paucisque nec ſatis limatis ſchedis in Nu-
ıer. apud MENDELIDEM relictis. De-
oluto onere totius operis in MENDELI-
EM eiusque fratrem, R. HIRZ WESEL,
criptis celebris, officium amicitiae editoribus
prae-

* Adſcribe compendiis vocum Rabbinicarum a SELIG nuper collectis ר״ט i. e. *Reichs-Thaler.*

praeſtitit, vt notas in Leuiticum conſcriberet. Alii Numeros et Deuteronom. explicarunt, a quorum modeſtia editor impetrare non potuit, vt nomina vulganda permitterent. Auctor Tikkun Sopherim in tres poſteriores libros eſt SCHALOM, Vltraiecto ad Moſam oriundus. SALOMO Dubnenſis animum induxerat, in praefatione huius libri principia Grammaticae Hebraicae breuiter exponere, atque hanc inſtitutionem in notis paſſim laudat. At quia huius generis librorum non defectu, ſed copia laboramus: MENDELIDES rectius ſtatuit eam omittere, eiusque loco diſſertationem de partibus orationis earumque vſu ſubſtituere: quod argumentum in vulgaribus, quae Iudaeorum manibus feruntur, compendiis vel plane non vel ieiune et ſteriliter tractatur. Haec diſſertatio tertia pars totius praefationis haberi poteſt, tituloque ſingulari ornata eſt: מחלקי הדבור ושמושיהם Sed quia multi fuimus, in excerpendis binis prioribus praefationis partibus, quem quidem laborem inducti auctoritate nominis MENDELIDIS eo lubentius ſuſcepimus, quia plerisque Rabbinica ſordeſcunt, et non intellecta manibus deponuntur: epitomen poſtremae partis iudiciumque noſtrum de labore a MENDELIDE eiusque amicis circa tres poſterio-

es Moſis libros exantlato alii opportunitati reſeruamus.

Pharmacopoea Edinburgenſis; additamenta adiecit ERNESTVS GODOFREDVS BALDINGER, Ser. Princ. Landgr. Haſſel. Conſil. ab aula, cet. Editio in Germania altera. Brem. ap. Geo. Lud. Foerſter. 1784. 8vo. pag. 430.

Iure ſuo laetatur atque gloriatur ill. BALDINGERVS, illa quae priori huius pharmaciae editioni adiecerit, maxime tironum cauſſa, placuiſſe Edinburgenſibus ipſis, (quippe viris in arte ſua eximiis;) ſed non acquiſcens in hac quoque ſibi iam parta palma, praeclaro ſtudio limare et perpolire editionem libri nouam, officio ſibi duxit, quod veri cordatique eruditi eſt. Collegit ideo atque digeſſit ea omnia, quae ab eo tempore prodiere ad hanc rem ſpectantia; eaque non ſolum pharmacopoeis, et de materia medica conſcriptis libris, ſed quoque ex chemicis et pharmaceuticis depromſit, inque vſus ſuos conuertit. Fine ſibi propoſito, qui primus ampliſſimam totius ſtudii medico-pharmaceutici doctrinam in epitomen redigeret, non ſolum haud excidit, ſed illum potius ſucceſſu proſpero,

ſpero, ſi quis vnquam, conſecutus eſt. Huius rei quam rationem tenuerit, ex priori huius libri editione iam notum ſatis eruditis eſt; referendum igitur nobis modo eſt de iis, quibus haec veterem vincat. Iniecit ſuis locis alimentorum, aromatum, venenorum mentionem, ne quid deſit, quod ad materiae medicae doctrinam facere videatur. Expunxit pauca, quae priori editioni inerant: quorum in numero ſunt e *Radicibus* Iris pſeudacor., Cynogloſſum, Athamanta m.; *e turionibus, foliis,* Potentilla anſer., Rumex aquat., Datur. Stramon, Spartium ſcop., Gentiana amarell.; *e floribus, comis* Artemis. vulg. Caryoph. arom. Anthem. foet.; *e fructibus* Strychnos n. v., *ſeminibus*, Paſtinac. ſ., Ruta grau.; *e lignis* Aſpalathum, Sambuc. n. *Balſamis*, Tolutanus, *reſinis*, hedera, ſtyrax ſolida. Praeter ea adhuc deficiunt ſyr. Acac. fl. Extr. Laccae, Eſſ. Rhabarb. Tinct. Kermes gran. ſpir. Serpill., *Oleum*, Bergamott., Caſtor. Chaeref., Cerae, Maſtich., Succin. Tacarneh. Tartari foetid. Tereb. At enim vero longe pluribus, quam quae amiſit, ditata eſt atque ornata rei medicamentaria, quae vero non arbitrario recepta ſunt ſed introducta, comitibus cl. viris, qui illorum virtutum teſtes fuere. *Radicum* numerum auxerunt Arnica m. Atropa Bell.,

Cen-

Centaur. Calcitr., Carex aren., Chelidon. mai., Cicuta viroſ., Conſolid. mai. Cyclam. europ., Eryng. camp., Panax quinqu., Lopez, Metaliſta, Moringa, Orchis morio: *Herbarum*, Spilanth. Acm, Malv. Alc., Heracl. Sphond., Cardam. prat., Lonicera Perycl, Ciſſampel., Caap., Dolichos vrens, Solan. dulc., Lepid. latiſ., Melitt. Meliſſ., Onopord. Ac., Plantag. latiſ., Pulmon. off., Rhododendr. Chryſ., Scrophul. aquat., Veron. off.: *Florum*, Borrag. off., Anchuſ. off., Calend. off., Iris biſl.: *Fructuum*, Phyſal. Alk., Sambuc. Eb., Querc. Cerr., Lil. conuall., Vaccin. vit. id. et Oxyc.: *Seminum*, Ricin. comm., Chenopod. anth., Artemis. contr., Meniſp. cocc., Sabadill., Spin. cerv., Croton. Tigl.: *Corticum*, Geoffr. inerm., Rhamn. Frang., Fraxin. exc. Daphn. Gnid.: *Lignorum*, Geniſt. Canar.: *Filicum*, *Fung. Muſc.*, Polytrich. comm., Adianth. cap. v., Polypod. Fil., Helmintochort, Lichen plicat. et prunaſtr., Fucus veſic., Aſplen. ſcolop.: *Reſinar. ſicc.*, Caoutchou, Galda, Iuniper, Look, Olamp. Regnum minerale maiori adhuc ſtudio expoliuit ill. auctor; quaedam enim non ſolum in locum amiſſum reſtituit, nouaque adiecit; (e. gr. pilul. coerul., artar. mart. Suec., Oxym. Chalyb. FULLER, lact. antim. cl. DEHNE, gutt. nerv. BESTUCH.,

 STUCH.,

STVCH., vitriol. alb., arſenicum, aqu. medicat., Aſphaltum, marina varia,) ſed et eorum, quae ciuitate iam donata erant, nouiſſimis chemicorum laboribus vel correctum, vel faciliorem praeparandi modum, vel vſum medicum obſeruationibus nouis confirmatum, appoſuit; aut ab illorum vſu infido diſſuaſit. Nec minus defuit illius ſtudium *parti ſecundae*, praeparata pharmaceutica ſimplicia et compoſita continenti. Adiecit quaedam ſuccis, roob., ſyrupis, extractis (e. gr. extr. Belladonn. Betul., Chelidon. mai., Gram., hippocaſt., marrub. alb., Nuc. iugl., Pulſatill., Salic. cort.) ſpiritibus, eſſentiis (vt ambr. gris., dictamn. a. Euphorb. Galban.) tincturis, elixiriis, aquis deſtillatis (de quibus praecepta traduntur, tam ad eorum indolem, quam vſum medicum ſpectantia, notatu certe digniſſima) oleis cuiuscunque generis, acetis cet. De acidis dulcificatis ita ill. auctor egit, vt quotquot innotuerint, optimo ordine in compendium redacta inuenias. Salia quoque valde auxit, congrua methodo diſpoſuit, mediaque in tabulam redegit. *Tertia pars* animaduerſiones in pharmacopoeam Edinburgenſem continet, optime notas, et ab eruditis quam maxime probatas. *Pars* ſequitur *quarta*, prorſus noua, bibliothecam pharmaceuticam ſiſtens,

lens, qua libri et veteres et recentiores argumenti pharmaceutici enumerantur; quorum non ſolum praecipua diſpoſitio, ſed et copia vberrima, ex ampliſſima ill. BALDINGERI litteraria huius artis cognitione proficiſcens, viris harum rerum gnaris non poteſt non placere.

AVG. GOTTLIEB SPANGENBERG *Anmerkungen* etc. h. e. Animaduerſiones ad AEGIDII SEXSTETTERI, Prioris, ſcriptum contra fratres Euangelicos, inprimis Herrnhutianos. Pragae et Vindobonae, ap. Nob. de Schönfeld. 1784. 8. pagg. 126.

SEXSTETTERI ſcriptum, Pragae 1781, editum, nunc demum nobis innotuit. Apparet vero, illum praeter iniquas criminationes nihil fere attuliſſe; ac falſis ſermonibus hominum deceptum non pauca Fratribus vitio dediſſe, quae vel numquam inter hos obtinuerunt, vel dudum abrogata ſunt, vel ſiniſtra interpretatione nituntur. Non anceps fuit res cum tali ſcriptore contendere, quem praeterea multis opinionum erroribus occupatum eſſe, planiſſimum eſt. At miramur alacritatem illam et aciem, qua grauiſſimus Fratrum Epiſcopus,

ſcopus, venerandus ſenex, hanc confutationem perſcripſit, nec dubitamus, quin haec multas inueteratas de bonorum hominum familia narratiunculas, quas rectius edocti iam pridem pro mendaciis habuerant, plane diſſipatura, atque illius exiſtimationem amplificatura ſit. Ceterum amabilis quaedam moderatio animi et ſtabilis recti conſcientia ex tota hac apologia perſpicitur, neque vllum eſt veſtigium vehementiae, acerbitatis, irae. — Quis adeo iniquus eſt, vt virtutes aliorum videre et fateri nolit, etiamſi eos errare iudicet?

JOHANN DAVID MICHAELIS *Erklärung der Begräbniß- und Auferſtehungsgeſch. Jeſu;* i. e. Explicatio hiſtoriae ſepulturae et reſurrectionis Ieſu Chriſti ad ductum quatuor Euangeliſtarum, ratione habita obiectionum in *Fragmentis Guelpherbytanis* propoſitarum. Halae ſumtu orphanotrophei, pagg. 374 et LXXVI. octon.

Ex quo animi hac de cauſa litigantium temporis ſucceſſu aliquo modo pacati ſedatique ſunt, longe felicius de ea diſputare licet; quis enim tum, quum vndiquaque ad arma clamatur, de optima ratione arcis defendendae

hac cogitare poteſt! Votis igitur multorum eo, ſatisfieri putamus, quod ill. MICHAELIS, quem virum et veritatis amor incorruptus et iudicii dexteritas ac doctrinae copia idoneum controuerſiae agitatae arbitrum reddit, nunc demum operam ſuam ad hiſtoriam illam explicandam, adhibuit. Et, ſi fatendum quod res eſt, liber eius hac in cauſſa palmam ſibi vindicat. LESSINGIO in defendenda Ieſu reſurrectione nemo magis adſentitur, quam A. noſter; pari ratione enim contendit, rem illam non propterea veram eſſe, quia ab Euangeliſtis in libros relata ſit; ſed illos eam retuliſſe propterea, quod vera eſſet et explorata; et veram quidem eſſe, quia chriſtianismus, hoc facto innixus, cauſſam ſuam feliciter egiſſet. In referendis rebus geſtis et ipſe non habet inſpiratos Euangeliſtas, ſed ſcriptores hiſtoriarum, quas vel ipſi viderant, vel ab aliis ſpectatoribus bona fide acceptas crediderant. Quare fieri potuit, vt ſibi in commentariis ſuis repugnarent, ſalua quidem fide ſua et veritate; quid? quod ſumma rerum, quam vnanimi conſenſu affirmant, eo maiorem fidem obtinet, eosque a ſuſpicione falſariorum eo magis alienos eſſe probat. Sed recte etiam diſtinguendum eſſe cenſet A. inter loca Euangeliſtarum ea, quae ſibi repugnare dican-

tur. Nullius enim fere momenti eſt, quando vltima XII commata Marci (c. XVI, 9-20.) aliis locis repugnant; haec enim non genuina eſſe, admodum probabile factum eſt. Aliud porro eſt, quando Marcus et Lucas vel ſibi inuicem vel reliquis duobus hiſtoricis aduerſantur; aliud vero, quando Matthaeus et Iohannes, tamquam teſtes oculati, ſibi contradicunt. Quamquam nec his ſibi repugnantibus omnis eſt fides deneganda, quia Matthaeus hodie alio ſermone, quam quo ſcripſit, a nobis legitur, eiusque interpres non vbique recte expreſſit, quae hebraice legerat. (Infregit tamen fortiter hanc ſententiam auctor doctiſſ. cenſurae horum Annalium h. a. Vol. I. p. 447.) Quod vero praeſertim Iohannem attinet, generatim omittit narrando ea, quae alii Euangeliſtae attulerant; hos enim legiſſe eum, vero ſimillimum eſt. Interim tamen ſaepius eadem cum reliquis adducit, et triplici quidem ratione. Vel enim vtitur hac hiſtoria, vt adderet hanc vel illam orationem a Ieſu habitam; vel vt quaedam ab aliis omiſſa reſtitueret; vel denique vt obſcura aliorum dilucidaret, falſaque ſuauiter corrigeret. His igitur nixus principiis explicationem ipſam hiſtoriae illius memorabilis perfecit, ex qua lectorum in gratiam obſeruationes quasdam ſum-

ſummatim decerpſimus. Hiſtoriam, quae Ioh. XIX, 31-57. legitur, Iohannes ſolus enarrat; vnde vero non repugnantia inter illum et reliquos oritur, ſed Iohannes addit his, quae a reliquis omiſſa vidit. Immo e Luca (c. XXIII, 43.) patet, tale quid re vera accidiſſe, ſcilicet crura duorum maleficorum fuiſſe infracta, vt eo citius perirent; alioquin enim hoc ipſo die nondum mortui fuiſſent. Hoc factum eſſe, ait Iohannes, propter την παρασκευην, quod vertit egregie: *denn es war Freitag*, hac vocis vi multis argumentis corroborata. Ceterum fiebat hoc ex miſeratione, quod crura frangerent ſuſpenſis, Ieſu vero, tum iam emortuo, haſta latus perfoderent. Quod vero liquor pericardii, qui ſimul cum cruore inde profluxit, a Iohanne conſpici potuerit, etſi alias ille liquor admodum rarus circa cor hominis ſit, et oculis obſeruari non poſſit; hoc igitur inde euenit, quia in hominis lente enecati pericardio et pectore ſummopere coaceruatur, quod vel cadauera in patibulis ſuſpenſa docuerunt. — Matthaeus refert, Ieſum ſepultum eſſe in Ioſephi ſepulcro. Iam vero, dicat aliquis, vndenam huic viro, qui Arimathiae habitabat, prope Hieroſolyma ſepulcrum? Iohannes etiam clare contra dicit, fuiſſe ibi quoddam in horto quo-

dam ſepulcrum, quo Ieſus eſſet poſitus ob loci propinquitatem. Hic inter Matthaeum et Iohannem diſſenſus ab ipſo Anonymo Guelpherbytano non perceptus eſt. Sed *αὐτȣ* (Matth. XXVII, 60.) ſine dubio falſa lectio eſt, a cod. 106 Wettſt. et a Marco omiſſa; et pro *ἐλατομησε* legit Syrus poſterior in margine: *ἦν λελατομημενον*, cui itidem Marcus adſentitur. — Magnum clamorem praecipue de eo tollebat Anonymus, quod Matthaeus diceret, omne ſynedrium poſtridie mortis Ieſu, adeoque ipſo die ſabbati, Pilatum adiiſſe, vt ſibi excubias ad ſepulcrum daret; quod ſi vere factum, ſane facinus impium fuiſſe iudicabat, quo tamen ſimul rumor ille, quaſi diſcipuli cadauer magiſtri ſui abſtuliſſent, irritus foret factus. Oſtendit ergo ill. M., eſſe hanc obiectionem ex iis, quae virum vel minus doctum vel minus probum prodant, quam qui vulgo auctor Fragmentorum habeatur. Matthaeus enim quum refert, *Pontifices* et *Phariſaeos* Pilatum adiiſſe, nullo modo *ſynedrium* intelligere potuit; hoc enim perinde eſſet, ac ſi quis *ſenatum academicum* per *Doctores* et *Wolfianos* deſcriberet; Phariſaeorum enim nomen *ſectae*, non *officii* eſt. Apud Euangeliſtas ſynedrium totum hac denominatione venit: *pontifices, ſcripturarii* et

pres-

presbyteri; hi tres enim partes iudicii ſupremi erant, et vel Sadducaeorum vel Phariſaeorum familiae addicti. Iam Matthaeus nil niſi hoc profert, pontifices quosdam (qui plerumque Sadducaei erant) vna cum Phariſaeis quibusdam Pilatum adiiſſe. Quibus expenſis facile corruunt Anonymi machinationes; ita enim vel ille, qui ſigillum ſepulcro imprimebat, non ipſe Pontifex M. neque ſynedrii membrum aliquod, ſed miniſter iudicii eſſe poterat. Ille quidem forſitan impurus hoc ipſo facto fiebat, ſed impuritas leuitica nullo modo peccatum erat.

Omnia tamen adducere reſponſa, quae Anonymo tanta ſagacitate et eruditione dantur, longum foret. Addamus igitur aliquot explicationes locorum difficiliorum, quae in primis obſeruatu dignae videntur. Inter has eſt Ioh. XX, 17. vbi A. verba μη μȣ ἅπτȣ ita circumſcribit: „noli perhorreſcere me denuo viſo; ne me Deum adores, adhuc enim in terra inter mortales ſum, nondum ad coelos ſublatus; iam adi potius fratres meos, illis relatum, me iam in eo eſſe, vt ad patrem meum et illorum me recipiam.„ Hac interpretatione ſupponitur, Mariam *adorationis cauſſa* in genua procidiſſe, Ieſuque pedes manibus amplexam eſſe. Hoc valde probabile

 fit

dam ſepulcrum, quo Ieſus eſſet poſitus ob loci propinquitatem. Hic inter Matthaeum et Iohannem diſſenſus ab ipſo Anonymo Guelpherbytano non perceptus eſt. Sed ἀυτȣ (Matth. XXVII, 60.) ſine dubio falſa lectio eſt, a cod. 106 Wettſt. et a Marco omiſſa; et pro ἐλατομησε legit Syrus poſterior in margine: ἠν λελατομημενον, cui itidem Marcus adſentitur. — Magnum clamorem praecipue de eo tollebat Anonymus, quod Matthaeus diceret, omne ſynedrium poſtridie mortis Ieſu, adeoque ipſo die ſabbati, Pilatum adiiſſe, vt ſibi excubias ad ſepulcrum daret; quod ſi vere factum, ſane facinus impium fuiſſe iudicabat, quo tamen ſimul rumor ille, quaſi diſcipuli cadauer magiſtri ſui abſtuliſſent, irritus foret factus. Oſtendit ergo ill. M., eſſe hanc obiectionem ex iis, quae virum vel minus doctum vel minus probum prodant, quam qui vulgo auctor Fragmentorum habeatur. Matthaeus enim quum refert, *Pontifices* et *Phariſaeos* Pilatum adiiſſe, nullo modo *ſynedrium* intelligere potuit; hoc enim perinde eſſet, ac ſi quis *ſenatum academicum* per *Doctores* et *Wolfianos* deſcriberet; Phariſaeorum enim nŏmen *ſectae*, non *officii* eſt. Apud Euangeliſtas ſynedrium totum hac denominatione venit: *pontifices, ſcripturarii* et

pru-

presbyteri; hi tres enim partes iudicii ſupremi erant, et vel Sadducaeorum vel Phariſaeorum familiae addicti. Iam Matthaeus nil niſi hoc profert, pontifices quosdam (qui plerumque Sadducaei erant) vna cum Phariſaeis quibusdam Pilatum adiiſſe. Quibus expenſis facile corruunt Anonymi machinationes; ita enim vel ille, qui ſigillum ſepulcro imprimebat, non ipſe Pontifex M. neque ſynedrii membrum aliquod, ſed miniſter iudicii eſſe poterat. Ille quidem forſitan impurus hoc ipſo facto fiebat, ſed impuritas leuitica nullo modo peccatum erat.

Omnia tamen adducere reſponſa, quae Anonymo tanta ſagacitate et eruditione dantur, longum foret. Addamus igitur aliquot explicationes locorum difficiliorum, quae in primis obſeruatu dignae videntur. Inter has eſt Ioh. XX, 17. vbi A. verba μη μȣ ἁπτȣ ita circumſcribit: „noli perhorreſcere me denuo viſo; ne me Deum adores, adhuc enim in terra inter mortales ſum, nondum ad coelos ſublatus; iam adi potius fratres meos, illis relatum, me iam in eo eſſe, vt ad patrem meum et illorum me recipiam.„ Hac interpretatione ſupponitur, Mariam *adorationis cauſſa* in genua procidiſſe, Ieſuque pedes manibus amplexam eſſe. Hoc valde probabile

ſit ex Matth. XXVIII, 9. 10. — Auctorem iis non adſentire, qui inepte quidem putarunt, Ieſum reſuſcitatum e mortuis clauſas ianuas potuiſſe penetrare, facile exſpectant lectores; ſed addit ille, Ieſum per hoc phantaſma diſcipulorum opinionem, quaſi ſpectrum viderent, nullo modo potuiſſe reſutare. — Verba Marci XVI, 18. ὀφεις ἀρουσι pro interpolatis habet, interno ductus argumento hoc, quod ars, *ſerpentes deprehendendi* (ita enim plenius aliquot codd. legunt: ἐν ταις χερσιν ὀφεις ἀρουσι) apud ſanniones Aegyptiorum florebat. — Vltima commata Iohannis e contrario *genuina* agnoſcit, eiusque verba ὐδε οιμαι τον κοσμον χωρησαι τα γεγραμμενα βιβλια, comparat cum Virgil. Aeneid. L. 6. v. 625-627.

Non mihi ſi linguae centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas,
Omnia poenarum percurrere nomina poſſim.

— Denique omittere nolo, Auctorem per μαθητευειν (Matth. XXVIII, 19.) nil aliud exprimere velle, quam *diſcipulos facere*, id quod Ieſus *partim* baptizando, *partim* docendo fieri mandabat. Qua propter vel infantes ex Ieſu ſen-

ſententia baptizari poſſunt, quia inſtitutio in religione baptiſmum non antecedit, ſed ſequitur. Neque tamen ſedem dogmatis de *trinitate* hic inuenit, quia nec de *deitate* Ieſu, nec de *perſonalitate* ſpiritus S. teſtatur. Hoc ſibi vult Ieſus, baptizandos lauacro ſuo teſtimonium dare, ſe in *Deum* credere, ea ratione, qua *Ieſus* docuerit, et ſibi perſuaſum eſſe de doctrinis iis, quas *ſpiritus S.* vel antea vel in poſterum eſſet manifeſtaturus. — Plura proferre non opus eſt, neque ex iis, vbi quidem alii ſententiae fauemus. Haec ſufficiant, vt lectores ad librum ipſum legendum excitemus, quem breui alium eſſe inſecuturum promittit auctor, in quo ad illas Anonymi obiectiones reſpondebit, quorum in hoc opere mentio fieri non poterat.

HR.

IO. HENR. IVNGII, ICti, M. Brit. Regi Elect. Br. Luneb. a conſil. aul. et conſiſt. biblioth. regio-Hannou. Praefecti, auguſtae domus Guelficae Hiſtorici, *Diſquiſitio antiquaria de Reliquiis et profanis et ſacris earumque cultu.* Accedit *Lipſanographia* ſiue *theſaurus reliquiarum* electoralis Brunſuico-Luneburgicus.

cus. Editio quarta, animaduerſionibus aucta et tabulis aeneis illuſtrata. Hannouerae ap. Io. Wilh. Schmidium. A. 1783. I Alph. c. II plagg. f. qu. mai.

Hannouerae in penetrali aedis aulicae tantam tam ſplendide exornatarum pretioſiſſimarumque reliquiarum copiam reconditam eſſe, quanta vix in vno loco ſimul inuenitur, notiſſimum eſt. Illae olim ab Henrico Leone maximam partem ex peregrinationibus ſacris allatae, et per quingentos annos Brunouici in aede S. Blaſii cuſtoditae fuerant; anno autem 1671. poſtquam haec vrbs in Ducum Brunouicenſium poteſtatem conceſſerat, ad Ioannem Fridericum, Ducem Romanis ſacris addictum, peruenerant, compenſandi nempe iuris gratia, quod ille in expugnatam vrbem habebat, ſicque Hannoueram translatae ſunt. Exſtat enumeratio illarum ac deſcriptio, quam GERARDVS MOLANVS, Abbas Loccenſis, nomine ſuo tamen haud appoſito, conſcripſit, ac primum patrio ſermone 1697. praefixa tamen inſcriptione Latina: *Lipſanographia ſiue theſaurus ſanctarum reliquiarum electoralis Brunſuico-Luneburgicus*, Hannouerae edidit, poſt vero Latine redditam, idque rogante, vt aiunt, Pontifice maximo Clemente XI., auctam emendatamque cum 1713. tum 1724. publica-

uit. Sed quamquam ter editus, libellus en hic Germaniae fines parum tranſiiſſe, ue adeo ad Antwerpienſes Hagiographos eniſſe videtur, ac fruſtra hodie in taber- libraris deſideratur. Illum igitur denuo ndum ſuſcepit hodiernus κειμελιαρχης inoueranus, additis quidem a ſe doctiſſi- animaduerſionibus, quas multus iſtius li- i vſus, et varia cum eruditis reliquiarum ſtatoribus collocutio ſuppeditauit, et quae oriae Sanctorum et noſtrarum regionum uantum lucis conciliant. Praeterea ad rumdam rerum faciliorem intellectum ac- erunt laminarum aenearum picturae XXI, iliora cimelia cum pretioſis eorum thecis egumentis quaſi in conſpectu ponentes, rum non paucae ſparſim iam exſtant in ginibus Guelphicis, commode autem hoc o vno faſciculo incluſae repetuntur, addi- iconibus nondum iuris publici factis. Gra- i iam per ſe munuſculum eruditis non mo- reliquiarum illarum, hoc eſt ſacrarum nu- um cultoribus, ſed etiam hiſtoriae harum um et antiquae artis, quae in illis tegendis ieque exornandis mirifice exercitata eſt, lioſis feciſſet Ill. IVNGIVS, ſi vel nihil eter hanc nouam *lipſanographiae* editio- n obtuliſſet. At praeclariſſima operis pars

eſt,

eſt, quam praemiſit, *diſquiſitio antiquaria de reliquiis.* Illius conſcribendae viro doctiſſimo occaſionem praebuit theſaurus ille reliquiarum, de quo iamiam diximus. Quem quum per ſeptem iam annos hominibus multis, longinquis etiam et alienigenis, ſpectatum venientibus, reſeraret et conſpiciendum daret, ſaepe ad illorum adſpectum incidit in collocutiones non longe arceſſitas de reliquiarum vetuſtate, ac ſubinde etiam de ipſarum cultu, atque in tam late longeque diffuſa materia non omnes, vel eadem religionis formula coniunctos homines, vnum atque idem ſentire animaduertit. Tandem animum induxit, operae pretium fore, ſi hancce rem, haud paucis quidem difficultatibus impeditam, de induſtria tractaret et contemplaretur. Summam commentarii huius eruditiſſimi et elegantiſſimi breuiter enarrabimus.

Caput I. *de reliquiis et profanis et ſacris in genere* agit. *Reliquias*, vt Graecum τα λειψανα, in primis cineres atque oſſa cremati cadaueris humani vocari, conſuetudo fert ſcriptorum pariter ac lapidum veterum; vocantur etiam *reliqua* interdum; mendoſa vero eſt lectio in Pandectis, etiam Florentinis, l. 42. *de religioſis et ſumtibus funerum*, l. 44. eod. tit. §. 1. et l. 5. de mortuo inf. quando *reliquae* ſcribitur

bitur pro *reliquiae*. Reliquias vero diſtingui ſaepe a *cadauere*, ſiue *corpore integro*, quamquam et alterum pro altero vſurpari, ex legibus Romanis et vetuſtis inſcriptionibus patet. Hactenus de vocabulo; quod ad rem ipſam, inter multos illos, qui *ſepulturae antiquitates* deſcripſerunt, vix tamen eſt, qui, quae ad *reliquias* pertineant, ea diligenter ſatis expoſuerit. Quare non in ſpicilegium, ſed in plenam meſſem Noſter veniſſe ſibi videtur. Translationis reliquiarum primum exemplum dedit Moſes, Ioſephi oſſa in promiſſam deducens terram. Exod. XIII, 19. Aliud exemplum occurrit 2 Sam. XXI, 12. et vetitae translationis mentio fit 2 Reg. XXIII, 18. Inter Graecos, Plutarcho teſte, Theſei, Phocionis, Demetrii, aliorum, reliquiae translatae ſunt. Cap. II. *de Romanorum moribus et inſtitutis circa reliquias.* Corpora, quae quidem perpetuae ſepulturae, vel, vt loquuntur leges, *aeternae ſedi* tradita eſſent, ſine grauibus cauſis transferre non licebat; iudicabant de ea re Romae Pontifices, occupata republ. Principes, in prouinciis Praeſides, vt mutuae Traiani et Plinii epiſtolae docent; quod autem in tabula quadam marmorea ap. BOISSARD. P. V. p. 82. et GRVTER. pag. 662. *corpora permiſſu tribuni plebis translata* dicuntur, id ſine

dubio de peculiari Imperatoris indulgentia intelligendum. Superſunt reſcripta Principum, quibus reliquias vel ob fluminis incurſum vel metum ruinae, aliamue cauſam iuſtam, ſolennibus redditis ſacrificiis per noctem in alium transferri locum, itemque noua fieri monumenta, permittunt. Opus igitur erat et piaculo, quo locus deſineret eſſe religioſus, vbi ſitum fuerat corpus, et decreto Pontificum, vel iuſſione Principis, qui propterea libello ſupplice adeundus erat, qualis ap. GRVTERVM p. 607. exſtat. Cognouerunt de corporum translatione et omni re ſepulcrali (ſed forte ſolum Ethnicorum) etiam Chriſtiani Imperarores, idque tamquam Pontifices Maximi, quam dignitatem poſtremus demum geſſit GRATIANVS. Cap. III. *de ſanctis reliquiis earumque cultu apud Chriſtianos.* Hic *reliquiae* vocantur tum partes naturales Sanctorum, vt oſſa, dentes, cineres etc. tum res adſcititiae, vt veſtimenta et inſtrumenta cruciatus et mortis. Talia dici *ſancta*, vſu vocis non prohiberi cenſet cl. IVNGIVS, et in excurſu quodam G. CASSANDRI, H. GROTII et G. G. LEIBNITII eximia componendarum religionis controuerſiarum ſtudia laudat, ſpemque bonam de arctiori Chriſtianae ciuitatis coniunctione hodie inchoan-

phoandam eſſè ſibi perſuadet. Hac ſpe er̃ctus ipſe varias congeſſit obſeruationes circa reliquiarum cultum inter Chriſtianos, quae tamen, ſi quid videmus, nihil amplius efficiunt, quam vt *humaniſſime iudicandum eſſe de rudioris cuiusdam pietatis inſtitutis*, haecque vario modo *excuſari* poſſe, admoneamur. Quaeſtionem de cultu reliquiarum inter longe antiquiſſimas ponendam eſſe putat, ſi nimirum Cacodaemon ille, quem Iudas Apoſtolus (ep. verſ. 9.) de *corpore Moſis* cum Archangelo Michaele contendiſſe ſcribit, *effodi* illud corpus voluit, quo Iſraelitae ad eius cultum idololatricum perducerentur. (Hanc interpretationem non valde fauere reliquiarum cultoribus, apparet; quare miramur, eam in mentem venire potuiſſe viro, qui pro illis deprecationem aliquam ſcripſit, quos tamen loco ſcripturae ſacrae ſuperſtitionis a Cacodaemone inuectae tacite conuincit.) Inextricabilem vero hanc controuerſiam eſſe cenſet, niſi verborum *adorare, colere, honorare, venerari* diſtincta explicatio antecedat, et λογομαχια tollatur. *Adorationem Mariae recte* improbari, loco Epiphanii, qui de Collyridianis agit, maximeque concilii Tridentini decreto, oſtendit; ſed ſubtilem et ſpinoſam inter λατρειαν et δυλειαν diſtinctionem parum

[illegible] ac difficultates [illegible], quas habet [illegible] [illegible]. [illegible]. Hanc vero tam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ac [illegible] naturae [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] hae duae quaeſtiones [illegible]: primum, an quis ſi-[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ſummo adhuc amore [illegible]: deinde, an quis haec [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] habeat. Eſtque ex [illegible] [illegible] ut [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ingeni-is et [illegible] [illegible]. Quare primum

Cap. I. *de amore [illegible]. [illegible] [illegible] o-[illegible] [illegible]*. Nam primum eſt vis [illegible] amoris, [illegible] [illegible] [illegible] contemplatione [illegible]. ut [illegible] aliquod mirabile, [illegible] [illegible], [illegible], [illegible], [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] eſt et [illegible] illud bonum et pulchrum, vel [illegible] [illegible]: [illegible] quoque amor-is [illegible] [illegible] vehementer [illegible] amiſſo, qui [illegible] [illegible] [illegible]. *[illegible]* tamen [illegible]-[illegible] [illegible], et [illegible] deſiderium conſue-tudinis [illegible]. [illegible] [illegible] commo-tiones [illegible]. Haec *ſera*, ab amicis habi-tae [illegible], [illegible] cara ſolent eſſe, quod et *[illegible] [illegible]* ortum dedit; hinc et *[illegible]* praecipue *[illegible]* concupiſci-tur, cuius rei [illegible] templa et coemeteria

ra abundant; hinc vero etiam amor et
us *reliquiarum.* Caput V. *De omnis aeui*
e generis exemplis, amorem in reliquias,
in picturas atque ſtatuas amicorum teſtifi-
ibus, veluti fragmentis arcae Noachicae,
auis Argonautarum; Epicteti lucerna;
lo Cynici Protei; Franciſci Petrarchae
o, ſedili, et felis ſceleto, in vico Arquati
lluſtre inter Patauinas gente Gabrielia con-
atis; Leibnitii reliquiis in Hannouerana
iotheca obuiis; Lutheri cochleari, ibidem
n aſſeruato, ſed ab heredibus eius, qui do-
at, repetito, ceterisque Lutheri λειψάνοις,
quibus G. H. GOEZIVS libellum ſcri-
, in quo multa occurrunt, quae ſuperſti-
is notam non effugiunt. Sed plura eius
exempla ſuppeditat antiquitas; de Myce-
, Regis Aegypti, inſigni cura ſeruandi et
orandi filiae ſuae, ſubolis vnicae, reliquias
rodotus refert; de Charites in imaginem
riti amore Apuleius; de Liuia rapti in-
tis effigiem habitu Cupidinis in aede Capi-
linae Veneris dedicante Suetonius cet.
nc erga reliquias amorem quam pleniſſime
atur ardens illud deſiderium coniungendi
iſcendi cineris in vno conditorio vel vr-
quod homines etiam ſanctiſſimos tenuiſſe
mpla quaedam ſacri codicis, heroicis vero

 tem-

temporibus perquam fuiſſe proprium, Homeri de anima Patrocli, ab Achille repetita verſus, aliorumque poetarum de aliis narrationes declarant. Lapides multi multorum amicorum, parentum et liberorum, coniugum et amantium, cineres vno tumulo conditos referunt; nullum vero inter omnia amoris erga reliquias documenta maius eſt illo, quod Artemiſia poſt mortem mariti ſibi ſupra omnes amorum fabulas amati Mauſoli, Cariae Regis, edidit. Chriſtianos vero permature ſui in reliquias ſanctorum hominum amoris documenta dediſſe, ea probant, quae Euſebius de cathedris Apoſtolorum, ſpeciatim S. Iacobi, (H. E. VII. 19.) et de reliquiis S. Polycarpi, ex flamma petitis, (ib. IV, 15.) narrat. Ieſu Chriſti imagines non demum a vergente ſec. IV. vt. I O. DALLAEVS et alii voluerunt, ſed diu ante, forte iam ſec. primo, reuerenter habitas fuiſſe, nec Euagrii quidem de imagine Chriſti ad Abgarum miſſa, nec Pſeudo-Athanaſii de icone Chriſti Nicodemiana (ita enim, non, vt pag. 80. impreſſum legitur, *Nicomediana* ſcribendum) relatio probat; attamen perquam credibile facit et Irenaei locus, (lib. I. c. 24.) de Gnoſticis Chriſti ſimulacrum circumferentibus, et Euſebii teſtimonium (H. E. VII. 18.) de ſtatua, quam Caeſareae Philippi

mulier

mulier ſanguinis profluuio liberata Chriſto poſuerit, adhucdum ſuperſtite. Accedit, quod Tertullianus Tiberium de Chriſto inter deos Romanos cooptando quaedam molitum eſſe, et Ael. Lampridius Alexandrum Seuerum Chriſti, Abrahami et Orphei imagines in larario ſuo habuiſſe, Chriſto etiam templum voluiſſe facere, eumque inter Deos recipere, teſtificentur. Neque videntur primi Chriſtiani, praeſertim opulentiores, adeo ſocordes fuiſſe, vt Domini ſui nullam effigiem exſtare cuperent. (Haec omnia partim nobis videntur facere, ad adſerendum primae antiquitati Chriſtianae aliquem *reliquiarum* cultum; ſed multo minus hoc, quod addit auctor, Tertulliano teſte Chriſtianos *crucis ſignaculo* multum tribuiſſe; quid enim hoc ad reliquias? Neque hoc facile quisquam dederit, *videri poſſe Chriſtianos hunc crucis ſignaculi ritum quodam modo ex Apoſtolo Paullo colligiſſe, qui (Gal. VI) de nulla alia re gloriabatur, niſi de cruce Chriſti, aſſeuerans, ſe eius ſtigmata in corpore ſuo portare.* Apoſtolum enim prorſus de alia re loqui, planiſſimum eſt. De more amicorum reliquias floribus ſpargendi illorumque capitibus coronas imponendi, Graecis et Romanis vſitato, primis vero Chriſtianis inuiſo ob ſordes admixtas, ſenſim tamen pie laudabiliter-

 que

que recepto, tamquam innocenti amoris indicio, ad *coronas coeleſtes*, fortibus Chriſti athletis poſt hanc vitam promiſſas, adiecta ſunt quaedam, quae ſimiliter ad rem non pertinent. Nihil enim inde ſequitur, niſi vt appareat, primitiuos Chriſtianos diligentius effugiſſe omnem *ſuperſtitionum gentilium* communionem, poſteros autem illorum vel inconſulto permiſiſſe ſibi eam, vel nihil amplius mali metuendum a cerimoniae receptae imitatione eſſe exiſtimaſſe.) Cap. VI. denique difficillimam tractat quaeſtionis propoſitae partem, *de Reliquiarum αὐθεντίᾳ caute diiudicanda, propter fraudes earumdem cauſſa admiſſas.* Nihil vetat, ait, quo minus multas iſtarum, quae feruntur, ſanctarum reliquiarum genuinas eſſe, ac tam acri cura cuſtoditas, quam ſexcenta veteris Graeciae aliarumque gentium monimenta, numi, gemmae, membranae; immo multas res vel incuſtoditas, omnibusque temporis et caſus iniuriis expoſitas perdurare, euincunt ea, quae poſt XVII ſecula noſtra demum aetate ex Herculani vrbis cadauere et parietinis eruta ſunt. Quod autem multae adulterinae venditae ſunt reliquiae, de quo iam Auguſtinus queſtus eſt, id nihil aliud probat, ac reliquiis accidiſſe idem, quod aliis rebus, in quaeſtus praedasque conuerſis.

merſis. Exſtiterunt enim omnis generis falſarii, qui inſtrumenta, tabulas, nomina, nummos, et quaeuis alia dolo malo ſuppoſuerunt, nec potuerunt abeſſe in tanta reliquiarum ſanctarum aeſtimatione. (Quid autem, ſi quis dixerit, *nullas* plane vbicumque ſupereſſe in tanta multitudine reliquias, primorum rei Chriſtianae temporum, quas genuinas eſſe certiſſimis argumentis effici poſſit, quod tamen effici poteſt in numis, libris, diplomatibus?) In fine quaedam diſſerit ill. auctor ſuper IO. FERRANDI *diſquiſitione reliquiaria*, praeſcriptisque ab eo modis veras a falſis diſcernendi reliquias.

Ueber die Urſachen der Größe und des Verfalls des Oſmaniſchen Reichs; h. e. De cauſis et magnitudinis et detrimenti imperii Oſmanici. Norimb. ap. Grattenauerum. 1783. pagg. 272.

Vanitatis et inconſtantiae rerum humanarum nulla res imaginem viuidiorem animo obiicit, quam regnorum potentiſſimorum hiſtoria. Habuiſſe illa ſuas aetates, exiguis et obſcuris creuiſſe initiis, et latius terminos protaſſe, cum excreuiſſent per tempus, duraſſe in ſuo ſtatu, tandem vergentia in ſenium eſſe

 dilapſa:

dilapſa: haec fere ſumma eſt rerum, quae de omnibus, quae vnquam fuerunt, florentiſſimis imperiis ac rebus publicis memoriae mandantur. Huius autem viciſſitudinis quia in compluribus regnorum hiſtoria cauſae deprehenduntur admodum ſimiles, ac tantum non eaedem, et pro temporum tantum ac populorum natura atque ingenio variatae; qui has igitur cauſas, quibus ſingula et creuerunt et decreuerunt imperia, expiſcari et edocere ſtudent, operae pretium faciunt, et nobilem hiſtoriae dignitatem atque vtilitatem egregie demonſtrant. Habemus non contemnendam de cauſis magnitudinis ac delapſus imperii Romani diſſertationem MONTESQVIOVI, et multo amplius ac doctius eiusdem argumenti opus clariſſimi ſcriptoris Anglici, GIBBONI; horum veſtigia legere videtur incognitus nobis auctor libri, quem indicamus. Oſmanum regnum, ſi primordia, incrementa, vaſtitatem et gloriam, denique et noſtro tempore acceleratam eius ruinam ſpectes, manifeſtam habuit cum imperio Romano ſimilitudinem; dummodo illius hiſtoria e fontibus tam multis tamque limpidis hauriri poſſet, quam huius, vel potius dum aeque diligenter acceſſi et aperti eſſent fontes, e quibus haurienda eſt adhuc vberior exploratiorque de rebus Oſmanum

num cognitio. Quantum vero exſpectari potuit a ſcriptore noſtro, tantum ille effecit. Succinctam dedit rerum, a populo quondam bellicoſiſſimo, eiusque Principibus geſtarum, narrationem, et ex hac deinceps obſeruationes elicuit aptas ad peruidenda permutationum ſecundarum aduerſarumque, quae vſu venerunt, fundamenta. In duas partes haec diſſertatio ſoluitur; altera periodum perpetui incrementi ſummique faſtigii, quod adſecuta eſt poteſtas Oſmanum, deſcribit, et ab origine imperii per quadringentos fere annos, ſeu ab Oſmano vsque ad Selimum II. (A. C. 1300-1574.) hiſtoriam perſequitur; altera eam vsque ad ſeculi, quod viuimus, primordia deducit, hoc eſt ſenſim deminutae magnitudinis priſtinae imaginem exhibet. Quamquam hiſtoria Turcica nihil nouae lucis lucratur ab hoc libro, quia nec inuſitata aliis monumenta adhibere potuit auctor, nec ſuum eſſe putauit, in hiſtoricorum commentarios accuratius inquirere; tamen haud ſuperuacaneam operam eius, immo perutilem et lectu dignam iudicamus propter admixtas de internis et externis imperii Turcici dilatati et coarctati ſubſidiis obſeruationes, quae ſane virum probant hiſtoriae Aſiaticae et Europaeae perquam peritum, acute videntem, ac ſagacem, quem, vt

 fuſius

fuſius aliquando et accuratius hanc materiam pertractandam reſumat, rogamus.

Leſebuch für erſte Anfänger etc. i. e. Libellus, lectioni tironum Latinae et Graecae linguae deſtinatus. Lipſiae, impreſſ. Sommer. 8. pagg. 240.

Prae multis aliis, qui noſtra aetate prodierunt et quouis fere menſe augentur, libris eius modi, hunc velimus commendatiſſimum eſſe ſcholarum inferiorum magiſtris, vel primae aetatis, ad veteris literaturae veſtibula adducendae, praeceptoribus priuatis. Edidit illum cum praefatione ſua celeb. M. GEORG. HENR. MARTINI, Rector ſcholae Nicolaitanae Lipſienſis, quod nomen haud paruae laudi cedere huic libello arbitramur. Conſtat apte delectis antiquorum ſcriptorum locis, narratiunculis et ſententiis, quibus argumentum ſuum praefixum eſt ſermone Germanico, et ſubiecta vocabula notabiliora. Accedit index elementaris vocabulorum omnium, quae occurrunt in libro, Graecorum pariter ac Latinorum. Eam partem huius chreſtomathiae, quae Latina eſt, congeſſit ipſe MARTINIVS; Graecam vero collega eius Cl. M. IO. CHR. FORWERCK.

Che-

Chemiſche Unterſuchung der rothen Chinarinde; i. e. perill. COTHENII, Reg. Bor. conſil. aulic. intim. et archiatrorum comitis, etc. analyſis chemica corticis peruuiani rubri, eiusque qui hactenus vſitari ſoluit; ſubiunctis obſeruationibus, vtrumque inter ſe comparantibus; et breui hiſtoria generali corticis; praelecta in acad. Reg. Scient. Berol. d. IV Iun. 1783. in germanicam linguam verſa a D. IO. THEOD. PYL. Berol. ap. Gottl. Aug. Lange. 1783.

Digniſſima ſane eſt commentatio, quae le-ur ab omnibus artis ſalutaris cultoribus; e ſpectes dignitatem materiae; ſiue viri il-h pertractantis, qui perennem nominis ſui ebritatem iam dudum ſibi comparauit, am, ſeruato REGE *maximo*, protractis :dicinae finibus, et directis in ſanitatem Bo-ſſorum publicam conſiliis ſaluberrimis, o-me meritus eſt. Praemittit perill. auctor toriam corticis peruuiani rubri, quo nimi-ri onuſta erat nabis Hiſpanica, ab Anglis)ta, et in patriam delata; quique a medicis glicis inſigni cum fructu illique pari, quem m cel. SYDENHAMVS et MORTONVS praedicarunt, adhibitus, ceteris poſtea po-lis innotuit. Qua illius fama percrebreſcen-

te motus viſ perill., vt vires ei inſitas certius cognoſceret, pericula chemica, a ſe delineata, perfici, grauiſſimorum negotiorum copia ipſe impeditus, in pharmacopoea aulica iuſſit. Horum vero deſcriptionem praegreditur rationis enarratio, qua cortex primum Europaeis innotuerit; cuius nimirum vim, Americanis longo iam tempore notam, horum quidam ex grati animi in praefectum *Loxae* Hiſpanum ſenſu, detegit eidem, qui poſt ea Comitiſſam *Cinchonam* (a qua ille denium nomen traxit) febre pertinaci hoc cortice liberauit. Eximium remedium, ob ſiniſtrum ſaepius, ex peruerſa adhibendi ratione ortum euentum, vilipenſum, in priſtinum honorem reſtituit TALBOTVS, ſuffragantibus omnibus fere medicis ſubſequis. Poſt ea adiecit cel. auctor deſcriptionem naturalem arboris, modique, quo illa cortice denudetur, isque porro ad vſum aptetur: nec praeteriit varias arbores, quarum corticem tetra lucri cupido vero ſuppoſuit: e. gr. Caſcarill., Switeniam, Mahag., Cichon. Caribaeam, Achrae quatuor ſpecies, imprimis Sapotam L., Lyriodendron tulipiferam, cet. Ruber diffractus fibris tenacioribus praeditus eſt, faciliori negotio in puluerem redigi poteſt, et grauitate ſpecifica maiori ($\frac{1}{20}$) gaudere, ſuetto hucusque cortice videtur. Infuſae cum

aquis

deſtillatae frigidae vnc. 16. vtriusque cor-
nciae duae, diſſlata aqua, exhibebant ex-
m; communis drachm. 2., ruber dr. 3.
gr. 10. Cum aqua deſtillata ebulliente pa-
nfuſa ſaturatiorem ſiſtebant colorem;
que pelluciditatem turbabat adiectum ſal
i, expulſis particulis reſinoſis. Illius de-
m colatum et euaporatum praebebat dr.
tracti homogenei gummoſi: hoc ſcr.
uperabat quantitatem antecedentis, ſimul-
granulatae velut conſiſtentiae erat, hete-
nei indolis indice: eiusque pars ſolum in
, reliqua in vini ſpiritu ſoluebatur. V-
e cortex cum lacte coctus, eadem exhi-
phaenomena, et dr. 5. extracti flauidi
laginei. Vinum priori ſuperfuſum, et
eo digeſtum, praeuia euaporatione ſiſte-
r. 3. extracti mixti, poſterioris vero quan-
reſidua erat drachmar. 5. Illius eſſentia
optimo vini ſpiritu parata, ſaporis erat
non vero vrentis, colorisque bruni et
cidi: huius vero ſapor magis igneus, co-
obſcurior, imperſpicuus: prioris extra-
reſinoſum dr. 2. poſterioris dimidiam
ita, cum ſcr. 1. pondere aequabat. Col-
am ſuo iure perill. COTHENIVS ex
periculis, corticem rubrum non ſolum
nuni acriorem eſſe; ſed hoc praeprimis

pen-

pendere a maiori partium reſinoſarum copia: nihilominus analyſin vlterius eſſe proſequendam ratus, plura adhuc inſtitui iuſſit experimenta. Vterque aquae ab illo abſtractae neque praecipuum odorem neque ſaporem impertiebatur; et reſiduum colatum, cum gallarum infuſo remixtum, nullo modo nigreſcebat. Quae ſpiritus ſalis ammoniaci cum vtroque digeſtus inde extrahebat, alcalini erat odoris et ſaporis, cum adſtringente copulati: Volatilibus calore expulſis remanebat materia gummoſo-reſinoſa, alcalini expers, et ex poſteriori pondus (dr. 7.) ſuperabat prioris extractum $\frac{1}{24}$. Eadem ſemper vtriusque cortis quantitas, cum $\frac{1}{4}$ ſalis tartari commixta, et in aquae deſtillatae vnc. 16. ter cocta, euaporatione peracta, exhibebat extractum ex bruno nigreſcens, alcalini inſimulque adſtringentis ſaporis, eo vero cum diſcrimine, vt ex priori (dr. 13.) grauior eſſet altero $\frac{2}{19}$. Cum ſpiritus vitrioli dimidia vncia, et aqua 15 vnc. digeſtus, fluido communicabat odorem, ſaporemque acidum, et adſtringentem; illoque vero expulſo, prioris pars remanens tenax reſinoſa, valde acida, quodammodo empyreumatica, ponderis erat dr 3. ſcrup. 2; poſterioris dr. 3. Rubri puluerifati vnc. 8. per ſe deſtillatae, fundebant phlegma acidulum, (vnc. 2. dr. 6.) ſapore

pore et efferueſcentia cum tartari ſale digno-ſcendum, et oleum empyreumaticum nigrum (dr. 5.); capiti ſic dicto mortuo, in cineres conuerſo, ſuperſuſa aqua extrahebat ſalis alcalini vegetabilis gr. 22, tartari vitriolati gr. 6: reſiduam partem inſolubilem efferueſcendo ſuſcipiebat nitri acidum; ex quo colato, deiiciebat acidum vitrioli terram calcariam (gr. 48.): illi vero acido reſiſtens portio, in filtro haerens, a ſalis acido fere tota ſolui poterat, cui tunc affuſum ſanguinis lixiuium colorem coeruleum induebat: alia eiusdem portio cum ſale ammoniaco depurato igni fortiori expoſita, in martiales ſalis ammoniaci flores abibat: ferri itaque (gr. 8.) praeſentiam optime indicabat. Quae adhuc remanebat pars non ſolubilis, erat ſelenites, (gr. 6.) cum particulis aliquot carbonaceis remixtus. Simili ratione tractatus cortex Per. comm. ſiſtebat ſalis alcal. gr. 30, tart. vitriol. gr. 4, ferri gr. 4, terrae calc. gr. 37. Selenit. gr. 5. — Ex omnibus hisce inter ſe collatis infert vir cel., rubrum cinchonae corticem, non ab noua planeque diuerſa illius ſpecie, proficiſci; ſed deglubitum modo eſſe ab antiquioribus arboribus, communem a iunioribus, (qua in re, cum cel. DV ROI et nos aſſentientes habet): illum quoque ante 50 annos et amplius iam adhibitum, in

deſue-

deſuetudinem abiiſſe, deſtructis arboribus veteribus; multisque rationibus allatis probabile eſſe, Hiſpanos illum, vt praeſtantiorem ſibi ſolis vindicaſſe: de reliquo maiorem ei ineſſe vim, ſuadere maiorem partium reſinoſarum et martialium copiam. Non poſſumus non perill. viro, ſenium venerandum vtilitati publicae et ſcientiis adhuc vouenti, gratias plurimas pro hac ſua commentatione perſoluere; quarum quidem partem etiam meruit cl. interpres, a quo ipſo, vti et ab eius amicis, cl. SELLE, HERZ, STOSCH, VOITO, et a CAMPERO quoque potior corticis rubri vis viſa eſt.

Abriß der Gelehrſamkeit etc. i. e. Compendium eruditionis encyclopedicis lectionibus inſeruiturum, auctore D. CHRIST. HENR. SCHMID, Profeſſ. Gieſſenſi. Berolini ap. C. F. Himburg. pagg. 484. 8.

Immenſus eſt campus, quem percurrit auctor. ſiquidem ducentarum et decem ſcientiarum argumentum, vtilitatem, hiſtoriam breuiſſimis expoſuit. Amat genus ſeculi noſtri eiusmodi libellos, quos qui legunt, canum ſimiles eſſe videntur, qui de Nilo lambunt. Melius quidem eſt Pieridum fontem, vt An-

glus

gius ille cecinit, plane non guſtare, quam ſitim inde non reſtinguere. Verum non plane reiiciendi ſunt huius generis libri, ad ſororium vinculum, quo ſcientiae coniunctae ſunt, perſpiciendum, humanumque ingenium, quod in tam variis artibus et cognitionibus ſe a multis inde ſeculis exercet, eo maiori admiratione et veneratione proſequendum. Prodeſt etiam ſcire, quinam in quocunque literarum et cognitionum humanarum genere optimi ab idoneis arbitris iudicentur libri; atque hos magna ſedulitate adduxiſſe videtur A. Sicut qui ad certas claſſes varia humanarum ſcientiarum genera hactenus redigere voluerunt, operam ſuam eruditis non probauerunt: ita verendum eſt, ne tabula, quam A. profert, generalis omnium ſcientiarum paucos nanciſcatur laudatores fautoresque. Tria facit principia, quo omnis cognitio vltimum referenda ſit; videlicet nosmet ipſos, orbem, quem habitamus, creatoremque. Scientia, quae ad hominem proxime pertinet, primo in cognoſcendo humano corpore tum externo tum interno verſatur, deinde in excolendo tum corpore tum mente humana; tandem in ſocietatum iuribus, officiis et hiſtoriis dignoſcendis. Habet haec diuiſio id incommodi, quod theoretica et practica pars ali-

alicuius ſcientiae nimis magno interuallo ſeparentur. V. c. Logica theoretica delineatur recte ſtatim poſt Pſychologiam, practica traditur, interiectis nonnullis medicae artis partibus. Artes liberales, v. c. architecturam, ſculpturam, picturam etc. inter eas ſcientias, vix quisquam quaeſiuerit, quibus cultura animae obtineatur, ſed habentur auctori partes Aſthoticae practicae. Res metallica et ſtrategetice, quibus erroribus in hiſtorias migrauerint, dicere non habeo. BVFFONVS, quia in procreandis rebus natura ſyſtemati ſe non accommodat, res a natura genitas deſcripſit, poſthabita ſyſtematis cuiuscunque ratione. Mens humana in iis, quae inuenit, tam varia, multiplex, et diuerſa eſt, vt fruſtra laborare ii videantur, qui haec omnia ita ſub certis claſſibus diſponere velint, vt nihil in iis deſiderari queat. Quoniam nihil tam certum eſt, quam neminem omnia ſcire: exſpectandum eſt omnino, virum, etiamſi praeter maxime generalia ſcientiarum principia, et argumenta nihil proferat, tamen ſi de rebus loquatur, quarum *ἄμυσον* ſe profiteatur neceſſe eſt, labi interdum et errare, atque tam turpiter labi, vt qui haec ſtudia vel primis, vt aiunt, labiis deguſtauerint, riſum tenere nequeant. Contendit enim p. 167. *aliquot* libros biblicos

lingua

lingua Chaldaica emortua conſcriptos eſſe, liquot in eam verſos. *Lingua Syriaca*, ita ergit A. *partim mortua eſt, partim viua. Extat verſio Vet. Teſt. lingua antiqua Syriaca, ſubſidium criticum. Proſtant plures verſiones librorum N. T. dialecto Maronitica linguae Syriacae recentioris conſcriptae.* Quot verba, tot turpiſſima vitia, vt cuilibet tyroni notum eſt.

III. *De libellis academicis et ſcholaſticis.*

Lipſiae diſſertationis phyſico-chemicae *primam partem de aquis Lipſienſibus* d. 31. Maii 1783. defendit M. IO. THEOPHILVS DAEHNE, aſſumto ſocio IO. THEOPH. FRID. KOELLNER. Diſſerit cl. auctor ſub initium de natura aquae, quam elementis merito annumerat, (aduerſantibus licet pluribus cl. viris;) cuius ad fluiditatem, a ſolo igne pendentem, opus eſt 33° Therm. *Fahrenh.*; immo candeſcere etiam valet. Continet quoque, non vero eadem in proportione, varia aeris genera; fixum, dephlogiſticatum; coctа phlogiſticatum: et ad corpora, ſalina imprimis, ſoluenda eo aptior eſt, quo pluribus ignis particulis gaudeat. Elaſticitatem illi ſummo iure

adſcribit cl. vir; ſed vim experimentorum *Leidenfroſtianorum*, ad probandam aquae in terram mutationem prolatorum, negat; quum eadem cum cuprea lamina valde polita, (loco ferreae,) irrito cum euentu repetierit. Sequuntur ea, quae plerumque inſunt aquis communibus, partim mechanice admiſta, partim ſoluta; terra argillacea, calx ſalita, acidum aereum: (aerem vero antizymiacum, putridum, limoſum, cet.; a natura illis admixtos eſſe, recte ſi quid videmus, auctor dubitat:) ſaepe etiam gypſum et nitrum; interdum quoque alcalini portio, magneſia vitriolata, calx et ferrum, aerata, muria, materia extractiua, rel. Poſtea demonſtrat aquarum explorandarum vtilitatem et neceſſitatem, (quum ſanitati conſeruandae, artibus variis et chemiae, magis vel minus ſint idoneae;) minime vero tacet difficultates inſignes, huic analyſi obuias. Denique aquas Lipſienſes enumerat, et deſcribit, quas vrbi ne vllus quidem fons ſuppeditat; habet vero puteos publicos LXXII; vtitur quoque tribus fluminibus, Plisna, Eliſtro, et Partha: praeter ea foſſa, vrbis moenia cingens, proprias aquas habet, et fluuiatiles accipit e Plisna, fiſtularum ope deductas; quae vero nihilominus ſtagnantes, peſtiferum odorem aeſtate exſpirant; quamobrem de

illa

i aggere congeſto exſiccanda nunc nauatur
era. Quum vrbem vero nulla intret fluens
ua, putealis vero non ſatis neque copioſa
que idonea ſit ad vſus domeſticos, exſtru-
ſe ſunt annis abhinc 240 amplius duae ma-
nae, quibus aqua, ex Pliſna et quatuor pu-
s hauſta, et per cylindracea vaſa embolo-
n ope ad certam altitudinem ſublata, in re-
ptacula confluit, e quibus deinde per fiſtu-
maiores in vrbem delabitur, ibique per
nores fiſtulas ad vſus publicos et priuatos
pellitur. Qua quidem ratione, quum
hae machinae intra 24 horarum ſpatium
900 pedes cubicos aquae emittant, maxi-
fere vrbis pars viuae aquae fruitur bene-
o. Quibus praemiſſis

Ibidem de *aquis Lipſienſibus diſſertationem*
ram pro ſummis in medicinae honoribus
ſequendis d. V Sept. a. c. defendit cl.
EHNE. Rationem primum reddit modi,
em in aquis explorandis tenuit; quemque
perlectis optimorum auctorum hac de re
iptis libris deprompſit. In vſum vocauit re-
ntia, quae dicuntur, idonea, non minus
m euaporationem; praemiſſa indagatione
ita et ſollicita qualitatum phyſicarum, impri-
s aeris varii. Segregatis itaque inertibus et
acibus, olim adhibitis reagentibus, a ſpecta-

 tis

tis et ſinceris, vſus eſt imprimis ſale alcalino, quod vocant phlogiſticatum, tinctura gallarum ſpirituoſa, ſacchari acido, tartaro ſolubili, ſale acetoſellae, alcalino fixo volatilique aerati, calcis aqua, tinctura aquoſa tum e curcuma, tum ex Fernambuco et heliotropio parata, terra ponderoſa ſalita, argento nitrato, cet.; quaeque addidit non modo aquis recenter hauſtis, ſed quoque ad certum gradum evaporatis. Sumſit menſuras 16-32 (quarum ſingulae ℥xvi capiebant) aquae evaporaturae, quae, leni balnei mariae calore ad tertiam partem conſumta, in locum frigidiusculum transferebatur, ut forte cryſtallos dimitteret: quo facto reſiduum ſiccatum, aqua, vini ſpiritu aut aceto ſolvebatur, quod poſt ea novo ſubjiciebatur examini. Explorata vero nunc aqua Pliſſae fluvii, detegit cl. vir in quavis eius menſura, unum pollicem cubicum acidi aerei, et tantundem aeris fixi, pulveris ſilicei gr. $\frac{1}{10}$, calcis aeratae gr. ß-2, terrae calcariae aduſtae, atque humi ruralis, materia extractiva ſubfuſco colore donatae gr. 1-4, argillacei admixti gr. ß-1ß, calcis ſalitae gr. ß-$\frac{3}{4}$, ſalis communis $\frac{1}{4}$-$\frac{1}{2}$, alcali mineralis aerati $\frac{1}{8}$-$\frac{1}{4}$, extractivi mucilaginoſi $\frac{1}{2}$-$\frac{3}{4}$. Sequitur 1) analyſis aquae ex puteo primo et 2) puteo ſecundo machinae hydraulicae veteris, dein 3) ex

puteo

uteo primo, et 4) ſecundo nouae machinae
ydraul., 5) ex receptaculo mach. veter., et
) nouae, mixtam ex puteali et Pliſnenſi con-
inentibus, 7) ex vtroque receptaculo mixtae,
) ex Eliſtro fluuio, 9) Partha. Quibus ab-
olutis progreditur ad examen aquarum, e
uteis vrbis publicis prouenientium, et a §.
XII - LXI. deſcriptarum; quibus ſubiungit
ontes tres extra Lipſiam, quorum omnium
nalyſes curatius enarrare huius loci non eſt;
lecerpemus itaque ſolum notabiliora. Aere
ario quaedam aquae valde diuites ſunt, vt
nenſurae vni inſint 5″ acidi aerei, cum 1″ pu-
i (2.): acidi aer. 6″, puri 1 ½ (§. 63.); immo
cidi aer. 9″, et puri 3 (§. 63.): paucae aerem
hlogiſticum fouent; a ⅝″ (7) ad 1 ½″ (3. 9).
Quaedam continent alcali vitriolatum a 1/32 - ½
ran.; plures nitrum, a 1/64 - ¼ gr.; nonnullae
errum aeratum, a 1/32 - 1 gran.; duae magne-
iam vitriolatam ⅑ (§. 55.) et ½ (§. 63.). —
Colligit itaque in epilogo cl. auctor, aquas
llas non eſſe tam prauae naturae, quam vul-
o putantur: immo comparatione facta cum
quis aliorum locorum, quarum examina pu-
lici iuris facta ſunt, certum eſſe, Lipſienſes
onas eſſe. Heterogenearum partium maxi-
nam portionem eſſe calcem, minorem tamen,
uam quae ſanitatem turbare poſſit. Qui illas ta-

men metuant, eos poſſe easdem per ſolam quietem et noui aeris admiſſionem a maxima calcis parte liberare. Calcem aeratam et vitriolatam in quibusdam hoſpitantem non videri ad ſtrumas facere, quae rarius incolis contingant. — Quod ſupereſt, lubentiſſime fatemur, cl. auctorem de hiſtoriae Lipſienſis naturalis hac parte optime eſſe meritum; et innumeris fere ſuis experimentis, ſcite apteque inſtitutis illud ingenium, eam in ſcientia peritiam atque aſſiduitatem demonſtraſſe, quae verum praeſtantemque chemicum conficere nobis videantur.

Marburgi cum ſupra laudatis libellis clariſſimi CVRTII, (cf. Vol. II. h. a. pag. 121. et pag. 275.) ſimul fere ad nos peruenerunt tria eiusdem ſcriptoris elegantiſſimi opuſcula:

Memoria Georgii Philippi Michaelis, Philoſ. et Med. Doctoris, huius primarii, phyſices ordinarii Profeſſoris. Enumerat primum nonnullos Profeſſores medicos, qui ſcriptis et ſuam et academiae Marburgenſis famam nobilitarunt. Eminent inter hos *Euricius Cordus*, ſeu *Henricus Vrbanus*, qui ab a. 1527-1534. Marburgi docuit, atque in ſcriptis ſuis, botanologico, de ſudore anglico, de calculo

tale et peſte, de vrinis, de vroſcopia, quo ſuperſtitiones hodienum ſuperſtites exſibilantur, ingenium felix et rectum iudicium liquido probauit; *Ioannes Cornarus*, ſeu *Io. Hanbutt*, immenſae doctrinae vir, veterum Graecorum et Latinorum medicorum editor et interpres, ab a. 1542 - 1549. Profeſſor; *Io. Hartmann*, primus per Germaniam chemiae Profeſſor a. 1609. conſtitutus, aliique non pauci. Quod ſi vero ſtudium obnixum pro academiae ſalute et ardorem animi in augendis rei medicae commodis ſpectes, principem fere locum teſtatur iure deberi ei viro, cuius memoriam poſteris commendat. Natus erat Marburgi a. 1712. in paedagogeo patrio educatus. Per quadriennium in academia ibidem verſatus; Helmſtadium *Laur. Heiſteri* audiendi cauſa petiit, ibidemque et *Brandano Meibomio* et *Petro Gerikio* doctoribus vſus eſt. Poſtea Argentoratenſem etiam academiam ſalutauit, et rediens in patriam celeberrimos hortos medicos, bibliothecas et thermas acidulasque Germaniae accuratius cognoſcere ſtuduit. Doctoris ornamenta et medici publici in vrbe patria munus conſecutus, mox dignus videbatur, qui caſtrenſis medici fungeretur prouincia inter copias Haſſiacas, in Belgio aduerſus Gallos militantes, poſtea

etiam in Angliam praeſidio miſſas, et denique in bello ab a. 1757. per magnam Germaniae partem circumiectas. Pace recuperata MICHAELIS a. 1762. Profeſſor medicinae denominatus, et anno poſt SCHROEDERO Gottingam vocato, primarium inter medicos locum cum philoſophiae naturalis docendae prouincia obtinuit. Praeter octo libellos academicos nihil edidit; publici iuris autem facturus erat congeſta et a ſe et a ſocero ſuo, *Io. Phil. Hombergio* obſeruata multa de vario morborum plurium vultu ac fortuna, et conſilia medica. At mors oppreſſit conatum. Obiit d. 18. Dec. 1782. Suppellectilem eius et *Hombergii* librariam dono fert bibliotheca academica.

Quaedam de Ottonum conſilio incorporanda *Germaniae et Italiae.* Credibile fecit auctor hiſtoriarum omnis aeui peritiſſimus, *Ottonem primum*, Italorum victorem, conſilium callidum animo agitaſſe, ſublato penitus diſcrimine omni inter regnum Germanicum et Italicum, vtrumque adunandi et commiſcendi, vt prognatae olim ex vna ſtirpe Germanorum et Longobardorum gentes denuo coaleſcerent et vtriusque regni iura confunderentur. Haec quidem res auctorum coaeuorum haud nititur teſtimoniis; verum coniectura perquam veri

ſimilis

ſimilis eſt. Non enim caſu, ſed deliberato factum eſt haud dubie, vt comitiis variis Germaniae intermiſceret Italos, vt ſibi Regis Longobardorum nomen ſumeret, Berengario per aliquod tempus vmbra Regis relicta, vt duo tractus Italiae Henrico, Bauariae Duci regendos traderet, ab Italiae corpore haudquaquam diuulſos. Imitati hoc conſilium eius filius et nepos. *Otto II.* regni Italici coronam ſibi imponi haud videtur paſſus eſſe, quod inſignia regni Germanici, quibus in tenera aetate ornatus fuerat, ad Italiam quoque pertinere credi volebat. Veronae a. 983. in comitiis electus Rex eſt, ibidemque negotia alia, ad ſolam Germaniam ſpectantia, pertractata ſunt. *Otto III.* vero Italicam coronam ſpreuit manifeſto, Aquisgrani regiis ornatus inſignibus, et coronatus a primis Italiae et Germaniae Archiepiſcopis coniunctim, Ioanne nempe Rauennatenſi et Willegiſo Moguntino; manifeſto indicio, Italiam Germanici regni tum habitam eſſe partem. Sed cum illo immatura morte peremto intercidit vtriusque regni coniungendi ſpes, et quod hactenus proſpere cedere videbatur, conſilium.

Denique *Solennia ſacra ab academia Wirceburgenſi ducenteſimo poſt inſtaurationem anno rite celebranda* nomine academiae Marburgenſis

genſis congratulatione proſecutus eſt, praemiſſis nonnullis ſuper Antiſtitum Wirceb. de literarum cultu meritis, et academiae illorum fatis aduerſis ac ſecundis.

Ibidem Conſult. IO. ANDR. HOFMANN proluſionem edidit, qua *varias ſignificationes baculorum iudiciariorum aliorumque* in medium protulit. (1783. 3 pl. et dimid. 4.) De iurisprudentia ſymbolica, quam vocant, multi iam non inepte ſcripſerunt. Pleroſque in hoc ipſo libello enumeratos reperias. Et hoc forte vnicum eſt auctoris meritum, ſi modo meritum vocandum, quod, quae alii ſcriptores de variis baculorum, in iudiciis vel olim, vel nunc paſſim vſitatorum ſignificationibus diſputarunt, ea diligenter compilauit, ſtilo vſus negligentiſſimo et ſaepe barbaro. Incipit v. c. his verbis: *Cum magiſtratu academico abiens ſum,* etc.

Helmſtadii. Natalitia Chriſti ſancte colenda ciuibus ſuis Academia, VELTHVSENIO interprete, commendauit programmate, cuius argumentum eſt locus *Dan.* II, 27-45. animaduerſionibus illuſtratus. In primis obſeruationes continet *de principum romanorum. connubiis*

connubiis

nubiis ad firmandam tyrannidem inuentis. (plagg. 3.) Antiquitas viſi memorabilis quum auctoritate Porphyrii comprobatur, tum veſtigiis babylonicae originis libro impreſſis, ſectionibus chaldaicis. KENNICOTTI ope *quatuor* loci textus emendantur. Comm. 39. ארע מינך; (*fatale prolis tuae exitium*, ex ſyr. et arab.) vox ſecundo loco ſuperflua אחרי expungitur; comm. autem 44. דמלכותה cum ה nudo, absque Mappik, tanto confidentius ſcribitur, quia *amplius viginti codd.* א emphaticum praeferunt. Regis babylonici ingenio, ad omnia captanda proniori, et tam in coloſſo aureo a ſe exſtructo, quam in vrbe imperatrice ſuis auſpiciis condita glorianti, oſtenditur, apprime conueniſſe allegoricam ſeu hieroglyphicam mundanae tyrannidis imaginem. Non ſucceſſores, quorum tertius nouem tantum menſibus titulum regis puer geſſerit, quartus molli vita eneruatum principatum inter vinum et crapulum trucidatus amiſerit, quaſi pumiliones giganteo habitu ornatos, ſed populos, deſcribi, de principatu contendentes, tribus potiſſimum argumentis adſtruitur, quorum poſtremum ac grauiſſimum inde colligi licet, quod tanquam praeſtantiae ſignum auguſtiori illi et caeleſti imperio propheta hanc vindicat dignitatem, traditum

ditum non iri alii populo. Praeter Ioſephi atque Hieronymi auctoritatem, ex quibus iſte, ne Romanorum animos offenderet, argillaceam ferrei regni naturam de induſtria praeteriuit, Lapidis autem rationem ſuo quidem tempore adhuc futuram faſſus eſt, Dionyſii Halicarnaſſenſis iudicium de quadruplici orbis terrarum principatu fuſius exponitur. Connubiorum potentiae roborandae cauſſa inuentorum, et cum frequenti diuortio ac raptu grauidarum a principibus romanis coactorum, exempla memorabilia, per tres potiſſimum periodos ex Scriptoribus hiſtoriae auguſtae explicantur. Caeſaris tempore iam Cato intercedens clamauerat, nuptiarum lenociniis rem publicam collocari. (διαμαστροπεύεσθαι.) Inſigniori ſtudio Hadrianus familiam operoſe a ſe adoptatam in principatu confirmare annifus eſt. Maxime autem in hoc genere commemorabile fuit Diocletiani exemplum, quippe qui, nutante iam re publica, paullo ante, quam ſumma imperii, mox in duas lacinias diſcerpendi, Byzantium transferretur, vt orbem romanum inter quatuor principes diuiſum aliquatenus contineret, filiam ſuam et collegae priuignam creatis a ſe nouis Caeſaribus obtruſit, eosque priores vxores repudiare coegit. Quodſi quis nunc,

ſiue

ſiue poeta ſiue pictor, omnem hiſtoriam inde a Nabuchodonoſoro, qui ſibi caput aureum humanae potentiae videri potuit, vsque ad Honorii aetatem vno obtutu complectens, allegorica quadam imagine ſummam mundanae tyrannidis expreſſurus, talem nobis coloſſum, his ſignis diſtinctum, adumbraret, peritiſſimo cuique allegoricarum picturarum aeſtimatori et veritatem et artem ingenioſae fictionis approbatum iri animaduertitur: atque hoc ſolo momento aliquid diſcriminis intereſſe, quod illius picturae auctor res longiſſime futuras vno contuitu praeuiderit. An vero auguſtior haec Religionis potentia, intra iſtud annorum circiter trecentorum ſpatium, tam inſigni politicarum affinitatum ſtudio memorabile, diuinitus inuecta, ſtatum rerum fortunatiorem, quam qui fuiſſet ante, orbi terrarum attulerit, illud non ab noſtrae memoriae hiſtoricis aut philoſophis, iisque interdum parum iuſtis bonorum ſuorum aeſtimatoribus, nec raro rerum geſtarum rationes ac ſtatum ex friuola ingenii petulantia fingentibus, ſed ab hiſtorico coaeuo, Paullo Oroſio, * (l. VII. c. I.

* Progr. pagg. XXIII. lin. 4. a fine error typographicus ſic corrigendus eſt: OROSIVM, ſcriptorem haud ſpernendum, audiamus, rell.

rabit.) Appian. Alex. de bell.
Toll. p. 720. pro καίπερ ὄντι
ex Plutarcho, quem verbotenu
exſcribi conſtat, legendum: τ
καθωμολογημένην τῶ Καισαρίωνι
lia. in Antonino Philoſ. ed.
Tuncque primum romanum in
Auguſtos habere coepit, quum
(ſc. Marcus) cum alio particip
nere vaticiniorum allegoricorum
praedicto reſpondentium, qu
OHAELIS, vir perill. noſtrum
tulit, etiam hoc illuſtrari poſſ
quod omnis contra religionem
gens potentia, tam ciuilis iſta ab
ſepticolli (Roma et Conſtantino
ſecta, quam illa ſanctitatis ſta

ctrinae ſpecimine plus vice ſimplici laudatus, orationem habuit *de ſingulari et incredibili eorum, qui Auguſtanae confeſſionis auctores et ſtatores fuerunt, conſtantia*, typis Strauſſianis editam: ad quam audiendam cl. C. G. SCHÜTZ, Eloq. et Poeſ. P. P. O. inuitauit, praefatus *de his, qui Paulo doctrinam Dei cauponari dicuntur* 2 Cor. II, 17.

Vitebergae praeſide F. V. REINHARD, viro S. V. diſſertationem *de moribus hominum ante-diluuium ad locum Geneſ. VI, 1-4.* defendit a. d. V Aug. auctor M. CAROL. FRID. STEIN. Etſi nihil noui, quantum ſcimus, in hac diſſertatione, prolatum fuerit: tamen ſpecimen diligentiae tale eſt, vt non exiguam ſpem excitet, fore vt aliquando limatiora et doctiora ab eodem auctore profiſciſcantur. Primo in ſenſum verborum, quae explicanda ſibi ſumſit, inquirit, deinde mores hominum ante diluuium breuiter delineat. Putat enim fuiſſe ad libidinem probos, iniquos, crudeles, impios, audaces Dei contemtores rel.

IIII. Noua literaria.

Londini famigeratiſſimus ſcriptor, LINGVETVS, publicauit denuo librum ſuum celeberrimum: *Annales politiques, civiles et litteraires du dix-huitieme ſiecle.* Prodiit eius volumen decimum, in cuius fronte leguntur verba: *Surrexit e mortuis.*

Pariſiis duumuiri magni nominis, ALEMBERTVS et HOVBIGANTIVS, vita defuncti ſunt.

Petropoli viuere deſiit a. d. XVIII Sept. Mathematicorum noſtrae aetatis facile princeps LEONARDVS EVLER, natus annos LXXVII.

Ebroduni vaſtum opus paratur: *Loix civiles, eccleſiaſtiques, et criminelles, par* MM. DOMAT, D'HERICOVRT *et* MVYART DE VOVGLANS; *Nouvelle Edition, corrigée conſiderablement augmentée, et miſe à l'uſage de toute l'Europe, par une ſocieté de Juriſconſultes. Le tout revu et publié par* M. DE FELICE. Erit inſtar vniuerſalis legum codicis. Scriptores tres ſupra dicti, et ſatis cogniti ac laudati, accurate typis repetentur, ſublatis tamen

men vitiis typographicis, quibus opera eorum in editionibus prioribus inquinantur; addentur obſeruationes et emendationes neceſſariae et vtiles. Suſceperunt enim tres Iurisconſulti Francogallici, LE BLANC, DE LANZAI, DVRAND DE MAILLANE, itemque tres Germanici, CHRISTIANVS GMELINVS, CHR. GOTTLIEB GMELINVS et LE BRET, curam reuidendi perficiendique totius operis, ita, vt quisque illorum eam iurisprudentiae partem, cui potiſſimum ſe dedit, illuſtraturus ſit. Editor vero his adiunget ſuam quoque operam et animaduerſiones adiiciet, quae pertinent maxime ad declarandum diſſenſum, qui ſaepe eſt inter populorum leges, et in fundamentis verae iuſtitiae immobilibus. — Vberiorem huius propoſiti deſcriptionem offert programma quoddam ſingulare, (*Proſpectus*) nuper promulgatum. Totum opus decem formae quadratae maioris voluminibus conſtabit; quorum quodque vendetur *decem libr. Gallic.* pretio. Emendi cupidorum in noſtris regionibus commoda curabunt Annalium editores.

Lipſiae poſſidet V. Cl. GEORG. HENR. MARTINI, Rector ſcholae Nicolaitanae, commentarios *de Beghardis et Beguinabus,*

quos immortalis MOSHEMIVS manu ſua ſcripſit, et editum aliquando iri ipſe promiſit in hiſtoria ſua Chriſtiana maiori. Hos ille nunc in lucem emittere conſtituit, ita tamen, vt partim, collatis diligenter ſcriptoribus, e quibus auctor hauſit ipſe narrationem ſuam; vbi opus fuerit, emendatiores, partim vero, nouis perquiſitis et apertis fontibus, vberiores reddat. Suſcepti laboris feliciter perficiendi praeſidia quaedam, Pontificum in primis Breuia, ad hiſtoriae hanc partem ſpectantia, nuper iam Roma accepit, vbi tamen non repertum eſt breue illud P. M. Iohannis XXII, quod incipit: *In agro Domini.* Circumſpexit item alias opportunitates operis eximio fructu elaborandi. Sed a nobis etiam rogandi ſunt viri docti, quotquot literis fauent, vt, ſi quid ſcriptorum ac monumentorum, ad obſcuram hominum iſtorum memoriam illuſtrandam quoquo modo ſpectantium in promtu fuerit, hoc nolint cl. MARTINIO ſeu publico vſui potius inuidere.

Raro fidem eſſe adhibendam, iis quae nouorum nomine in Ephemeridibus literariis Gothanis venduntur, nupero exemplo iterum nobis compertum eſt. Falſi ſunt omnes nuncii Oxonio allati, (p. 800. anni 1783.) praeter-

quam

quam quod KENNICOTTO mortuo Bibliothecarius Radcliuianus ſufficiendus eſt. Nam nullae ciſtae libris refertae ibi cuſtodiuntur, quae nec dum apertae fuerint. Perpauci in hac Bibliotheca ſeruantur codices MSti, iis exceptis, quos IACOBVS FRASERVS ex India Orientali in Angliam deportauit, et quorum catalogus extat, etſi mancus et imperfectus, in fine vitae Nadir Shah hoc auctore Anglice editae Londini 1742. 8. Accuratior codicum index fortaſſe aliquando prodibit cura cl. VRI, Hungari, iam multis abhinc annis in conſcribendo catalogo MStorum Orientalium, qui Oxonii ſeruantur, occupati. Falſum eſt annuum ſalarium bibliothecarii eſſe 400 libr. Anglic. Eſt enim tantum 150 libr. Tandem, quae de liberis Kennicottianis, quorum curtae ſint facultates, narrantur, vera eſſe nequeunt, quia coniugium huius viri ſine prole fuit. Vidua, etiamſi non magnos reliquerit theſauros, minime pauper eſt.

Cl. CHRISTIAN. VLRIC. DETL. EGGERS deſcriptionem Islandiae ſubſcriptionis lege tribus voluminibus a ſe edendam Hafniae promiſit, quae quidem, quum ex plus centum libris compilata, atque Geographiam, Phyſicam, Hiſtoriam, ſtatum ciuilem, et literaturam

huius inſulae fuſe expoſitura ſit, ceteros, qui hactenus de Islandia prodierunt libros, facile ſuperabit. Helmſtadii excell. KLÜGEL ſubſcribentium nomina ad auctorem perferenda curabit. Conſtabit ſingulum volumen thaleris a monetae Hamburg.

Ratisbonae exper. D. IOH. IAC. KOHLHAAS inſtitutiones chirurgicas ſubſcriptionis lege editurus eſt, quibus, quicquid chirurgis cognitu vtile eſt, ex mathematicis, philoſophicis et medicis ſcientiis proferetur.

Argentorati mortuus eſt cel. Medicus et Chemicus SPIELMANN anno aetatis LXI.

Tremoniae ſecundus in archigymnaſio Profeſſor denominatus eſt Cl. GABLER, A. M. et collegii Repetentium Gottingenſis ſodalis doctiſſimus.

Gryphiswaldiae in locum MAIERI, Profeſſoris mathematum vita defuncti, ſuffectus eſt Cl. NORDMARK, Obſeruator aſtronomicus in acad. Vpſalienſi.

Tre-

Traiecti ad Moeſam mortuus eſt a. d. IIII Aug. h. a. GVIL. ALB. BACHIENE, Prof. Aſtron. et Geogr. auctor deſcriptionis Palaeſtinae.

Stutgardiae IO. CHRISTIAN VOLZ, gymnaſii Rector et Praelatus Bebenhuſanus, anno aetatis LXII. mortuus eſt.

Cl. CROME, Rector ſcholae Einbecenſis, Rectori Iohannei Luneburgenſis, MIRO nuper vita defuncto, ſuffectus eſt.

Bremae d. XVII Iul. obiit IO. PHILIPP. CASSEL, Prof. eloqu. in gymnaſio, vir de hiſtoria patria, eccleſiaſtica et literaria, ſcriptis quam plurimis bene meritus. Vixit annos LXXV.

Helmſtadii vir ill. LAVRENTIVS CRELL, Medic. Theor. et Materiae Medicae P. P. O. et excell. FRIDERIC. AVG. WIDEBVRG, Philoſ. P. E. Profeſſores Philoſ. Publici Ordinarii deſignati ſunt ex mandato SERENISSIMI PRINCIPIS, QVEM VENIENTE ANNO QVEM DECEDENTE CANEMVS.

INDEX.

I. Anecdota.

Ex literis b. I. F. Winckleri. p. 481

II. De libris nouis.

1. Hallers *Beyträge zur Geſch. und Heil. der Kranken.* p. 485
2. Crell *neueſte Entdeckungen in der Chemie.* T. VIII. IX. X. 486
3. Wehrn primae lineae iur. rom. priv. 490
4. Leu. -- Deut. ex edit. et verſ. Moſis Mendelidis. 497
5. Baldinger Pharmacopoea Edinburg. 511
6. Spangenberg *Anmerkungen über* Sexſtetter *Schrift etc.* 515
7. Michaelis *Erklär. der Begräbniſs - und Auferſtehungsgeſch. Ieſu.* 516
8. Iungius de reliquiis. 523
9. *Ueber die Urſachen der Gröſse u. d. Verſ. des Oſmaniſchen Reichs.* 535
10. *Leſebuch für Anfänger.* 538
11. Cothenius *chem. Unterſ. der rothen Chinarinde.* 539
12. Schmid *Abriſs der Gelehrſamkeit.* 544

III. De libellis academicis et ſcholaſticis.

Daehne. p. 547. Curtius. p. 552. Hofmann. p. 556. Velthuſen. ibid. Haſſe. p. 560. Stein. p. 561.

IIII. Noua literaria. p. 562

INDEX I.

ANECDOTORVM.

(Numerus maior ad *volumen*, minor ad *paginam* remittit.)

Abulpharagii fragmentum de Henrico VI. Duce Brunou. I. 289

Caroli V. epiſtola ad Iulium III. P. M. I. 3

Ciceronis de officiis librorum ed. Mogunt. 1465. et 1466. II. 289

Codices reſcripti. II. 3

Cottoniani codicis collatio. I. 385

Epiſtola inedita ad *Lutherum*. I. 481

Epiſtolae quaedam ad Mart. *Chemnitium*. II. 193

Eſtheris libri additamentum, ſomnium Mardochaei. I. 97

Philonis codex Lincolnienſis. II. 385

Relatio de profeſſione fidei Chriſtinae, Suec. Reg. II. 97

Virgilii MS. duo fragmenta. I. 193

Winckleri (I. F.) aduerſaria de *Grabio*. II. 481

INDEX II.

AVCTORVM,

DE QVORVM LIBRIS IN VTROQVE VOLVMINE RELATVM.

Ackermann I. 351
Adler II. 14. 54
Bahrdt II. 44
Baldinger I. 327. 376
II. 511
Balguy I. 403
Barkey II. 336
Baſedow I. 317
Bauer I. 195
Beck I. 200. 208
Beckmann I. 358
Behn I. 560
Bergmann I. 562
de Beroldingen II. 401
Bethlen II. 36
Bode (I. C.) I. 232
- - (I. E.) I. 321
Boell I. 150
Bruns I. 217. 352. II. 280
Buſſe I. 315
Butler I. 304
Calixtus I. 353
Camper II. 264
Cappel II. 326
Cetti II. 158
Chriſtiani II. 168
Clauſſen I. 174
Cothenius II. 539
Crell I. 463. 554. II. 346.
486
de la Croix II. 227
Crome (A. F. W.) I. 144
- - (L. G.) I. 471
II. 343
Cunze I. 155
Curtius I. 500. II. 182.
275. 558
Daehne II. 547
Degeer II. 265
Delius I. 140. 440. II.
375
Demeunier II. 135
Dimsdale I. 581
Döderlein I. 149. 183
II. 280
Dorville I. 200
Eberhard I. 403. II. 24
Ehlers II. 394
Eiſenhart II. 377
Elſner I. 305

Ernesti

…eſti (I. A.) II. 69
(I. C. G.) I. 182
…enbach II. 409
…enburg I. 227. II. 154
…arch I. 346
…ing I. 256. II. 352
…us I. 530
…derſen II. 223
…er I. 24. 50
…her II. 181
…ſcher II. 360
…ſter I. 155
…iz I. 59
…del II. 300
…ler I. 369
…iſch I. 364
…ve II. 431
…sler II. 82
…ner I. 220
…umann II. 318
…per II. 42. 291
…Gudenus II. 67
…berlin (C. F.) I. 470
- (F. D.) I. 536
…en I. 211
…gen II. 269
…ker I. 69. II. 485
…ke II. 89

Hannulik II. 170
Harles II. 38
Haſſe II. 91
Hauſen I. 72
Hedderich I. 564
Heinze I. 234
Hemſterhuis I. 505
Henke I. 353. 377. 447
Henninges II. 126
Henrici II. 88
Henzen I. 56
Heppe II. 319
Herder II. 216
Herſt II. 472
Herz I. 528
Heſs I. 169
Heuſinger II. 414
Hezel II. 114
Hiller I. 470
Hiſſmann II. 126
Hoepfner I. 43
Hofmann II. 556
Holſt I. 213
Horanyi II. 36
Iochims I. 551
Iohnſon I. 345
Iung II. 523
Kees II. 90

Kennicott I. 217. 273 II. 474
Keza II. 36
Kirwan I. 12. 554. II. 441
Klügel (E. G. C.) I. 566
- - (G. S.) I. 59
Koecher II. 237
Koppe I. 447. II. 244
Labat II. 151
Lambert I. 307
Langguth I. 467
Lempe I. 175
Leske II. 158
Leyſſer II. 350
Lichtenſtein I. 51
Linde I. 136
Linke II. 471
Linneus II. 262
Lobethan II. 437
Loder I. 345
Luderwald I. 160
Ludwig II. 273. 371
Maret II. 244
Martini II. 406
Matthaei I. 419
May II. 153
Mechel I. 498
Meier II. 368
Meineke II. 51
Meiners I. 331. II. 103
Mendelsſohn II. 199. 497
Metzger I. 203. 206 II. 267
de Meza II. 299
Meyer II. 175
Michaelis (I. D.) I. 347 II. 294. 516
- - (I. G. D.) II. 80
Millot II. 167
Monro I. 237
Moſche II. 168
Nathan I. 152
Nicolai II. 159
Nimeyer I. 136
Niſſen I. 49
Nurnberger II. 373
Nyberg II. 266
Oelrichs II. 151
Oertel I. 473
Oppenheimer I. 397
Orlow II. 268
Panzer I. 268. II. 311
Piderit I. 414
Platner I. 107

Pratje I. 168. 174. II. 85. 472
Puttmann I. 302
Rau II. 357
Reil I. 222
Reinhard I. 79. 86
Reiſig I. 173
Reiske II. 326
Reiskia I. 40
Reiſſeiſen I. 565
Reiner II. 395
Retz II. 309
Riecke I. 532
Röderer II. 321
Röring I. 74
Röſsler I. 540
Roos II. 398
Roſe I. 170
de Roſſi I. 295. II. 398
Rüdiger II. 304
Sander I. 413
Sandiſort II. 21
Sax I. 439
Schinmeier II. 356
Schlegel (I. A.) I. 171
- - (I. C. T.) I. 304
Schmid II. 544
Schmidner I. 530
Schmidt II. 328
Schmucker II. 241
Schott II. 263
Schütz II. 128
Schultheſs II. 65
Schulz I. 555. II. 165
Schwarz II. 38
Selle II. 243
Siebenkees I. 301
Spangenberg II. 515
Spielmann I. 266
Starke I. 260. 375
Szerdahely I. 572
Tafinger II. 465
Tiſſot I. 349. 351
Tittmann I. 89. 90
Troſchel I. 162
Vnzer II. 112
Veith I. 542
Velthuſen I. 361. 401
II. 259. 556
Voelker II. 74
Voſs I. 188
Wagler II. 321
Wald II. 78
Waldin I. 50
Walter I. 45. 166. 253
Warnekros I. 55

Waſſer-

Waſſerberg I. 211
Weber (I. C. F.) I. 129
- - (M.) II. 269
Wehrn II. 490
Weigel II. 320
Weikard I. 71
Weland I. 175
Wichmann I. 533
Wideburg I. 185.
Wieland I
Wilhelm
Winkler I. 172.
Wolf
Zarda
Zepernik

INDEX III.

LIBRORVM ANONYCORVM.

Berliniſche Monatsſchrift.
Bibliotheca noua philolog.
- - - theol. I
Briefe die Freymäur. betr.
Chriſtl. Religionsunterricht in Geſprächen.
Entwurf zum neuen peinl. Geſetzbuch.
Eſprit des Croiſades. I
Freymüthige (der)
Geſchichte (vollſtänd.) der Huſſiten. II
- - *der Kreutzzüge*, Tom. I. et II. I
- - *Mönchsorden.* Tom. IX. I
- - - *Religionsmeinungen des* *Jahrhunderts.*

Handbuch der pract. Vieharzneyk. I. 303
Hiſtor. Abhandlungen der K. Akad. zu Kopenhagen. I. 238
Horus, oder aſtrogn. Endurtheil etc. II. 118
Icones plantarum medicinal. Centur. IV. I. 148. II. 53
Leſebuch für Anfänger. II. 538
Memoria Trilleri. I. 466
Onomatologia med. practica. II. 150
Orationes iubil. Wirceb. II. 80
Parerga hiſtorica. I. 239
Patrum Graecorum et Latinorum opera, ed. Wirceburg. I. 551. II. 354
Peſt (von der) aus dem Franz. II. 40
Pharmacopoea Roſſica. II. 319
Predigten zur Aufklär. des Volks. I. 170
Reiſe (neue) durch America. II. 73
Repertorium für bibl. und morgenl. Litterat. T. XII. I. 485
- - - T. XIII. II. 387
Sammlung auserleſ. med. Abhandlungen. I 343
Symbolae Haganae. II. 330
Tablettes fantaſtiques. II. 344
Taſchenbuch für Wundärzte. II. 152
- - - *Freunde der Geſundh.* II. 152
Univerſitätsweſen (über das) I. 150
Upſoſtrings - Salſkapet Tidningar. II. 57

Urſachen

Urſachen der Gröſse und des Verfalls des Oſman. Reichs. II. 535
Verſuch einer Sittenl. für alle Menſchen. II. 449
Verzeichniſs der Bildergallerie in Wien. I. 498
Zur chriſtl. Beſſerung und Zufriedenh. I. 317
Zur Kunde fremder Völker und Länder. T. III. I. 326

Craſſiora quaedam ſphalmata typographica.

Vol. I. pag. 456. lin. 16. *Non* lege *Nam.* Pag. 530. lin. 7. a fine *Gallicae* lege *Gallice.* Pag. 533. lin. 12. *romonenſibus* lege *romanenſibus*. Pag. 542. lin. 4. *Ambiae* lege *Arabiae.* Ibid. lin. 13. *conſilio, nimirum* lege *conſilio; eſt nimirum*. Pag. 544. lin. 4. ſignum) delendum, et ponendum p. 545. lin. 9. poſt vocem: *geſſit.* Pag. 563. lin. 7. *ſiliua* lege *ſilicea.* Pag. 568. lin. 16. *calx redit* lege *calx reducitur.* Pag. 569. lin. 2. a fine, parentheſis: *(qui-per ſe edit)* pertinet ad pag. 570. lin. 6. poſt voc. *rubrum.*

Vol. II. pag. 408. lin. 8. a fin. *Siculi* leg. *Sicul.* Pag. 412. lin. 3. a fin. *promulgatas* lege *promulgatos*. Pag. 413. lin. 5. *προτανις* leg. *πρυτανις.*

Annalium literariorum Helmſtadienſium in proximum annum edendorum curam in ſe ſuſcipient, qui hactenus id oneris ſuſtinuerunt, D. HENKE et BRVNS.

